

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



ibliotheca S. J. Les Fontaines

CHANTILLY

755/ 109_





A. 12.7 E. 755/102



PHILOLOGICO-CRITICO-HISTORICA.

CONTINENTIA

I. THOME HAYNE Lingvarum Cognationem; feu de Lingvis in genere, & variarum Lingvarum Harmonia Differtationem.

II. MERICI CASADBONI de Verborum usu & accuratæ eorum cognitionis utilitate Diatriben.

III. CHERISTOPH. CRINESTI de Confusione Lingvarum Disputationem.

IV. ABRAH. GIBELTI de genuina Argueros polac Chaldaa conflicutione Disputationem.

V. LAUR. FABRICII Reliquias Syras in N. T. adservatas.
VI. HENR. KIPPINGI de Lingva primava Exercitationem.
VII. --- de Lingva Hellenistica Exercitationem.
VIII. --- de Characteribus novis Exercitationem.

IX. PAULII SLEVOGTI Disputationem Hellenisticam.

X. PETRI HOLMII de primavo ac authentico Characlere Litterarum Veteru Testam. Disputationem.

XI. --- de Scriptura & Scriptione Disputationem.

XII. --- de Sermone Disputationem.

Accedunt

Jos. Scatiger & M. Zubri Boxhorni Epistolæ de Litteris Hebrzorum, divisionibus vocum, Celia & Sudario ac Persicis qvibusdam vocabulis.

THOMAS CRENIUS

Conlegit, recensuit, & notas, indices ac Prafationem, a yva de Linevis Angelorum agitur, addidit;



A M S T R L O D A M I, A 27 Sumitibus THOMÆ MYLS Bibliopola in de Kalventraat, GD De 2c.

The first of the state of the s



THOMAS CRENIUS

LECTORI

ETNEELN ENGLIABLICP.

-usala meninan meninan elecurus Gentium Apokalus virtutem landibus caricacam, iplas cabillimorum Spirituum in comparationem lingvas his werbis in principio tentii dosimi prioris ad Corinthios epikola capitis MOCAT: Bar vette graderrus M zielgenem Anda ig & Hypitan, avaido if un ixu, viyona 2004 hais vocen, 4 willbaker akanager byrns en interpretacione Tremellife. Si quivis line grà filiature bominie logicaris & talique of Angelorum, & sharitae non fit in me y faitheit sum tatequam as surabe de mut cymbalum adens sonne. Yulgatus, Dafider. Erssubus, E. rafmys Schmidins & Bezz : Si linguis homia num lequar & Augstorum , Charitatem autem non babeans. Justus fum as resonans aus cymbalum sinnious. B. Lucherus : Wenn ich. wit menschen und mit Engel-zungen redet, und

THOMÆ CRENII

hatte der liebe nicht, so ware ich ein dönend Ertz, oder ein klinginde sehelle. Belgz: Al waar't, dat ich de talen der mensehen ende der Engelen sprake, ende de liefde niet en hadde, zoo ware ick een klinckende metaal, of Injdende schelle geworden. Anglica: Though
I speak with the tongues of men and of angels,
and bave not charity; I am become at sounding brasse, or a tin kling cymbal. Italica Gio-vanniDiodati: Avuengache io parli i linguaggi degli huomini, e degli angeli; se non ho carità, dinengo un rame risonante, co un tin-rinnante cembalo: Hispanica optima Cypria-ni de Valera edit. Amsterd. M.DC. II. in fol. Si yo hablasse lenguai humanas y angelisas: y no tenga charidad, soy metal que ressuena, campana que retinne. Quasi dicat Apostolus: Qvid juvat non humanas folum lingvas omnes callere, sed & Angelicos sermones intelligere, quibus ipsi invicem in calo de aterna collo-quintur beatitudine, nisi intendam hac omnia amori DEI & proximi impendere. Ita Chryfostomus, Theodoretus, Occumenius hic exponunt & Theophylactus: Vel si animi mei sensa modô disertissimô & eloquentia Angelica, quanta vix in homines cadit, proferre pollem, quomodo Ssephanus ob ma-jestatem disendi facie visus fuit Angelica, Act. VI. 15. 1800 Te actoures duri des mes-

sussovijyjexs : qvalifqve Heradi, addingitur. C. MII. 22. Des pam à con and goinst mac usui proximi destinaremillans facundiana essam veluti cymbalum allt as confuse & turkulente resonans, ut Prosper : Epist xLvi ad Demetriadem exposuit. Lingue bominum, inqvit Gravissimus Theologus D. noster Frideric, Balduinus in p. 229. Vizzopennear . Hamiliar. in Epistolas Dominical. dioment preper va-, rietatem, lingva, Angelorum propter svavitatem ac majestatem. Linguis hominum proferuntur, que humano intellectui cape possunt; linguis augelorum, que muene intellectum suparant. Dicit igitur ... fe vel maxime doque peffet fravitor ad delectardum, & graviter ad commovendum , neque samen ad militarem proximi donum bos conferent ; quod nibil aliud. esse, qu'am garrule loquacitat similiari resonanti er cymbalo tiunienti quesque sonord strepius aures obtunduntur patine qu'am, animi dele-Bantur. Eft quidem elequentia eximina Dei donum, at colligitur en Eved IV. II. 1996 quie potest dicendo tenere beminum carne ; mentes, allicera, volantares impellere, que velit, au-, de autem velis, deducere, quemaduradum Cice-, ro descriptio, librizide Oratore, c. VIII. Sed caxitate, destituta, bacest, non ad proxime, sed propriam utilitatem duntanat directa, homini fit, exitiofe. Unde illud Augustinis libr 1. de ani-

THOM EL CRENII

muti Bleograinia in homine pravo el venonum in posulo sureo. Viderint igitur, ques DEUS bile traterio dont , ut nen tentime bene dicers y fed & bond vivere Andants linguano don vonalem habeant y non éloquentiame cum canina farundia commutent. Ille chimbend lockendi facundian percipit, qvi finami cordis per recte vivendi studia entendie, "nee toewertem conscientia prapedit; chin with higyant antecedit, inquis Gregor. nb. vr. morat. Ovi idem. Balduinus & in Cominentale la pamageous feribit : Conjune gir lingous homenen en Angelorum Apoleoi. Ilis: Par hingual bominum mielligir varie line governm inter hominer. Ame nation. Per tinguas angelorum nun puon-lintem opendam fammi qui firtematibus illis mounta restus nun pooch, fed ne quidham quel humani languar questemini effet, indiarter, Bridian, quementandiam depunte Three phyladene m fair common arthur Augelia imperio est encettetualis. Inquie Throphyl, vinenimirum illa, qu'à sitematur divinarum intellettum ac divinas obgicusiones impersium. Hune amoftio organo nontituoti, ficut subjectionem farmman angelorum notavil title v flettatur di anno gena calefilm. Phil. 21. 10. the tanech anguli neque nervos negve offa hubenne. Sant , qui Angeforum ling dam nibit alian off putants quim emniu m

outente difertissimum & elegantissimum dicende genne, figure Stephanen ob speciosano sacieno unlen angelied fuiffe legitur Alt. v1. 19. fed prior interpretatio est mélior. Hos ergs dicère unle Aposelme, se maxime amnes linguarme dialettos sullerois, que unquem espians inter bominos in usu fuermet : & si fieri posset, ne & angeti fermones invicens conferent; quam certe augelorum lingwans excellentissimam esse en porteres, & si mibi googoo dusum esses, hos angelerum sermone ati, nibil quidquum mibi prodesset, se Caritate destinarer: nemini enim mel norwyduring inferviorm, sed sonum caras fonorum am campunistein stantensin andi-ter, in good motoftians porties creares medienst, quam usan aliquem pulsants Auctore B. Divide Rungiô, p. m. 565. Volumin. Dispp. en Epistolis Paulis ad Romanos & Corinch. edir. Witteberg. M. DC. VA in 410, neverfeparens charitatis ampificate Apostolus conlucione distrim infiguium denorum, arnamentorum & sparme humanismum, qua hyperbelica oratione illustratu chatitati Christiana subjects. Simplen fentencie hat off: Elequentin & linguarum cognirio, Prophesia, fides Douparueyou, faquitatum clargicie, & proprii corporu afflittie, sine charitate nullini sunt utilitatu. Primom of donne linguarum qued minirum

8

Corinthii admirabantur plurimum, & adoften. rationem inanem atque Ecclesia destructionem. temere usurpabant. Linguas hominum & angelorum xal imegConled wecat, complectens omnes in universum linguas, omnemque elequentia bumana & angelica vim, copiam, &. ornatum. Non tamen boc ita intelligendum quasi angelia peculiares aliqua sint lingua, quarum benefició ita inter se communicent sententias, sicuti mortalibus est in more positum : Sed ex bypothesi lequitur. Apostalus : Si quedam. lingva tam fit sublimis & ardua ut non nisi ab angelis cognosci usurparique possit, atque ega. vam tenerem, eamdemque accuratissime atque ornatissime proloqui possem, tamen si charitate sim destitutus, perinde astimandus sum ut as. tinniens, aut cymbalum sonans. Non agit autem de co, utrum linguarum cognitio & elequentia aliu prosit, Sed an ipsum possessoreme charitate vacuum quidquam juvet. Id verà negat & pernegat Apostolus, sicut manifesta patet ex v. z. ubi inquit, nihil mihi prodest. Fieri enim potest ut u, qui hee insignia S. S. dona sine charitate possidat, alus docendo vel lingvas interpretando prosit, perinda ut cymbalum sonans alios de articulo temperie, aliisva nebus monet, sibi verò nibil omninà affert, emolumenti. Hæc Rungius. Nec prætereundus eximius D. noster Ægidius Hunnius, çujuş

enjus se peases hujus loci, p. m. 248. b. Tomô IV. Oper. edit. Francof. M. DC. VI. in fol. hæc est: Si logui ega possem non hominum duntaxat lingva, sed Angelorum, hoc est, si pollerem angelica facundia, ita, ut majestate orationis mea non solum mortalium men-, tes in suporem convertere, sad & petras, & lapides, aliaque inanimata flectere valcam, atque interim fim alienus à charitate, que hoc insigne munus ad veros suos usus transferat: nihil certe universa vi eloquentia mez projece-.. ro, sed tro velut as resonans aut cymbalum. tinniens, quod sonum quidem edit, qui verò. in auram absque peculiari fructio vel effectu dissipatur. Ipse namque ego nullum inde frustum, perciperem, vacuus quippe charitate, & consequenter side; sine qua nibil, quantum vis exi-, mium aut fingulare, Deo placere potest: nec. ed proximum aliquis inde rediret usus, quia charitatis affectu destituta oratio, in quemvis finem alium potius tenderet, quam ad proximi commoditates provehendas. Audiamus & Calyinum. Incipie, inqvit Comment. h.l.p. m. 200. edit. opt. Genev. Ioann. Crispini M. D. LVII. in fol. Apostolus à façundia: que donum quidem est per se nobile, sed bominem minime DEO commendat, remota charitate. ANGELORUM lingvam hyperbolice posuit pro singulari aut eximia. Qvamquime de

linguarum diversieate potins interpretor: quanmagni faciebant Corinchii, ambittone non fruthu omnia meticutet. Toneas, inquie, non tau-tium omnes omnium bominum bingvas, sedectam Augelorum : non eft samen , quod putes, te coram Deo pluris censeri, quam cymbalum, nis charitatem habeas. Succedat W. Musculus, qui admodum accurate in h. l. p. m. 201. f. edit. Basileens. et s roe x1. in fol. ita scribit : Oveniam propier donum lingvaram plerique in ecclesia Corinibiorum insolescebant, & ille destis tutos fastidiebant, denique sic in esclesia linguis loquebantur, at magis oftentacioni fervirent; qu'àm ecclesiam adificarent, mon initio abufum doni hujus perferingit, & ees qui sic lingum loquebantur es resonans . & cymbaliam tinniens. esse pronuncius. Qvb autem tolerabiliora fint qua dicturns est, non dicis: Qui lingui inter vos loquantur, facti sunt as resonans, aut cymi balum tinnient, quia fine churitate loquuntur; fed formonem sie format, ne absque offensions. possis accepeari. Facis autem bos dupliel mo-deratione. Prima est per propositionem bypotheiseam, qua nemo, perindo asque per untegen ricam, diserte perseningitur. Demde per ac-semmedationem proprie sua persona, non dicent: Si qvis vestrûm lingvis loqvitur, sed: Si ego lingvis loqvar. Et hac moderatione commun sermonem primô capitie hujus membrê continuat.

Si lingvis loquar, inquit. Satu fuisset dicere: Si lingvis loquare (Etanim lingvis loqui idem inf est qued alice atque alies innstatis & inco-guisis linguis loqui) nist donum hoc linguarum intendere, & ad summum usque amplificare voluisses. Amplisicationis bujus gratic adje-cis, hominum & angelorum. Linguas bominute intelligis comminm Gentium & populorum. Angelotum quoque per hyperbelen adjeen, quefi diçat, Si non moda unius & alterim Genties fod famil martalium omnium, imò & angelorum sequed adhus offer muliò excelheutins, lingvis loquar. Oblique per hanc amphilicationem perstringit cerum juliantiam, qui, qu'ed duplo wel triple aliend idiamase laqui pesorant, phoromous arrogamic spirabans. Illud, Se angelorum, non fic el aceipiendum, quali angeli, id est ; spirieus salastes linguis inter se boyvanter; questalo bomo bentini loquitur, fed quad net simplicieer pro byperbolica loquetione for possione, vel de linguis intelligendum, quibus angeli cum in Veteri, tute in novo Testa-mento loquati sunt hominibus, quod genus loquasionis ipse bie Apostelus, hand semel fuenon humanis tambum, sed & calestibus loquai. Hoc est, se nullo non linguarum genere toquar. Quemadmedum Rom. V111. 38. per hyperbolem intendere volens quod dicebat : Nam mihi,

mihi, inqvit, persvasum habeo, quòd neque mors neque vita, neque angeli, &c. separare nos poterunt à dilectione Dei qua est in Christo. Jesu. Et Galat. 1. 8. Et si angelus è calo pradicaverit vobis Enangelium, prater id quod. pradicavimus vobis, anathema sit, cum tamen impossibile sit, ut angelus è calo quemquam à. dilectione Des avocet, aut ahud à vero Enangelium pradicet ; ita & hôc loco intensionis gratia lingvarum angelicarum per byperbolen meminit, cum tamen nulla sint angelorum lingva. Est autem probabile, fecisse eum angelorum mentionem propter eos, qui admodum de vision nibus ac revelationibus angelorum gloriabantur, illorumque religionem introducebant, quos notat Coloss. 11.18. dicens: Ne quis vobis pala mam intervertat data opera per humilitatem. & superstitionem angelorum. Hactenus Mu-. fculus. Concludamus P. Martyre: In prima sollatione, inquit in Comment. h. l. p.m. 349. edit. M.D. I.I. in 4to, extollit Apostolus dona mirifice que adducit : posteà componendo cum illis charitatem ea maxime deprimit, quasi luce & prasentia charitatis prorfus obscurentur. Si teneam (inqvit) omnium hominum idiomata. que propemodum infinita sunt: addit & auger lorum, ut per hyperbolem rationem amplificet, quasi dicat: Si humanis & divinis linguis essem praditus. Qua sunt excellentissima, in sacris litteris

litteris dei esse dicuntur, ut montes dei, cedri dei, & confimilia. Hebraice ponitur Elohim quemadmodium illud est, Minuisti eum paulle minus ab angelis. Neque debemus ex hoc loca statuere angelos lingvas habere, aut corporibus vestitos esse. Nam lices hoc damonibus à nonnullis tribuatur, tamen angeli in sacris litteris aperte spiritus nuncupantur, & mentes credun-tur, cum à materia tum à corpore secreta. Ovomodo verò angeli loquantur inter se, ita Scholastici definiunt ac statuunt, quasi ipsos audiverint. Ovid homines hac scire possunt calestium rerum arcana, quando sacris litteris non sunt nobis demonstrata? Ut enim equus aliis equis de sermone bominum, cujusmodi sit, non potest quicquam prodere : ita nullus mortalium de loquutionibus angelorum valet statuere. Ambrosius inquit, habere lingvas angelorum, esse spititualiter motum angelorum cogno-scere. Eos loqvi, & ea depromere, qua versant secum, non negaverim, quandoquidem Isaias propheta duo Seraphim inducit, clamantia erga se mutuo: Sanctus, sanctus, sanctus. Neque me praterit in scriptis prophetarum eoc induci, & inter sese & cum ipsis prophetis lo-quentes, quamvis dum apparerent visibili for-ma assumebant corpora, & cum hominibus lo-quendo eorum idiomata usurpabant. Sic ille Vermilius Florentinus. Cui jungamus è scho-

14 THOM & CRENII

la Lovaniensi Libertum Frumondum in p. m 165. Commantar, in h. l. ita scribentem: Si lingvis hominum loquar, id est, sermonibus omnium nationum: lingva enim bic non significat membrum corporu; sed sermonem qui ex membro formatur. Et Angelorum. Imò si loquar aliquâ linguâ excellentiore, quàm humana, quali, v. g. Angeli utuntur inter se cum conceptus suos sibi communicant; quomodò au-tem id faciant est nobis incompertum. D. Thomas. in Com. ait, qued superior Angelus lo-quatur inferiori per illuminationem, sed infe-rior superiori assumendo aliquid in seipso natu-raliter alteri cognitum; & perponendo (forte pro-ponendo) ei illud tanquam signum conceptús, aut occulta voluntatis sua; quomodo homines ad loquendum assumunt voces, aut nutus. Talis erit locutios Angelus substantia sua motum localem assumat ad indicandum conceptum suum. Hac Fromondus. Admodum perspicue B. noster Matthæus Judex, interpres major qu'am in-lustrior, part. 1. Enerrationis Epistolar. Dominical. (quam obaccuratam singularum vocum & phrasium Biblicarum explicationem magni zstimo paucis cognitam) p. m. 132, edit. Islebiens. M. D. LXXVIII. in St. Lingua Angelorum, inqvit, est genus sermonu, què Augeli animorum suorum sensa & cogitata efferunt, quòcumque id siat modò. Cum enim An-

Angeli cerpera uen habeant, nec lingvat, ut bomines, non potest enistimari, cos ita lingua formare sonos, ut nos homines. Sed tamen cum Tationales fint creatura, necesse est, cos posse suò medò cogitata efferre. Enimverò facultate cogitationes suas & sensa animi communicandicum altera, quod vulgo loqui vocant, pollere Angelos, nemo, quod sciam, in dubium vocat & ex feripeuris, fi qvis dubitet; probare in proclivi elt. Nam Jesa. vi.3. dicuntur clamasse alter ad alterum , & dinisse e Sanctus, sanctus, sauctus Dominus DEUSZe-baeth, plena est ejus gloria emnis terra. Ez Zach. II. 3. 4. Ecco Angelus, qui lequebatus on me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occuesum ojus, & DIXIT ad cum e . Apac. VII. 2. Vidi alterum Angelum adstendentum ab ertu Solis, habentem figuene DEl vivi, & clamavit voce magnà quatuer Angelie &cc. Qua loca, eth agunt de Angelie, prout per visiones asparuerunt Prophetis, & de loqueione externa, que alide lis non convenit, nisi per accidens & ratione affumtorum corporum ; per confequentiam tamen probant, iildem convenire etiam loquetionem quamdam internam & spiritualem, qua possine alter alteri secreta cordis manife-Rarel Ad qvid enim introducerentur inter se colloqui anteriàs in corporibus assumtis,

ſì

THOMÆ CRENII 16 si interius & extra corpus in suo naturalistatu constituti conloqvi non possent? Et que-modò constare posset societas inter Spiritus-incorporeos, si nulla intercederet inter eos cogitationum interiorum communicatio? Qvo autem modô inter se conloquantur s difficile est explicatu, de quo variz sunt Scholasticorum opiniones, quas recenset & expendit Gabriel Vasquez, part. I. Tom. II. Disp. cext. qvi tamen nihil determinare audet, sed rem toram aliorum relinqvit judicio. Gregorius de Valentia autem, Tom. I. Disp. 1v. punctô xv. ceteris præfert & veram judicat opinionem Thomæ, qvæ habetur part. I.q. cv11.2.1.& feqq. & redit huc: unum Angelum per hoc loqui cum altero, quòd sua voluntate ordinat conceptum suum ad illum, id est, vult; ut conceptus ille suns, & res per illum intellecta, cognoscatur. Ad cujus explicationem monet I. ex Gab. II. d. 1x. q. II. a. 1v. loquutionens formaliter non effe actum voluntatis Angeli, ordinantis conceptum suum ad alterum, sed esse ipsum conceptum, ut ordinatus est ad alterum per illum voluntatis actum, ut ita loquutio formaliter fignificet conceptum ut ordinature ad alterum; connotet autem actum voluntatis, quô fic ordinatur ad alterum Angelum. II.Ex Cajetano in Thomam d. l. a. I. ad III. Per

illum ipsum conceptum, sic ordinatum, excitazi

4114775

etiam alterum Angelum ad audiendum seupercipiendum id, qued alter loquitur, nec opus esse aliô signô, quô excitetur. Atque ex his insert I. Angelum quemlibet posse pro arbitrio suo uni vel pluribus loqvi, prout ei vel ad unum tantum, vel ad plures simul conceptum suum ordinare placet. II. Nullem distantiam localem obstare, quò minùs Angeli alter cum altero, quantumvis distante, loqvi possit: qvandoqvidem hæc loqvutio fiat pér voluntariam ordinationem proprii conceptus ad alterum, quæ abstrahat à loco. III. Posse Angelos etiam cum DEO loqvi, proptereà quòd possint voluntate suà conceptus suos ordinare ad DEUM, id est, velle peculiariter, ut DEUS conceptum illum inspiciat. Qvod si objicias, Angelum non posse DEO aliqvid manifestare per ul-lum conceptum, qvi omnia ab æterno novit, & introspicit omnes Angelorum conceptus, etiamsi id Angeli non, vellent; respondet, hộc non obstante, reclè dici, Angelos loqvi DEO, cum conceptus suos libera voluntate ad ipfum ordinant : qvandoqvidem per setantum sit de ratione loquitionis Angelicz, ut conceptus suos Angelus dirigat ad eum, ad quem loquitur, sive audiens alias etiam conceptum & rem conceptu illô si-gnificatam habeat perspectam, sive minus, gvod

18 THOMÆ CRENII

quod per accidens se habeat ad loquationem. Ita ille. Becanus verò in Theol. Schol. part. 1. Tr. 111. c. 1. q. xiv. in corum descendit fententiam, qvi statuunt, Angelum loqui Angelo per impressionem speciei intelligibilu; seu per hoc, qvod ei imprimit speciem, qvæ interiorem actum, seu conceptum intuitive repræsentat. Id qvod sieri eô existimat modô, qvô objectum actu visibile imprimit species. ciem sui in oculo non impedito. Objectum enim actu intelligibile, (qvale est actus in-ternus Angeli, cum sit pure spiritualis) per-inde se habet in ordine ad intellectum proinde se habet in ordine ad intellectum proportionatum, qvô objectum visibile actu in ordine ad oculum non impeditum, nisi qvòd objectam visibile, cùm sit agens naturale, necessariò imprimit speciem in qvocumqve oculo proportionato; Angelus autem, qvia est agens liberum, sibere uti potest suis potentiis & actibus, & imprimere speciem sui actus; qvando vult, & cui vult. Ex qvibus infert, I. Angelum posse loqvi uni soli, si velit, ita ut alii non audiant, licèt simul prosentes sint; qvia scil speciem sui concepræsentes sint: quia scil. speciem sui conce-ptus libere imprimit, cui vult. II. Angelum ptus liberè imprimit, cui vult. 11. Augelum non posse loqvi Angelo, nisi sint in eadem sphæra activitatis: alias enim agere posset in distans, qvod absurdum ei videtur. III. An-gelum non eôdem modô loqvi DEO, qvô alteri

alteri Angelo: qvia cùm loqvitur alteri Angelo, imprimit illi speciem, & manifestat ei aliquid occultum: DEO autemnec species imprimi, nec aliquid occultum esse potest. Loquitur ergò, ex Becani mente, DEO, quando cogitationes aut desideria sua dirigit ad DEUM, non ut illi fiant manifesta, sed ut'aliqvid ab eo impetret, vel ut illum laudet, vel ut ejus majestatem admiretur. Roderic. ab Arriaga, Tom. 11. part. 1. Tr. de Angel. Disp. x11. tota sequentes Doctorum hac de re sententias recenset. Prima eô auctore adserit, Angelos ad invicem loqvi per signa corporalia, quæ forment in aëre, aliove corpore vicino ei, cui loqvuntur. Secunda arbitratur, signa illa esse spiritualia, producta per volitionem loquendi: Tertia, loquutionem fieri per productionem cognitionis immediatam, in intellectu audientis, Qvarta, fieri solum per actum reflexum, qvô cognoscit se velle actus suos alteri, cui loqvi vult, manifestare: Qvinta, fieri per productionem speciei in Angelo audiente, ejusque receptionem, quia actus illi liberi, de se possint producere species ad extra, casu, qvô id permittat illos actus habens: Sexta, esse voluntatem manifestandi soum actum alteri, ad cujus intuitum, Deus producat speciem, de so actu, in Angelo audiente, cuique al-293

THOMÆ CRENII

ter vult manifestare, de novo: vel etiam audiens ad hoc ipfum utatur specie sibi congenitâ, ab instanti creationis. Hæ præcipuæ sententiæ sunt, qvibus fortasse alii alia addunt, ê qvibus eqvidem videtur constare, loqvutionem posse hôc vel illô modô sieri, qvem commodiorem qvisqve sibi eligere potest, qui autem actu fiat, incertum est & fortè manebit usque dum jucundissima Angelorum societas nobis manifestabit. Qvamvis plane indubitatum sit, posito, quod Angelipure spirituales sint, non posse eosdem uti sonis aut vocibus verè corporeis & materiali-bus, hoc ipso in actu exercendo, qvibusnos utimur, atque ita perperam è loquitione illos verè corporeos esse, probari. Has & alia, inqvit D. Joh. Musæus, part. 1. Disputation. Theologic. n. v1.p. m. 219. S. Lxv111. edit. Jenens. M.DC. IL. circa prasentem questionem ita disputari solent, qua in medio nos relinquimus, cuivis permittentes, ut suo abundet sensu, & eligat, quam velit, opinionem. Generatim, Loquutio est actus, quô Angelus unus alteri conceptus mentis & intellectus sui manifestat, quæ ad illorum conversationem necessaria est, vel ipså Scriptura sacra, recta-que ratione attestante; minime verò dicta sit loquutio, auctore Cl. Michaele Eisserô, quô nescio, an meliorem Academia Regiomontana habuerit Philosophum, Disp. 1. Α'γγελο-γνωσίας, §. 91. per vocis efformationem, sicus in nobis, sed aut per nutum, aut singularem quamdam conceptuum internorum manifestationem, eos alteri vel imprimendo, vel in se rito dispositos ostendendo, vel alio quocumque modô nobis incognitô. Advocabo & ea, quæ hac de re tradit Petr. Molinæus, Tom. 1. Thesauri Dispp. Theologic. Sedanens. p. m. 150.s. §. x1x.s. edit. Genev. M. DC. LXI. in 4to: Que sint Angelorum inter se colloquia spiritualia, & quò modò hic Angelus cogitationem suam in alterum transfundat, difficile est mente, difficilius eratione consequi: Cum Angelis non sint lingue, nec aures : omnisque sonue fiat collisione aeris, aut alicujus analogi corporu, qua sane in calis nulla est, quia ibi nibil violentum nec fluens. Effe tamen Angelis mutuam communicationem certum eft : cum in Apocalypsi unus Angelus alterum inclamet: Apocal. xiv. 18. Et plures Angeli simul ad idem opus mittantur : Que coïtio sine alique communicatione steri non potest. Alioqui Angeli essent hac in parte, non modo hominibus, sed etiam bestiu inferiores, que gestu, gemitu, cla-more, rittu affectius suos signissicant. Thomas 1. Parte, quast. 56. Art: 2. censet Deum menti Angelica impressisse rerum similitudines quas in esse naturali produnit : innuens Deum naturaliter

liter indidisse Angelo, omnem cognitionem, quam unquam habiturus est : Sed ballucinatur Angelique Doctor. Scriptura enim docet, Angelos quadam discere, & quadam nunc nescire. que posteà experimentô, vel Deô revelante cognoscent. Nam Paullus ad Ephefios c. 111.10. dicie sapientiam Dei multiplicem Angelis per Ecclesiam innotuille. Cumque diem judicii nunc ignorent, non est dubium, quin cogniture sint diem illam cum advenerit. Tum frustra à Deo mandata acciperent, si jam ea nossent antequam juberentur. Res hæc sane ardua est, & in qva pedibus suspensis prætentamus viam: nec quidquam hactenus à quoquam allatum est, qvod vel mediocribus ingeniis possit satisfacere. Probabile est, uni Angelo apparere cogitationes alterius, non per modum auditus, sed per modum visus: Et quemadmodum quod succino aut crystallo inclusum est, assusà luca Salari fit conspionum: ita Angelum divind luce & intellectuali sic impleri, ut cogitationes ejus appareant alteri Angelo in clara luce. Nec improbabile est Angelum cognoscere & pervidere cogitationes alterous Angeli non intendenda in influm Angelum, sed in Deum: Et sic co-gitationem hujus, alterius cogitationi admoveri, quemadmodum radii duarum candelarum, inter quas corpus aliquod solidum intercedit, miuntur in aliquo tertio: ant quemadmodium

qui se non possunt invicem videre retta linea, se mutuo vident in speculo: & per reciprocam re-flexionem. Cum ergo duo Angeli aciem sua mentis in Deum simul intendunt, coeunt utrimque radii, & fit inter Angelos reciproca visso, & dua linea in Deo quasi in punto uniuntur. Ceterum propriè dictæ & Angelis tribui possunt linguæ ex hypothesi missionis eorum, ad Gentes varias, sub assumta hominum forma. Qvòd si enim Deus illorum opera in terris ad diversa gentes uteretur, ipsi varia quoque ac diversis uterentur linguis, quas excellentissima sanè Dialetto constare oporteret. Metaphoricas autem Angelorum linguas, stilo veterum Græcorum Theologorum, exhibet δύναμις ipsorum νουρώ, quà divinas inter sese sogitationes sine προφορικώ sermone communicant. Quamvis enim Angelis in se spectatis Lingua propriè tales non adsint, est tamen in su aliquid ανάλογον linguis, per quod conque radii, & fit inter Angelos reciproca visio, in sis aliqvid αναλογον lingvis, per qvod con-ceptus sibi mutuo tradunt. Solent autem avaloga inter se communicationem vocum reci-pere. Pulchrè hanc in rem Theophylastus ita pere. Pulchre hanc in rem 1 μεορημαίται τις dissert: Οὐκ ἀξκάμψι Τάτος τ άγγελους Φησις γλώστας εχείμς, ἀλὰ καις ἐχ ἄτι οἱ ἀγγελοι γλώστας ἐχείμς, ἀλὰ καϊτόν τι δηλῶί αι θέλων η μι τὸ ὑπερέχον τ ἀν- θρωπίνων γλωστώς, διὰ τέτο ἔτως επτεν. Αγγέλους βλ γλῶστας ἡ νοερὰ πεὸς τὸ ἀλλήλοις διδέγους βλ γλῶστας ἡ νοερὰ πεὸς τὸ ἀλλήλοις διδέγους βλ γλῶστας ἡ νοερὰ πεὸς τὸ ἀλλήλοις διδέγους βλ

24 THOMÆ CRENII

ναι τὰ Θεία νοήματα δύναμις. పπό ή 🕏 ήμετές ε όργάνε ταν των ωνόμαζέν, ώστες η το πάν γόνο καμι d' έπερανίων ε δο ός α η νευρα έχεζη, αλλά τω επιτεταμθύω τουταγίω εδήλωσε. E ra erit audire & Gvil. Estium Suz Theolog. D. & in Academia Duacena Professor. Primar. & ejusdem Universitatis Cancellarium, cujus in Commentar. h.l. SI LINGVIS HOMI-NUM LOQUAR ET ANGELORUM. p. m. 348. a. edit. opt. Paris. M. DC. LIII. hæc sunt verba: Quoniam Corinthii donum linguarum pra ceteris admirabantur, sive quia primum hoc Apostoli acceperant descendente super ipsos Spiritu sancto, Actorum secundo: que ratio est apud Theodoritum, seu potius, quia per se tala est, ut hominem vulgo faciat admirabilem magis, quam scientie que de rebus sunt : idcirca Paullus ab eo capit exordium. Si, inquit, dono lingvarum ita polleam, ut omnium Gentium lingvis loquar: imo & Angelorum. Hoc addidit secundum Cajetanum; ut locutioni sensibili, qua per linguas hominum fignificatur, adjungeret locutionem intellectualem, qualis est. Angelorum: de qua disputant Theologi, nominatim Aquinas etiam boc loco: vel potius, secundum alios, ut bôc schemate sermons, aliquid humanis linguis excellentius significaret, quomodo dicimus egregià formà vel ingenio juvenem habere vultum vel ingenium Angelicum,

Nam Angelos proprie lingvas seu lingvarum genera non babere, constat apud omnes doctos, etiam eos, qui corpora quedam subtilia illis tribuunt. Sed si lingvas haberent, essent illa pro-fetto lingvis amnium hominum prastantiores: in quantum corum natura prastantior est bumanà. Non est hic de eloquentia sermo, sed de generibus linguarum. Unde sensum Apostoli non reddunt, qui linguas Angelorum interpretantur Angelicam, id est, eximiam quamdam gratiam dicendi. Hæc Estius. D. noster Lucas Osiander tamen verba Apostoli, si lingvis Angelorum loquar ita interpretatur, si Angelica svavitate & majestate in loquendo cla-rus essem, judice B. Georgio Crausero in Phosphoro Græcarum vogum Novi Testam. §. 70. p.m. 79. edit. Francof. M. DC. LXXVI. in 4to, pulchre. Sequitur Erasm. Schmidius in h. l. Proverbialiter hac, etiam Angelorum lingvis, dicuntur de summa facundia, eloquentiaque svavitate, quant Angelicam nominare, quis possit. Inde & B. Dannhawer in Artic. x1. non 1x. ut mendosè editum, can. xx1. p.m. 186. edit. Argentor. M.DC. Liv. in 8t, Linguas Angelorum per svavissimam eloquen-tiam, exponit, sicut mensuram Angeli Apoc. xx1.17. per maximam & insolentem; saciem Angeli Actor. v1. 15. pulcherrimam; sapientiam Angeli 2. Sam. xIV. 20. perspicacissimam

26 THOMÆ CRENII

mam. Qvemadmodum ex opposito, stylum hominis Esa. VIII. I. Numerum hominis, Tentationem hominis vel humanam, 1. Corinth. x. 14. interpretatur vulgarem, levem, frequentem inter homines, usitatam. Sic & Schottus in Adagialib. Novi Testam. in Fasce nostro 111. n. ult. p. 712. Lingva Anger lorum, inqvit, 1 Corinth. XIII. I. quasi divinam dicas. Quidquid enim in re quaque maximum est & prastantissimum, id DEI esse dicitur in sacra scriptura, ubi innumerabilia occurrunt. Qvo de idiotismo circa finem hujus præfationis plura dicam. B.D. Glassius, lib. v. Philolog. Tract. 1. c.xix. p. 474. (m. 1391.) sub hyperbole in Hypothesibus occurrente tractavit hunc locum, explicans hôc fensu cum cum Theodoro Beza : Si lingua essent aliqua Angelorum', & ego eas tenerem, neque illis uterer ad commodum proximi, id verò nibil aliud esset, qu'am inanu & obstrepata loquacitas. Similu est hyperbole Rom. VIII. 39. ubi cum res omnes creatas, summas, medias & infimas nominasset, addit: Neque alia ulla res creata. Item Galat. 1.8. abi si de malis Angelis loquitur, friget atque adea absurdus est sermo; sin de bonis, in cos non cadia falsa pradicatio. Relinquitur ergò id quoque dictum esse τω ες βολικώς ex hypothesi: ut plane inepti sint qui boc loco disputant de Angelorum lin-

lingvis. Sic & Joach. Camerarius: E'av Taïs yλώος ais. τεοπικώς. id est, sermone. ut cum dicieur, lingva Græca & Latina. Angelorum autem sermonem xal' weegoodw eximium quemdam vocavit, & humano sermone prastantiorem; sic &, angeli facies. bâcsignificatione veteres Graci Seov usurparunt, & Latini divinum. Est autem hominum & angelqrum sermo, humanus & angelicus. 'Αλαλάζον autem πεποιημένον eft. Item D. Gul. Sclater Anglus in Explicatione utriusque Epistolæ ad Corinthios, p. m. 115. edit. Oxoniens. M. DC. XXXIII. in 4to. Γλώσσαις τ άγγελων, id est, linguis, inqvit, pulcherrimia, quales essent Angelorum, si loquerentur. Synecdoche speciei hyperbolica. Confer Psalm. LXXVIII.25. Ad verbum sequutus Piscatorem, ita scribentem in h.l.p.m. 546. a. edit. opr. Herbornens.M.DC. Lvi i i.Lingvis angelorum)i e. lingvis pulcherrimis,qvalis (qvales)effent angelorum, si lingvis laquerentur. Synecdoche speciei hyperbalica. Similiter exponi videtur posse illud Psalm. LXXVIII. 25. Panem robustorum (id. est, angelorum) comêdit vir. quod dicitur ad commendandum mannam, panem illum, quem pluebat Deus è calo ad pascendum Israelitas, id est, panem optimum & svavissimum: quali vescerentur angeli, si cibò aliquò vescerentur. Cum quibus & facit Joh. Crocius, Comment. in

in Galat. 1. 8. p. m. 17. Tom. 1. edit. Mar-purgens. 1663. in fol. & Theodor. Hackspanius, fib. 11. Miscellan. c. & S. 1v. p. m. 204. edit. Altdorph. M. DC. Lx. in 8t. Non male Benedict. Aretius, Comment. h. l. p. m. 160. b. edit. Bernensis, M. DC. WIII. in fol. Disce Angelorum quoddam effe idioma, quod, quale sit, nemo novit, quam is, qui eis dedit nature puritatem. Scriptura illis nullum proprium tribuit: sed illud solum, quod in, cum quibus agunt Angeli, cognitum est. Sunt enim ministratorii spiritus, & mittuntur ad hominum salutem, aut vindices peccatorum, tum assumunt corpora, & linguis popularibus loquuntur. Ceterum in sua simplici, & incorporea conditions constituti nuflum habent idioma linguarum, quod nobis Scriptura exprimat, ac si quod est, captum hominis superat. Cum enim corpora non habeant, ore, lingua, tabiu, gutture, dentibus, pulmone careant, quomodo loquuntur? At sunt ista homini necessaria organa sermonis. Ovare vel Angelis sermo nullus erit proprius : vel si est , alia ratione erit quam set homini. Nec Apostolus decit illis lingvas essa, sed excellentiam linguarum effert per exochen, quasi dicat, si illis essent lingua, & homini pos-sent esse nota. Et quod cood duòs est, non statim fieri potest nathyoesnov, ut loquuntur. Ista honoraria sunt. Inclinat & eò Petr. Ravanellus,

nellus, part. 11. Bibliothecæ S. p. m. 96.b. edit. opt. Genev. M. DC. Lx. in fol. per lingvam Angelotum intelligens idioma, quô uterentur. Angèli, si lingvas haberent corporeas, nt habent homines, quod quidem idioma Angelerum excellens effet & eximium. Non babent autem, pergit, Angeli lingvas αίοθητας, sed νοητας, ast, ad b. l. Theodoretus, wim , nimirum , illam , per quam laudant universorum Deum, & inter se colloquuntur, conceptusque suos significant, atque aded, sibi; mutud divinarum rerum intellectum cogitationesque suas communicant. Itaque, Apostolus lingvas Angelis tribait, sumpta locutione ab organo vocis nobis cognito, quô homines solent conceptus suos exprimere. Confer eumdem, part. 1. p. m. 160. Eximius noster Matthias Flacius in Clave, p. 589. Quod Apostolus, inqvit, dicit de Linguis Angelarum, non est ca vis aut sensut, qued Angeli in calo propriè qu'ôdam sermonis genere mantur, sed simpliciter de valde excellents lingua. Gerard. Ioan. Vossius, quoque, lib. Iv. Institution. Orator c. v11. Sect. 11. p. m. 116. Lingvam Angelicam metaphorice dictam putat pro · prastanti, quia summa omnia, inquit, tribuebant Angelis: unde dicebant panem Angelorum Pfalm. LXXVIII. 25. Nisi malis manna ita vocari, quia eisi specie non differret à vulgari manna, tamen Angelorum ministerio diversi-

versimode fuerit productum, ac qualitatibus aliis ornatum: uti ex c. XVI. Exodi cognoscere est. Qvem vide & lib. 111. Idololatr. c. x1. extr. p. m. 389. a. edit. Amstelod. m. Dc. LXVIII. in fol. sicuti & Andr. Rivetum, Comment. in Exod. xv1. p. 412. eumdem hunc Paulli locum adducentem, & Davidis Psalmicum per eum exponentem, unanimemque omnium interpretum de Pane Angelorum in Psalmo LxxvIII. 25. etiam Hebræorum laudantem consensum; qvi tamen qvòd non adeò universalis sit, apertè constat è Kimchi, Aben Ezra, Vatablo, Schindlero & aliis, quos B. Gejerus noster istum in locum Psalmi citat. Scio, inqvit, ut & illum audiamus, Dan. Heinsius, Exercit. x. p. m. 397. qua de Linguis Angelorum dicuntur, hyperbolen viders eruditis, cum forte, non tam de eloquentia, quam linguarum variarum dono, hoc eft, non tam well suy hathas, quod nounullivolunt, quam πολυγλωτίως, agat Apostolus. Quô sensu quidem oratio plana esset : ¿àv ταϊς γλώοσαις πάντων τ άνθεώπων, ώς οἱ άγγελοι, λαλώ quis enim dubitat, quin Angeli, quamvis linguas propriè non habeant, quibus loco earum voepar divapir antiqui tribuuns Theologi, quà divinas inter sese cogitationes sine aco-์ Фоськый communicant sermone, cum ad gentes mitterentur varias, (quemadmodum commune Ange-

Angelorum in missione ministerium Hebr. 1.14. positum Apostolus testatur) corumque ubi visum esset, operà in terris uteretur Deus, variis quoque ac diversis uterentur linguis? Quid si tamen γλώσσα άγγέλων, lingva Angelorum, ut, panis Angelorum, hoc est, calestis, dicatur? nt, quemadmodum home panem comedisse Angelorum, ita hic Angelorum loqui lingvâ, qui calesti facundià est praditus, dicatur. Sapientia Salomonis c. XVI. 20. αγγέλων τροφίω εψώmicas & dair nutrimento angelorum pavisti populum. B. Hieronymus, Neque ullô modô Apostolus dixistet, Si lingvis hominum loqvar & Angelorum, nisi hic essent Angelorum lingvæ, sicut hominum : qvamvis Angelicæ sint dissimiles humanis. Est ergo aliqvod, & ipsum valde magnum, super diver-sitate lingvarum, inter terrigenas & ministeria superna, discrimen. Super qua re nos Canonicus liber Novi Testamenti, qui Apostolica continet gesta, sufficienter instruxit. quafi scilices, πολυγλωπία, aut linguarum, de quibus ibi, dona, lingva Angelorum fuerint. quamquam non ignorem, intelligi & aliter posse. B. D. Christiano Chemnitio etiam, Comment. h. l. p. m. 285. edit. Jenens. 1667. in 4to, Lingue Angelorum denotant lingvas humanis excellentiores, quibus Angeli usuri essent, si ipsis lingvis loquendum eslet. Dignus est & ·is

THOM E CRENII

is Theologus, qvi audiatur, cum Commentarius ejus Epistolas in Paullinas paucis hie cognitus sit. Per lingvas hominum, inqvit, intelligit πολυγλωτίκαν, sive varia linguarum idiomata, qua passim inter homines ustata. Ut sit sensus: Si loquerer omnium gentium linguis, uti Balduinus & Grotius exponunt. Non enim bic de Eloquentia est sermo : sed de generibus linguarum , ut reste annotavit Estius. Per Lingvas autem Angelorum, Grotins intelligit aliquid, quod sit avanoyer Linguis, per quod conceptus sibi mutud tradant. Theophylactus in-telligit lingvam intellectualem, vim nimirum illam', quà sibi aliquid invisem communicent. Et denotatur bic aliquid, quod Linguis huma-nis sit excellentius, nempe locutio intellectualis. Vel ut ali exponunt: Denotant ling vas humanis excellentiores, quibus Angeli usuri essent, si ipsis lingvis loquendum esset. Habentur enim tales hyperbolica phrases etiam Rom. v111. 38. Galat. 1. 8. Hæc Chemnitius. J. Drusius, lib. va. Præteritor. p. m. 232. edit. Franckerenf. 1612. in 4to, suspicatur, qvia nomen Elohim & Deum fignificat & angelos, linguam Angelorum hic esse, qvam Ebræt vocant שין אלוהים linguam DEI, id est, divinam & excellentem, cum DEO tribuatur, suo qvidqvid in genere excellit. At qvamvis præsens loqvutio phrasi illa, qva nonscr

Digitized by Google

nomen DEI locô epitheti adhibitum rei notat prastantiam, - (uti videre est è Gen. xx111. 6. ubi Princeps DEI, est præstans & excellens, c. xxxv. 5. ubi terror DEI est maximus, 1. Sam. xxvi. 12. úbi sopor Domini vehementissimus est; & aliis locis adductis B. nostro Glassio, lib. 1. Philolog. Tract. 111. Sect. 111. n. 2. p. 202. & lib. 111. Tract. 1. Can. xv11. n. 111. p. m. 420. f. Joh. Buxtorf. lib. 11. Thefaur. Grammat.c. 111. p. m. 361. s. edit. Basil. m. DC. XXIX. in 8t. B. Havemanno, c. 11. Theognosiæ, S. x. p. m. 202. (qvi tamen numerus à mea manu est) edit. Freiburg. c10. 10c. L1. in 12. Georg. Pasori, lib. 11. Grammatic. Græc. Novi Testam. c. 1v. n. 5. p. m. 297. f. ubi & Psalmi & Paullilocum habes; Opt. Gejero nostro Comment. in Psalm. xxxvr. 7. p. m. 637. B. Joh. Conr. Dieterico in Antiqvitatib. Biblic. p. m. 731. b. Cl. Dn. Joh. Oleario, Dissertat. de Stylo Novi Testam. Sca. Didact. Membr. 11. Aphor. v11. §. 4. p. m. 79. f. J. Drusio, lib. 111. Observat. c. vIII. p. 66. lib. 1. Quæstion. & Respons. Q. xi. & lib. 111. Q. xv11. Item Rabbi Davidi Kimch. Comment. in 1. Sam. xvi. & Ph Lxv. 9. p. m. 278.) declarari possit: ad nomen tamen Elohim Apostolum hic adludere voluisse, negamus cum D. noftro.

34 THOMÆ CRENII

stro Glassio in Adnesationib. Exeguie. in h. l. Quamvis auctore Dn. D. Oleario in p. 138. Posit. I. Exercitat. xv. Philolog. Gezcum Epistolar. Dominical. Textum concernent.neutra harum expositionum cum altera pugnet : sed altera subordinare possit alteri hôc sortè modô: si maxime omnes omnium lingvarum dialectos callerem, qvæ unqvam uspiam inter homines in usu fuerunt, & prætered (υπερθολικώς er ex hypothesi loquendo) Angelorum sermones vel propriè vel metaphoricè tales imitari possem, ita ut summâ & plane cælesti facundia in omnibus iis lingvis, humanis & angelicis,pollerem, fine charitate tamen, mihi hæc omnia nihil prodessent. Concludimus hanc Dissertationem verbis Philippi Presbyteri. lib. 11. in Jobi c. xxiv. p. 99. Colloquationens Angelorum in calis ego astimo mobilem quemdam voluptatum fuisse consensum potius, quam fonora colloquia, quoniam spiritus sunt, & non corpora membris composita. unde sieri potest, ut similes motus per sublimitatem natura sua in se perspexerint, & hoc dictum sit colloquium; non enim quidquam affectuum suorum ab invicem latere spiritus posunt; Simplices enim creature, nullum habentes quasi obstaculum corpulentum, perspicue sibisunt. Unde arbitror, quad ling illa, quâ isti per conditio-

nis sua modum longe dissimili atque insuspicabili distinctione, fine sono vocis, qui fit verberaid nore, quod volunt, ilico enuntient, nec fit necesse es humano more, brevissimo saliem temporus spatio, loquelam à cogitatione discernere. Illud tamen immobiliter est tenendum; mullo modo in silentio calestis militia agi officia, cum legamus Angelicas potestates ante sedem Domine in laudem gloria ejus indefessis vocibus personare, neque ullo modo Apostolum dicturum fuisse? Si lingvis hominum loqvar, & Angelorum , nist effent & Angelorum lingvæ, ficut hominum sunt, quamvu Angelica sint dessinites humanis. Est aliquid magnum, arque ipsum valde secretum, super diversitate lingvarum inter terrigenas & ministeria superna discrimen. Plura hoc de argumento desiderans legat Cl. Statii Ehrenbergeri Opusculum de Sermone Angelorum Helmstadifeditum annô M. Dc. xci ii. in 8t. Et hæcin præsentia præsari visum fuit in Analecta nostra Philologico Critico-Historica, qvorum ut Inscriptio contenta docet: ita contmuatibnem, solitô si & hæc, qvô cetera nostra prosequatus es, mi LECTOR, scripta, fa= vore exceperis, propediem exspecta. Desidero verò ad eam Joannis Passeratii Eloquen-tiæ quondam Professoris & Interpretis Regii libellum de Cognatione Litterarum, quo de *** 2 Liq -

36 THOMÆ CRENII

sic Josephus Scaliger, lib. IV. Epist. ccc.v. p. m. 668. edit. Lugdun. Batav. cio. 10c. xxvII. in 8t. Accepi Passeratii libellam (in Opuscul. Jos. Scaligeri variis, editis Franco-furti M. Dc. LXIV. in 8t. ut novus Titulus veteriori cuidam editioni præfixus habet, ubi eadem hæc cum variis aliis legitur epistola, p. m. 301. (rectius 303.) additur de Cognatione literarum,) magis nobis suilem, quam auttori gloriosum. Rari erunt, qui ed sciant uti. Nos quanti sit; ex eo assimare possumus; qu'ed paucorum nominum est, & plures babebit, qui non capiant, qu'am qui es capiantur. Ego sane in censum bonorum eum dedico. Doleo omissum esse eum in editionibus Passeratii Oration. & Præfation. Parifin. 1637. in 8t. & Francofurt. M. DC.XXII. in 12. An de eo argumento, litterarum scil. cognatione & adfinitate, tam fusè Vossius egerit Originum in libris, uti receperat in primo Artis Grammat. c. xxx111. extr. p. m. 127. edit. opt. Amstelædam c13 13c. LXII. in 4to, viderint eruditi. Tractatus ejus de Litterarum permutatione præmissus est laudati Vossii Etymologico. Confer Fabium in 1. c. 1v. cujus lemma de Grammatica: Priscianum, lib. 1. c. 1v. qvod est de Littera-rum numero apud Veteres, col. m. 542. edit. opt. Hanoviens. M. Dc. v. in 4to; Angelum Caninium in Hellenismi Alphabeto, propediem à nobissecensendo & edendo hic; Cæfarem Scaligerum, lib. 1. de CaussisLingvæ Latinæà c. xx1. ad xxxv. p. m. 49. f. edit. Commelin, M. DC, XXIII. in 8t. Argumentum Commentarii, de Hispanismo hodierno, adfectati, sed nunqvam, qvod sciam, editi ab infinitæ lectionis viro Casp. Barthio, indicat ille ipse lib. 1x. Adversarior. col. 2835. s. memorans & col. 2839. ibid. Commentarium à se conceptum de Republica Getarum, seu Gothorum, in quo forte non pauca Lingua de Gothica explicavit. Tractatus Martini Schookii de Mulso, Aceto & Potionibus Barbaricis, quos in præsatione libri de Cervisia Gröningæ editi 1661. in 121 recepit, atque in postremo varia se discus-furum de veterum Zytho, Celia (qva de & in præsentibus nostris Analectis agitur, cujusque gratia hæc adpono) Sabaja, Corma, Parubia &c. adhue non vidi, nec editos credo. Qvid in libro de Ortu sermonis Mericus Casaubonus egerit, nescio, cum nunqvam eum, qvantacumqve etiant diligentia inqvisitum, videre mihi contige rit. Adjicio hic, qvam in præsenti libro oblitus sum, sententiam Ioannis Pici Mirandulæ, inlustris & consummatissimi viri de Antiquitate Hebraarum litterarum, ex Epi

Epistola ejus xuvi. qva Hieronymum Judeis conciliare studet, p. m. 116. f. edit. opt. Cizensis, annô m. Dc. LXXXII. in St. pro que doctiff. Dr. Christoph Celleric hic gratias agimus publice. Ut ad as, inquit Picus, veniam qua de Chaldeurum Hebreorumque luteris desideras, percunctatus sum ego sape & Mithridatem & mulios Hebraos de has que apud Hieronymum in Galeaso † Prologo leguntur, ubi ille scribit, cosdem colini fuisse Samaritanorum & Hebraorum characheres, Eldram autem, post instaurationem templi sub Zorobabel, alias adinvenisse licterassi que nunc funt in ulus nession sechajas matationis omnes predicant, O (quod eft majus) pro comperto babent, is dens suquibus muno lutimur in Hebraica linteratura apicibus, essos & Mosem & patriarchas autiques connes. Qui fententia, ut nunc mili subvenio, fidens maximam facit scientia Cabala, cujus scriptores, qui cum ipso Esdra in Synodo fucrunt, sub inst hoserurum characteribus & figuris, quibus nuno legem descriptam habemus, dissimulasse Mosem divina mysteria, & volunt, & probans: quod esse nullo medo posset, si atis Moses ab his, quibus nunc utimur, characteribus usus suisset. Quô temen tutari dictum Hiero-

is Hieronymi est cyr.

symum possim, how unum habeo, quod nuter legi in Commentariis libri, quem pater antiquus * Abraham de Creatione edidit. Dumenim duas illas & triginta portas, quarummeminit, auctores interpretantur, dicunt numerum illum ex decem numerationibus & duabus ac viginti litteris conflari : reliquas autem litteras, qua sunt Mem, Tzade, Pe, Capb O. Nun, que duplices dicuntur, quarum charatteres sunt 17970, ab episcopis sive prafettis additas fuisse. Hoc forte Hieronymus intellexit, cujus testimonium & haberi apud omnes omnibus in rebus debet, & habetur profettò apud me, sanctissimum. Hactenus Mirandula. In p. 466. hujus libri, ubi de modo 88500-Ondor scribendi tractatur, excidit mihilocus Marii Victorini, quem hic è lib. 1. Artis ejus Grammaticæ, capit. de Versu col. m. 2499. edit. opt. Hanoviens. M. Dc. v. in 4to. do. Apud nos autem, inqvit, versus dictus est à versuris, id est, à repetita scriptura ea ex parte, in quam desmit. Primis enim temporibus, sicut quidam asserunt, sic soliti erant scribere, ut cum à sinistra parte initium facere coepissent, & duxissent addextram, sequentem versum à dextra parte inchoantes ad sinistram perducerent, quem morem ferunt custodire adbuc

Digitized by Google

^{*} Liber Cabalisticus nor tribuitur Abrahamo patriarchæ à Judæis.

40 THOMÆ CRENII

adhuc in suis literis (leg. liris) rusticos. Hoc autem genus scriptura dicebant bustrophen (leg. Buseopndov) à boum versatione, unde adhuc in arando ubi desinit sulcus, & unde alter inehoatur, versura propriô vocabulô nuncupatur. Hæc Marius. Tu, mi LECTOR, Vale. Scribebam Lugduni Batavor. præcipitante Menfe Januariô, A. C. M. Dc. 1C. LINGVARUM COGNATIO:

LINGVIS

IN GENERE,

ET DE

VARIARUM LINGVARUM HARMONIA

DISSERTATIO

AUCTORE

THOMA HAYNE **

Olim Oxoniens. è Coll. Lincoln.

* Scripsit & edidit Londini cô ipsô, hunc qvô libellum evulgavit, annô 1639. in 8t. & qvidem cum Censura Capellani domestici Archiepiscopi Cantuariensis, hie Auctor Tractatum, sub Titulo: Pax in Terra, seu de Pace Ecclesiastica, qvam omnibus ibi sectis adnunciat, exemplum sequutus ipsa in Anglia Jacobi Acontii in lib. 111. Stratagematum Satanæ, qvo de dixi in part. 11. Animadversion. c. 11. §. 11. p. 30. s.

2 Cor. xiv. 5. Volo vos omnes loqui Lingvis.

APO C. V. 9.

Cscinerunt Canticum novum, dicentes; Redemisti nos per Sangvinem tuum ex omni Tribu, & Lingva, & Populo, & Natione.



PRÆFATIO

A D

LECTOREM.

fit Linguary tamen inter

Audabile est (Lector benevole) qvorumdam studium & sedulitas, qvz in Lingvarum variarum, inprimis verò sacrarum, notitia promovenda impenditur. Etsi enim Rerum scientia

fit Lingvarum peritià optabilior & superior, ea tamen inter has cernitur subordinatio, ea progrediendi ratio in ignorantiz tenebris dispellendis, & veritatis radiis menti humanz inferendis requiritur, ut nisi vocabula, Rerum signa, nobis à magistris, vel mutis, vel vivà voce docentibus instillata, rectè percipiamus, non possimus tandeun ad Rerum ipsarum intelligentiam aspirare. Cùm verò sacrarum Rerum scientia, utpote alià omni cognitione nobilior & fructuosar, primo in loco sit spectanda, sacrarum etiam singvarum notitia maximam studiorum nostrorum exposcit curam. Pontisciorum igitur hac in parte negligentiam arbitror meritò reprehendi: qvi 1. sacras lingvas Ebrzam scil. & Grzcamitase culò

Digitized by Google

THOMÆ HAYNE

culô † præcedenti abjecerunt, ut lingvam nôsse Græcam, suspectum foret, Ebraicam hæreticum: (Espencaus in 2. Tim. 111.) ut, re literatià ad So-

† Dixi copiose in parte 11. Methodor. nostr. n. 1.c. 1v. p. 14. 16. Fatalem quamdam corum temporum hominum animos occupantem ignaviam, qvos hoc pro studiorum Ecclesiz tam utili genere ac planè necessario vigilare decuerat, auxerunt Barbarorum irruptiones & qvædam qvasi humanitatis literatæ diluvia, nullus honos, nullus cultus lingvis impensus, Hebræa ignorata pariter atque Græca, Latina ad libidinem ignorantissimorum stuprata. Neque tantum humaniores literænegligebantur, sed credebatur cum severiori doctrina casto sermoni & desecato convenire non posse. mo ferè, qvid esset Latinè loqvi sciebat, qvilibet verbo-summonstra invehebat, qvod ita sieri necesse erat, cùm bonos libros ne de nomine quisquam nosset. O seculum insipiens & inficetum , expernous est Jac. Pontani fesuita. Neque satis suit ignavis illis & ignaris ventribus, fabellam de S. Hieronymo, quem ob Tullii lectionem ab Angelis vapulasse commenti sunt, passim in templorum & monasteriorum parietibus, ad deterrendos nimirum à lingvarum artiumque liberalium studiis Juvenum animos, depingere: Sed Gregorius quoque Pontifex severô edicto cavit, Ne qvi Episcopiu Grammaticen doceret. Sic enim ille , lib. Ix. Epist. xLIX. gvod etiam habetur in jure Pontificio dist. LXXXVI c. v. in Desiderium Episcopum invehitur: Pervenit ad nos, fraternitatem tuam, Grammaticam qvibusdam exponere. Qvam rem ita moleste suscepinsus, ac sumus vehementus aspernati, ut ea que priùs in laudem tuam dicha fuerint, in gemitum & tristitiam verteremus. Qvia in uno se ore cum 70vis laudibus, Christi laudes non capiunt. Verum & ifta stomachosa ac submorosa Gregorii in contumeliam Grammaticz Viyuuru, oblivioni dare, & tanto Patri condonate possemus: nis cruentus ille Tarpejus Aper,

Digitized by Google

Sophisticas quasdam arguitas contractà, fastidita sit Gracanici sermonis peritia, & multô magis Ebraici. (Erasm. Adnosat iu Hieronym.) 2. Peccarunt Pontificii, quia noluerunt alia lingua quam * Latina, Gratiam, Pacem, Veritatem in sacis Scripturis (nemini non revelatas) tractari, & res sacras in Publicis Officiis & precibus peragi. Vide Harding. Actic. xv. Sect. v. 2. Jure sunt etiamnum culpandi, qvi in vulgata Editione Bibliorum enarranda & elucidanda sine Ebraicz & Gracz veritatis

Aper, singularis ille serus, qvi vineam Domini depopulatur (Pfal. LXXX. 14.) in conciliabulo Tridentino, omnes illos immanes barbarismos, solecismos, corruptelas & depravationes, que in Latina vulgata Bibliorum versione passim occurrunt, imò qvibus tota Scatet, ut D. D. Chemnitius, Witackerus, O noster Hunmus o er rois apiere oftenderunt, sub anathematis boriibili boatu canonizasset, & lunpidissimis Hebraici codieis in Veteri, ac Graci in Novo Testamento, fontibus adeò prætulisset, ut & putidis & fætidis Solæcismorum & Barbarismorum lacunis, amænissimas illas scaturigines emendari, hoc est, pollui & infici præceperit, & magna cum severitate edixerit, ne qvis depravatam illam translationem quôvis prætextu rejicere audeat vel præsumat. Vide B. nostrum Salom. Gesnerum in Epistola Kalendario Erasmi Schmidii Etymologico Papistico præfixa, Item B. Balth. Meisneri Orationem in Jubilæo Witteb. habitam & ceteris cum Orationibus dicto in Jubilzo recitatis editam Witteb. 1618. in 4to, p. 128. Rainoldi Epistol. ad Seminar. Anglican.p.

** Latina) Credimus nos in lingva vernacula laudandum esse D x u x & Sacra administranda, cujus rei ducem habemus Paullum Apostolum, 1. Cor. x 1v. 16. 17. 18. 19. & adstipulatorem ipsum Innocentium III. in Decretalibus Gregoriil. 1. Tit. 31. c. Qvoniam. 14. de officio Judicis A 3 ordi-

· Digitized by Google

THOMÆ HAYNE

tatis examinatione operam ponunt, & cape ludunt: nec Ariz Montani, & Andrez Masii, & aliorum inter eos cordatiorum exemplo volunt edoceri, ut à glande ad triticum edendum, à turbido in multis † locis rivulo ad fontem limpidum bibendum provocentur. Meminisse & sagaciùs

ordinarii: Quoniam in plerisque partibus intra eandem civitatematque diacesin permixti funt populi diversarum lingvarum, habentes sub una fide varios ritus & mores: districte pracipimus, ut Pontifices hujusmodi civitatum sive diacesium provideant viros idoneos, qvi secundum diversitates rituum & lingvarum divina illu officia celebrent, & Ecclesiastica Sa-cramenta ministrent, instruendo eos verbô pariter & exemplô. Apud Pontificios verò sonos ad ignotos convocantur homines audiendos ubi vix ipsum se Hermes intelligit, imò, inqvit B. Röberus in Disp. de multis absurdistim. erroribus Pontificior. 6. x111. habita & edita Witteb. clo Ioc. xxx. in 4to. ubi dubitandum an reclè administretur baptismus, an Cona Consecratio verè fiat; Quot enim Epicurei, quot Magici sacerdotes popello possunt illudere. Adde B. Joh. Kleinium in S. 16. s. Disputation. de Usu Augustanæ Confession. in doctrina de Precibus Christianor, inserta Jubilis & Dissert. in Academia Rostochiensi à se habitis & editis M. DC. xxx. in 4to.

† In multis locis] Isidorus Clarius Brixianus Episcopus Fulginas suscepit emendationem Vulgatæ Latinæ versionis, restatusque in præsatione est ad Biblia sua, se quamquèm summà moderatione Biblia vulgatæ editionis tractiàrit, octo tamen millia loca à se annotata emendavisse. Non potuit hoc ferre Romana Synagoga, ideoque Scholiis ejus in Biblia penitus interdixit: postmodum tamen debuerunt eadem ipsius Tridentinæ Synodi autoritate restitui, & restituta sunt, at pracisis prolegomenis, teste Sixto Senens. B. S. lib. Iv. p. 338. hocest, sincomni judicio: quia res codem redit

gaciùs perpendisse debuerunt, qvid Deus, cùm Apostoli ad Euangelii promulgationem erant statim mittendi, & virtute ex alto induendi, Luc. xxiv. 49. essecerit. Scil qvomodo viros Galilæos variarum lingvarum donô ita ornârit, ut auditores

redit omninò, sive summatim dicatur, octo millia locaemendata fuisse, in vulgata versione, sive sigillatim tot loca enumerentur simul atque emendentur; imò hoc magis fecit ad detegendam, omnibusque ostendendam vulgatæ fæditatem, & depravationem. Rectiùs autem fecisset Synodus, si loca ab Isidoro adnotata examinasset, & reqvirente necessitate, juxtà ejusmodi examen vulgatam emendasser. Luculentum specimen errorum Vulgaræ Versionis exhibuit Sixtinus Amama in Examine Pentateuchi, cui si religiorum accederet censura librorum, nihil effet, Riveto teste in Isagoge ad Scripturam sacram, c. x1. Tom. 11. Oper. p. m. 906. a. edit. Roterodam. M. DC. LII. in fol. quod quis hoc in genere desiderare posset. Do ejus verba: Ex nostris plurimi fuerunt, qui errores in versione vulgata non paucos, nec leves, notarunt, quos longum effet recensere. Hunc laborem suscepit, ex professo in publicum bonum, vir Clariss. & omnibus ad susceptum opus accurate perficiendum necessariis instructisimus, Sixtinus Amama, Orientalium lingvarum in Acad. Franekerana Professor dignissimus, cujus cum primam partem ante sexennium dedit, religvarum se debitorem constituit, que, si brevi subsequantur, (quod ab ejus diligentia, addam &. promissis, exspectandum est) nihil erit quod in eo genere quis desiderare possit, habebuntque adversarit quod, si arrodere velint, solido sint dentem allisuri, potius quam infixuri. Toto autem hoc de argumento tam præclare meritus est summusolim D. Noster Calovius in Critico sacro, p. m. 502. s. ut pauca reliquerit ad Spicilegium. Adde tamen & Rambourtium, Chamierum & Höttingerum, lib. 1. Thesauri Philolog. c. 111. Sect. 111. p. m. 377. f.

A 4

* Vide

res suos è plurimis Gentibus convolantes sua cui jusque dialectô alloquerentur. Nam hôc * mi-raculô Christus successores omnes Apostolorum erudiit, qvam magno sit usui in Ecclesiz zdificatione variarum lingvarum donum. Qvippe non temerè, sed gravissimam aliquam ob caussam Deus miraculosa exerit opera. Deinde cum Deus in Novo Test. lingvå Græca usus sit, gvæ victoriis & coloniis Macedonum facta fuit communissima, & Judzis pariter nota & Barbaris; satis constat neminem fine justa reprehensione ejus studium. & notitiam posse vilipendere. Prætereà cùm Novum Test. Patriarcharum, Judicum & Regum historias, & multa Prophetarum commata, ut unius & ejusdem sacra veritatis testes, sapiùs citet, inde licet perspicere magnum lingvæ Ebrææ (ex qua illa desumpra sunt) usum esse Christianis. Et cum jam, ubi nodus aliqvis occurrit difficilior, ad Ebraicam & Græcam veritatem (qvod svadet S. Augustinus de doctr. Christian. lib. 11. c. x1.) recurratur: & cum qvadam Lxx11. Interpretum, & vulgata Editionis, & priorum secu-lorum deviationes luce Originalium lingvarum deprehendantur, videmus prudenter & utiliter operam studiosorum in Lingvis sacris collocari. Siqvidem ut Manna, cibum Angelorum mini-Reriô paratum, Israëli peregrinanti miraculose dedit Deus, donec in agros Chananizicos esset deventum, ubi locus sementi & messi dabatur; & victus necessarius hominum industria, qvam oportuit exerere, poterat comparari: sic lingvarum

^{*} Vide hle B. Dorschei Orationem in Admirandoruma Jesu Christi septenario ultimam, p. m. 586, s. ubi eleganter, qvod solet, exponit, qvam sit eminens in primis inter admiranda regni Salvatoris Jesu ydworaęxia, seu dominatio singularis in Lingvas mortalium,

rum variarum miraculolum in Apostolos donum Deus contulit, cum starim in initio Euangelii nationibus omnibus panitentia & remissio peccatorum fuit annuntianda, Luc. xxIV. 47. & quemlibes populum in propria sua lingva edocendum, Actor. 11. 8. 11. Divina sapientia necessarium duxit. At postea sfaris erat futurum, si Deus usum variarum Lingvarum, educatione, studio, & exercitatione comparatum Ecclesiz Doctoribus concederet. Atque idcirco laudanda sunt virorum complurium eruditifitmorum studia, quorum opera per universum orbem Christianum bonæ literæ & lingvarum peritia (qvod suo tempore factum esse afferit Erasmus in Edition. Hieronym.) revixerunt & felicissimè repullularunt : cum antea Sophisticam Theologiam ubique obtinuisse, & ejus spinetis divinum verbi semen suffocasse, & distinctionibus frigidissimis juvenum ingenia inutiliter exercuisse sit mamifestissimum. Nec debita his temporibus laus est deneganda, in qvibus viri haud pauci eloqventiæ copia & lingvarum peritia instructissimi, ora obstruxerunt furiosis & rabidis illis (sic enim Joh. Reuchlinus sese hos expertum esse air in lib. de Accent.) canibus, omnis bone Artis & Lingvarum osoribus , librorum incendiariis , vetustatis pesti. Nam prudentissimis & elegantissimis orationibus honorem lingvæ Ebraicæ, Græcæ, Syriacæ, Arabica, &c. debitum vindicarunt, & diuturnas audaculorum impugnationes & diffamationes (utor verbis J. Reuchlini lib. eodem) mendaciis plenissimas ita exploserunt: ut jam neutiquam liceat cuiquam tenebrioni impunè clamare Gracos schi-Smaticos effe, & Reuchlinum (dum Ebraam institutionem orbi meditabatur) genus literarum tra-Etasse à Romana pietate alienum: qvod optimi qvi-qve jam experti sunt Christianæ pietati valde pro-

A 5 time

fuisse. Prærereà, ut usus lingvarum sacrarum inclaresceret, Doctiss. Sixtinus Amama in dissert has dere: & in Censura vulgate Edit. luculenter probavit ignorantiam Ebraismi, & vulgata Editionis authentiam matrem fuisse pracipuis Papismi erroribus: & sparsim in Protestantium operibus apparet, quàm sæpe errarint Pontificii Græcum etiam Novi Test. textum negligendo; & qvantam lucem sacræ veritati accendat lingvarum originalium lampas. Qvomodo verò subserviant Ebrae lingue matri, filia ejus maxime genuina Syriaca lingva 🔗 Arabica, oftendit vir doctissimus Laur. Fabricius in prafat. ad Gramm. Syram Crinesii, & Nic Clenardus in lib. 1. & II. Epist. ideò se in Arabismo addiscendo multum fuisse ait, quia Arabica lingua peritiam mirifice Ebræis rectius intelligendis censuit conferre. Et noster Guliel. Bedwellus, Arabicarum literarum peritissimus, judicavit multas voces Ebræs raro in Veteri Test. occurrentes, ex lingvæ Arabicæ † cognatione aliqvid lucis posse mutuari. Nec parum illud arbitror profuturum, qvod in Arabicis Euangeliis 600 annis abbine versis, pleraque omnia sic sese habent, ut in codicibus Græcis ab Erasmo examinatis & editis. Id. in lib. 1. Epist. Opinor & Syriacam * Novi Test. versionem ad qvorumdam locorum in Grzco textu intelligentiam non pa-

† Arabica) Ostendit Höttingerus in Analect. Historico-Theolog. Distert. 111. p. 144. s. v1. p. 257. s. & lib.
11. Thesauri Philolog. c. 1. Sect. 111. p. m. 500. s. Item
in Smegm. Oriental. lib. 1. c. 111. s. xxxxxx. s. p. 136. s.
5. xc. s. p. 52. & c. v11. toto, p. 107. s.

* Syriacam] De ea testatur Immanuel Tremellius in præsat. (qvam in mea edir. Genev. M. De xxx. in sol. omissam. doleo) super Novum Testam. Syriacum, qvòd majori ex parte ex archetypo Graco (eòqve antiqvissimo) sidelis-

rum conducere. Inter quos existimo illum, Rome xII. I. ubi à Th. Beza pro Arquei Auresia) reponitur (Rationalis cultus:) que voces ab Imm. Tremelio è Syriacis verbis exponuntur (Ministerium verbale) hoc est, cultus in verbo à Deo mandatus; non humanæ rationis ope & ductu

delissimè expressa sit. Imò auctorem agnoscit aliquem ex illis, qvi Antiochia habuerunt ipsos Apostolos prasentes, qvos de multis locis obscurioribus consulere & audire potuerunt, qvemadmodum loqvitur Præfatio Jacobi Martini in N.T. Syriacum operâ Mart. Trostii publicatum. Unde Franciscus Lucas Brugensis in præfat. super Comment. Nov. Test. n. 6. Hoc teneo, inqvit, indubitanter, Syriacum Novi Testam, textum vetustissimi exemplaris Graci, O qvidem ex prinis, locô habendum ac venerandum esse. Juvit jam olim B. Glassium, lib. 1. Philolog. Tract. 1. Membr. 111. p. m. 136. audire Dn. D. Franzium, de interpret. Seriptura, præceptô 1. p. 47. (m. 38.) juvabit & nos, hic ejus verba repetere: Ex omnibus versionibus Novi Testamenti primum locum habet & acutissima (forte accuratissima, Glassius habet certissima) felicissimaque, Ordivina omnino est Syriaca versio, ab Apostolicis viris absque dubio sidelissime comportata, quia verba Christi & Apostolorum recentia adhu: mentemqve optimè noverant. Hâc enim ling và Christus ipse fuit usus. Unde illam ferme sapientes aquiparare fonti Graco Novi Testam. volunt, & spondeo immensas utilitates illis, quotquot Novum Testam. Syrum cum Graco conjungere non fuerint gravati. Exstat ejus Syri Testamenti textus & textui de verbo ad verbum super-addita versio latina, impressa Parisiis hôc tituló in sorma quarta.

Novum Testamentum ארתא הרתא H' KAINH' ביתיקא

Novum Jesu Christi D. N. Testamentum.

AD CHRISTIANISS. GALLIÆ ET
POLONIÆ REGEM,

HEN-

efformatus. * Huic verò sensui è Syriaca versio ne eruto astipulatur illud S. Petri, Sincerum yaha

HENRICUM III.

Potentiss. O invictissim. Principem, Christina Religionis Viudicem O Assertarem unicum

PARISIIS M. D. LXXXIV.

Apud Joann. Bene-natum Excudebat Steph. Prevosteau, Joann. Bene-nati sumptibus O labore.

Parifiis, pridie Kalend. Novembris, Annô Domini
M. D. LXXXIII.

Bene fecerunt, qui literis Hebrais hoc Syrum Testamentum ediderunt, qvia Syriacas ut Arabicas hodie nondum ita sibi inculcare satis possunt, qui adolescentia annos aliquantum valde egressi sunt. Optandum esset, nt illud ipsum observaretur in publicatione Arabica versionis. Et p. m. 45. Ceterum iterum obiter non possum non fucere mentionem editionis Novi Testamenti, in lingva Syriaca. Hanc versionem omnes eruditi pra aliis versionibus maxime purisimam esse statuunt, & pronunciant, absque dubio ideo tam tenaciter & fideliter exceptam à sanctis hominibus, quod in hac lingva Syriaca Christus bocutus & concionatus fuerit, adeo ut dubium non sit, Apostolicos studosistime inquisivisse & conservasse formalia Christi verba, & ea in ista versione pomere sacrô sancto quodam labore studuisse, qvin & per eosdem Epistolas Apostolorum in sacram ling vam transfusas fuisse ideo felicius, quod cum Apo-Rolis Syri Doctores consvetudinem habuerint absque dubio crebriorem. Unde piis omnibus ipsa quoque commendatisima esse debet. Aliorum Testimonia habet Ægid. Gutbirius præfat. super Nov. Testam. Syriac. 1664. Cum primis legi meret Höttingerus, lib. 1. Smegmat. Orient. c. 111. 5. LXXXIII. f. p. m. 50. f. c. v. p. 89.

* Videtur, inquit in notis, vocari verbale ministerium, qvianon, ut in veteri cultu, bruta sermonis expertia obserebantur: sel homo ipse ratione & sermone preditus seissum DEO obsert. Aut voluit Paraphrastes Graca ad verbum exprimere. Itaque ex Gracis petenda interpretationis ratio est. Et Francisc. Jumius ibid. in notis; Certè dovicin desseian

nam eadem vox in eodem sensur heic habetur) expetite. Ut verbô dicam alienis oculis visurus est.

videtur Syrus pro sacrificiis labiorum, que sermone fiunt, accepisse, ac propterea ellipsin statuisse prapositionis zasé. Planè ad mentem Magni nostri Gerhardi in Comment, in h. 1. p. m. 316. ita exponentis: Per cultum hoyinor non intelligitur (1) is, qui ex rationis arbitrio desumitur, aut ad rationis trutinam examinatur, (2) nec moderata & cum discretione conjuncta carnis maceratio; (qvam Thomas, Lyræ & alibrum Pontificiorum expositionem meritò ridere Erasmum confirmat D. noster Frider, Balduinus Comment, h. l. Q. 11. p.m. 220. b. edit. opt. Francof. M. DC. Lv. in fol.) sed (1.) is, qvi sacrificiis Leviticis est oppositus. (2) qui mente per SS. iliustrata probat, que sit DEO placens voluntas v. 11. (3) qui sincerus est & incorruptus. 1. Petr. 11. v. 2. hoyun hangeia dicitur, quie hujusmodi sacrificium in cultum soli DEO debitum redundat. Orig. lib. 1x. Ep. Rom. Qvi membra sua mortificant, hostiam viventem rationabiliter offerunt, & legem sacrificiorum, qua in Levitico est, secundum spiritualem intelligentiam complent. Si superbiam vincunt, immolant vitulum, fi iracundiam superant, arietem, fi libidinem, hircum. Si vagos & lubricos cogitationum refecant volatus, columbas & turtur. Greg. hom. xxII. in Ezech. Altare holocausti est mens bene viventium. Hostia vivensest corpus Domino afflictum. Hostia, qvia jam huic mundo est mortuum, vivens, qvia cuncta, qvæ prævalet, bona operatur. Oppinitur cultus doyinos ceremoniali cultui V. T. Joh. IV. 21. adorare in spiritu & veritate. Potest etiam intelligi oppositum sacrificiis pecudum a hóyou, ac respect ad spirituale sacrificium cordes Deo servientis, 1. Petr. 11. 5. Hæc Gerhardus. Adde omnino B. Iac. Welleri Adnotationes in h. l. p. m. 657. edit. Brunsvig. M. DC LIV. in 4to. De sacrificio nostri ipsorum ex hoc loco peculiarem homiliam composuit D. Andr. Rivetus, qvam habes Tomô ejus Operum 11. p.m. 1229. f.

est, gvid sibi velint * Talitha Kumi, Epphatha? Raka, Mammon, & aliæ voces in facro textu obviz, qvi Syriacz lingvæ penitus est ignarus. Cum verò in novo Test. voces & Phrases Graca fint varii generis, ut Hugo Broughton (ape monet, varia subsidia & rationes varias, ex quibus istas voces & phrases intelligamus, dari necesse est. 1. Pleræque heic voces & formulæ loquendi sunt Græcis familiares. 2. Quædam sunt ex Ebræis Doctoribus desumptæ, quales sunt Paradisus pro calo, Gebenna pro inferno impiorum. 3. Alie sunt ab u (u LXXII. Interpretum receptæ, ut αδελφος † frater, Matt. x11. 46. Sicut Gen. x111. 8. pro cognato: & Junis pro veneno, Apoc. xIV. 8. 10. 19. ut Deut. XXXII. 32. Vide Jos. Mede in Apoc. p. 239. Est apud H. Broughton & 4tum vocabulorum genus ab ipsis Apostolis, Spiritu Sanctô dictante de novo (ad quod mira est hujus lingvæ facilitas) productum: ut น้อง@ เฉเษาเด็- in oratione Dominica; ่ & Chalcolibanum Apoc. 1. 15. 18. pro Orichalco * *. Hujusmodi vocum parciorusus est in Novo Testam. Hac vocum genera cum ita sese habeant. 1. Profanos autores in usu qvarumdam vocum explicando, sacræ Scripturæ subservire par est. 2. E Talmude & seriptis Rabbinicis multa peti possunt,

* Omnes voces has, quia peculiari Oratione explicavit admodùm eleganter Laurent. Fabricius, adjeci eam huic Analectorum parti, jam olim à multis, eam ut edere velim, rogatus.

† Vide B. Joh. Conr. Dieteric. Illustram. Novi Testam. p. m. 41. B. Petr. Winstrupium in Comment. in

Matth. Tom. 1. p. m. 788. b.

** Videre hic pretium erit operæ doctiff. Bochart. part. 11. Hierozoio. lib. v1. c. ult. col. m. 883. f. & 888. extr. ubi de Semi-Hebræis, femi-Perficis, femi-Ægyptiis ac femi-Arabicis tractat vocibus.

Digitized by Google

qvibus & Judzi suis telis vulnerentur, & eorum assensus veritati sacrae ostendatur. Hac in re multum desudavit H. Broughtonus. Et memini me audivisse à D. Docs. Burly olim Rect. Eccl. S. Benedict. apud Londinens. viro lingvarum peritissimo, multos locos difficiles Novi Test. lucem majorem ex Talmudicis * qvibussam commatibus capere, qvàm ex Latinis multorum commentariis; qvi in rebus facilioribus sunt copiosi plùs satis, in arduis filent. Hoc certè verissimum est de vulgata Editionis expositoribus. 3. Diligens lectio & prudens observatio phrasium in LxxII. Interpretibus multum adjuvabit ad sensum Novi Test. non raro indagandum. Lexicon bac de re à D. Hug. Brough-

* Nihil nos aquè juvat, inqvit G. B. in Præfatione præmilla Joannis Lightfooti primo Operum Volumini, ad facile, expedite ac perspicue sensum Novi Testamenti eruendum, ac cognitio phrasium, legum, opinionum, rituum ac consvetudinum, aliaque (forte aliorumque) ad Judeos, qui iis temporibus quibus hac scripta sunt, vivebant, pertinentia. (pertinentium) Hoc liquet ex magnis & frequentibus hallucinationibus veterum & recentiorum interpretum, qvi pietate qvidem, acumine ac judició aqvè valebant ac alii, sed his destituti erant prasidiis. Imò Hieronymus & Origenes , qvi harum rerum peritissimi erant, multo felicius hac studia tractassent, si peritiores fuissent. Hôc autem zvô omnes Commentarii pleni funt hôc eruditionis genere, at ut nemo frequentius, ita nemo forte felicius eo usus est, quam do-Etus & diligens Lightfootus. Vide tamen & qvz attuli de ipso parte irr. Animadversion. c.v. §. 1.p. 181. s. Adde Höttinger. lib. 1. Smegm. Oriental. c. 111. §. LXXI. f. p. m. 47. f. Joh. Saubertum in Oratione de Utilitate ac neceisitate Hebræz lingvæ, inserta Palæstræ ejus Theologico-Philogicz, p. m. 365. edit. Norimberg. M. DC. LXXVIII. in 4to.

† Das

Broughtono studiose compositum & manu ejus conscriptum, Collegii Sionensis Bibliothecz (ut publico Ecclesiæ bono inserviret) dedi. Hoc qvidem nemini usui futurum est, nisi fuerit in Ebræo textu veteris Test. & versione LXXII. Interpretum, & in Graco textu Novi Test. versatissimus. Hoc etiam in genere Nic. Fullerus, & Jos. + Mede, sacrarum lingvarum studiosissimi & peritissimi, multas observationes annotarant, qua cum iis magna ex parte jacent intermortux; nist aut in memoria amicorum sint superstites, aut aliorum studiosorum opera resurgant. In 4 genere vocum, quæ certè rariores sunt, nihil sine judicio maturo & accurato examine pronuntiandum est. Hunc in modum lingvarum studia ad Ecclesia 2dificationem, & sacra veritatis propagationem multum conferunt. Prætereà, cùm, ut ait Nic. Clenardue in libr. Epist. Sepe (& exemplum Gentium in primitivis temporibus conversarum assertionem ejus videtur confirmare) Ebraica lingva, 6. ut P. Kirstenius in præf. Gram. Arab. Mahometani lingva Arabica, qua utuntur, sint confutandi, de ad sidem vocandi; certè etiam Ethnici jam in partibus orbis remotifsimis sua sunt lingva edocendi, nec non & nationes propinquiores ab erroribus suis, qvibus diutiùs assvetz fuerunt, lingya sua vernacula extrahenda. At Protestantium

† Dabimuseum DEO propediem Josephi hujus Medi Theologi Angli Prophetiam Apostolicam, 1. Timoth, 1v. 1. 2. 3. de Apostasia novissimorum temporum & Theologia Dæmonum Gentili apud Christianos instaurata; interprete Joh. Schönhawerô Basiliensi; Basil. M. DC. LVI. edit. in 8t. Cui & forte addemus Francisci Potteri Angli Explicationem numeri Bestiæ DCLXVI Basileæs editam annô M. DC. LVI. in 8t.

Pa-

PRÆFATIO libris in lingva vernacula Nationum Pontificiæ doctrinæ emancipatarum non patet aditus: & fi pateat, eorum lectio non fine fummo periculo est tentanda. Hoc scio, sed experti novimus amiversi, hujusmodi Pontificiorum cautionem nihil in Anglia olim effecisse; & suspicoralibi diu non esse pravalituram. Hac de re judicet posteritas. Certè si hac in re obnitantur Pontificii furiosiùs, ostendent satis liqvidò sele suz caussz multum * diffidere. Veritas multas oppositiones experta est, multa tulit durissima : sese tamen expediit & eluctata est: atqve etiamnum sele expediet & eluctabitur: suo more pravalebit, & viam, si non inveniar, Deô aspirante, faciet. Si doctores Pontificii, (ut olim Pharifzi & Sadduczi, doctifsimi pastores Judzorum, at sui & partium suarum, quam veritatis studiosio-res) suæ ita litent samæ, & ventri, & mundo, ut non vacet sagaciùs hoc considerare, aut non libeat Apostolorum more cuiqve populo sua dialecto do-Arinam Christi sine errorum mixtura, annuntiare, & Christo sese humiliter submittere; non est, qvòd qvisqvam miretur. Qvia non multi secundum carnem sapientes, non multi nobiles, non multi generosi olim Christi doctrinz in rebus omnibus obtemperârunt. 1. Cor. 1. 26. Populus certè suz infirmitatis conscius ad veritatis agnitionem & amorem facilius, Deo propitio, adducetur. Inde verò fiet, ut tandem etiain Doctores Pontificii (ut multa turba Sacerdotum Judaicorum Act. vi. 7.) pudore sussui, & sui exuta obsirmatione cedant victi. Hi olim lingvarum sacrarum notitiam, Biblio-

* Papa jam dudum caussæ suæ diffisus aliam longè methodum huicqve seculo aptiorem suam propagandi religionem invenit, magnos in splendida miseria & paupertate constitutos emit & promovet, minores per hos cogit.

18 THOMÆHAYNE

rum vernaculorum Editiones, appellationes à vulgata Editione ad originalem veritatem ferre noluerunt; donec labores & conatus suos sense-rint irritos. Qvod & hac in re eventurum nullus dubiro. Qvare & nos in Lingvarum scientia. & earum Harmonia (de quibus heic agitur) promovenda elaboremus; Dei exemplum omni exceptione majus sequamur, & lingvarum varietate varias nationes ad sidem & veritatem Christianam studeamus perducere. Is Deus qui olim lingvas omnes Spiritu sanctô consecravit, qvi multas olim nationes ad fidem Christianam lingvå earum vernacula vocavit, nostris ad mundi consummationem adsit conatibus in eodem opere & progrediendi tenore collocatis, & Doctoribus nostris plantantibus & rigantibus (ut olim Apostolis) felicissimum & optatissimum der incrementum. Ita (Lector amice) precatur

> Humillimus tuus in Christo Servus T. H.



L I N G V I S

IN GENERE,

ET

VARIARUM LINGVARUM HARMONIA DISSERTATIO.

E Lingvis & Lingvarum Harmonia dicturus conabor nihil afferre, qvod non fit aut facra Scripturarum autoritate firmatum, aut hominum eruditorum & in hac arena diu mul-

tumqve exercitatorum suffragiis communitum. Ut verò tota reslucidiùs ob oculos ponatur, paucis Thesibus, qvicqvid in hoc negotio mihi visum est adducere, sum complexurus.

Positio Prima.

Vadam de Lingvis alissque de rebusobiter babet Scriptura sacra, quibus errores Gentium, cum memoriam Antiquitatis tradunt, redarzuuntur. Siqvidem Deus, cum per Mosen Le-

gem suam Jacobo & statuta Israeli exarari voluit & communicari, Psa. CXLVII. 19. suo ea suggessit interpreti, qvibus veritatis cognitio ad anima-rum salutem necessaria delinearetur: ut filiis Patriarcharum, qvi à vero Dei cultu & sacris ritibus in Ægypto defecerant, Eze. xx. 8. & Dei & fui ipsius notitiam magna ex parte obliterarant, immensam & gratuitam suam bonitatem denuo faceret innotescere. Præterea is, ut Ecclesiam fuam sibi devinciret arctiùs, autor etiam Mosi fuit intertexendi haud pauca Antiqvitatis monumenta & vestigia rerum olim gestarum, ex qvibus manifestum sit, Gentes à federe divino alienas, & facra veritatis luce destitutas in multis ejusmodi rebus (qvod & ipsa auctore Tullio, lib. 1. Offic. c. v1. fædum & turpe putant) labi, decipi, errare. Ne verò & nos etiam in devia ista seducamur, canonem Scripturarum illum facratissimum, & rectissimum sui & obliqvi indicem, nobis dedit, ad quem licet Antiquita-tes prophanas examinare. Harum Scripturarum luce arguuntur Psammetichi apud Herodot. in Euterp. tenebræ, qui crasso satis & fallaci commentô se Linguam Phrygiam comperisse antiquissimam opinatus est; & Historicorum quorumdam vanitas, qui homines, auctore Diodor Sic. lib. 1. non nisi nutibus & sonis inarticulatis olim animi sensus prom-psisse, & ferarum (qvod Cic. de Orator. lib. 1. c. IX. habet) ritu in silvis & antris vitam narrant transegisse ; & Gracorum inscitia , qui sese multarum rerum inventores falsò venditant ; & Arcadum calizo, qui se apud Ovid. Fast. & Clem. Alex. in log. protr. Luna antiquiores perhibent. Si omnes hi facræ Historiæ notitiam hausissent, & Legis divinæ, & Lingvæ sanctæ arcana calluissent, in tam crassos errores non incidissent: nec prætereà Athenæ

Digitized by Google

Athena habitæ fuissent Plat. in Apol. Socr. wolis meyica xal indoximordin iic votiar urbs maxima & fapientiæ laudibus nobilissima; nec se Athenienses † αυτόχθονας i. e. populum in eo ipso quô vivebant solo natum, nec unquam ab aliis sedibus migrasse jacti-. tâssent; nec Græci Lingvæ svæ gloria inflati, omnis elegantia & venustatis laudem sibi arrogâssent, & tanguam barbaros religuos totius orbis incolas reputassent. Si Graci, inqvam, facri Codicis arcana tenuissent, nec Critias novem annorum millia, nec Ægyptii millia longe plura Platonis tempore effluxisse existimassent. Vide Platon in Critia. & in Tim. Veritatis radii in verbo Dei ita splendent, ut denfissimas has & alias orbis tenebras, & inscitiz nebulas valeant discurere. Nisi igitur horum lumine nostræ mentes illustrentur, totum genus humanum efficier næ intelligendo, ur nihil intelligat, ant cum ratione infaniat. Incidit in quemdam Socrates apud Platon in Apolog. Socrat. Qvi idenet elvat copes ameis momeis, nadisa de iavro civas de é sapiens visus est multis, maxime autem sibi, qui tamen sapiens non erat. Complures ejuidem farinæ homunculos, qvi plebi credulæ facilè imponebant, & sapientia ostentarione imperitis fucum faciebant, Socrates expertus est. Unde is, ut erat in dignoscendo, quantum distent ara lupinis, sagacissimus, prudenter & caute observabat apud eumdem Plat. ibid. alios permultos Athenienses complura se scire opinatos, qui nibil scirent; & ingenueprofessus est seipsum & nibil scire, & sese nibil scire existimare. Cujus modestiz non absimilis est ilta Academicorum in Cicer. sepe, qui nihil percipi posse affirmarunt Nimirum novit Socrates multo esse facilius falsas opiniones refelle-

[†] Pluribus hoc deducit Joan. Meursius in de Fortuna Athenat. libro, c. 1. p. 1. s. B.3

re, qu'am veras in lucem proferre, & firmis tationibus adstruere. Norunt etiam Academici auctore Cicer lib. II. de Invent multa Philosophorum placita in utramque partem disputari, ita ut veritatem plene planeque capere, & indubitatum aliquid inter sectas litigantes statuere longè esset dissicilimum. Socrates igitur sapienter nostrisaccessit partibus, & oraculo assentiebatur pronuntianti Deum solum esse sapientem, à abenatum de capian ò lique sino di capian è ai den in disservation de capian ò lique sino de capian de capian de capian parvi esse que nullius certe pretis. Plato

in Apolog. Socratis.

Qvòd si verò Dei sapientiæ in sacra lingva conscriptæ attendamus, constabit Gracos non solumrerum scientii & vera sapientia Judais fuisse inferiores, & facri codicis gravitatem, majestatem, leporem neutiquam affequitos; sed etiam, quod ad lingvas & alia antiquitatis arcana attinet, in errorum deviis procul à sanæ doctrinæ semira oberrasse ; constabit Athenienses in tenebris plusquam Ægyptiacis versatos lucem, qua in lingva verè primitivà Israelitis sele exernit, nescrisse; sapientia umbram & vana verborum lenocinia captaffe; ignorisse verò timorem Dei, sidei donum, & pietatis veræ delineationem, & veritatis indubitatæ firmamenta, in qvibus animus noster tutò possit acquiescere. Hac sacra Dei eloquia per Mosen exarata, & tum à Christianis tum à † Mahumetanis recepta docent lingvam Phrygiam antiqvitatis honorem neutiquam promereri: docent fieri non posse, ut Attici sint sinte es inde es nim sequetur (quod ait Carteromachus In Orat. ejus) eorum lingvam esse uviexoou; qvam tamen Babylonicam habere originem, ut ut ultimam antiquitatis suz memoriam perscrutentur, cum

† Vide Höttinger. lib. 1. Histor. Oriental.c. 111.p. m. 53.s. edit. Tigur. M. DC. 11.10 4to 2008

aliis lingvis communem debent agnoscere. Docent sacræ seripturæ vanas suisse Arcadum ampullas, & Ægyptiorum annales ineptè Chronologiam instituisse, qvibus suam & lingvæ suæ antiqvitatem studuerunt nobilitare. Igitur qvæ de lingvis asteruntur testimonia à Scriptoribus Ethnicis sunt insirma planè & nullius ponderis, nisi veritati in sacrosancto idiomate exaratæ consonent, & luminis scintillam aliqvam à Mose mutuentur.

POSITIO SECUNDA.

Scripturæ sacræ ostendunt Ebræum populum & lingvam ab Ebero † Patriarcha duxisse nominis sui originem, & lingvam Ebræam esse antiqvissimam.

† Qvoniam huc faciunt Laurentii Ingewaldi Elingii in regia Upsaliensi Academia Professoris quondam Publ. Ordinarii verba, adducentis & hunc nostrum Haynium, (pro qvo vitiô typographicô Hayme est) placet ea hic subnectere ex Historia ejus LingvæGræcæ, §. 1v.p.m. 10.edit. Lipsiens. M. Dc. xcr. &t. Lingva Hebraa, ut & Hebrai nominati ab Hebero filio Selah: id quod firmatum it Moses, cum Gen. x. Commat. 21. Semum patrem omnium filiorum Heber proclamet. Quod non sine caussa à Mose dichum est. Qvia, cum Moses Genes. c. ix. agens de Semi benedictione, que opposita erat maledictioni Canaanis, diceret, ut Chamus erat pater Canaan; ita Semus pater filiorum Heber, hôc voluit Hebrais suum originem ac benedictionem divinam sub oculos ponere, quod tali parente oriundi effent, qui Canaan sub suam servitutem redigeret. Legantur Rivetus in caput Genescos supra allatum, ac Thomas Hayne in Differtatione de Lingvarum Cognatione, position. 2. qui hac pluribus persequuntur. Proprium hoc nomen Heber pro gentili accipi, qvod in Scriptira Saera insolens non est, constat ex hu Bileami verbis Numer. C.XXIV.

Digitized by Google

24 TH. HAYNE DE LINGVIS

mam. Nam disertis verbis asserunt ad Eberi usque tempora linguam Gen. XI. I. totius generis humani unicam fuisse. Quamvis autem plures erant Noa fili

e. xxiv. Commat. xxiv. Naves de Chittim, & affligent Astyrios, & affligent Heber, id est Hebraos. Hôc nomine non omnes gentes , que ab Hebero originem suam habuêre, nuncupata, sed illi tantum Hebrai dicti, qvi cum lingva primigenia simul veram doctrinam ac sanam religionem retinebant, ut legere est apud Augustinum, lib. xv1. c. x1.de Civi-tat. Dei. Ubi ita loqvitur: Nec frustra lingvam istam, hoc est, quam tenuit Abraham, nec in omnes filios suos transmittere potuit, sed in cos tautum, qui propagati per Jacob, & infignius arque eminentius in Dei populum coalescentes Dei testamenta & stirpem Christi habere potue:unt. Nomen ergo illud non tam gentu erat, quam profef-sionus, ut ex Augustino liquet, quòd reliquu liberis, qui puritatem Hebraalingva, O genuinam doctrinam susque deque habebant, haudqvaqvam affignatum sit. Anteqvam turris Babylonica conderetur, erai mortalium omnium eadem ling va ut aperte indicat Moses Genesi c. x1. Commat. 1. Erat autem universa terra labii unius & verborum corumdem. Quod non de sola unitate consilii & voluntatis, sed etiam de unitate idiomatis est intelligendum, docente Heideggero in de Sacra Historia Patriarcharum, Exercitat. xv1.thesi x. Unde verba hac, qua Genes.c. x. Commat. 31. leguntur: Isti fint filii Sem secundum cognationes & lingvas & regiones In gentibus fuis; per quamdam anticipationem à Mose prolata funt. Ad qvod cum Philastrius Brixiensis Episcopus animum non attenderet, incidit in hunc errorem, ut plures arbitraretur exstitisse lingvas, antequam turris adificaretur. Adscribam & Ger. Jo. Vossii locum è lib. 111. Idololati. c. xLIV. p. m. 482. h. Admodum est imbecille, quod à Keckermanno, lib. 1 v. System. Physic. c. vIII. scribitur: hominem ferri naturaliter ad lingvam primam, & eam, quæinæternum est mansura. Primam autem lingvam eam esse, quâ homo omnium primò usus est, & post quam omnes aliz

DJSSERTATIO.

filii & pepotes, hi tamen diversis nominibus tanqu'àm diversæ nationes non distingvebactur, fed

exstiterunt: cam autem esse Hebraam. Sane complura adversus hac adducere possis. Theodoretus enim , qv. LIX. in Genefin, Syram lingvam credebat vetuftisimam : idqve qvia origines vocabulorum Adam , Cain , Abel , Noë , propria sint lingva Syriaca. Nec dicere possumus cum Vikalpando, sub ling va Syriaca etiam Hebraam completti: nempe laxiori ejus vocabuli usu ; de quo egimus , cum alibi hoc opere , tum imprimit, lib. 11.c. Ly. Nam Theodoretus, locô proxime memorato, in hac ipfa quaftione opponit ling vam Syram Hebraa. Alii item ling vam Chaldaam putant vetustisimam: indeque origines vocum Mosaicarum optime omnium peti con-tendunt: Addunt quoque, pro hac senentia sucere, quod in Chaldad conditum si genus humanium: tum autem, quod inde in Cananaam profectus sit pater credentium Abraham: ut priùs Chaldaice sciverit, qu'am didicerit Cananaam. Nec enim Abraham Chaldaice loqvi docuis gentes Cananaas: sed peregrinus ipfe, si intelligere, O intelligi vellet, coactin est lingvam discere Cananaam. Ideo Isaie x 1x. 18. cum Euangelium Ægyptis dicitur annunciandum sermone Cananaô: intelligendu est lingva, non que in Chaldea obtinuit, quam posteri Abraha ante captivitatem Babylonicani nescivere ; sed illa, quam hauser in Cananea, vel saltem, que in Judea crat tempore Christi, & Apostolorum: qua Syra potius, quam Hebrau, dicebatur. Hac enim in Agypto (de qua istic sermo) Euangelium Christi annunciarunt B. Marcus, O alii, qui ab Apostolus eò missi erant. Nec propterea existimandum, eamdem plane ling vam fuisse, Judaorum, & aliorum Cananaa incolarum. Nam B. Hieronymus, suo in Jesaiam commentario, lib. VIII. cap. XIX. verf. 18. con:entus est dicere, lingvam Cananitidem, & Hebræam, elle confines': OB. Augustinus in Joan. c. xv. Cognata, inqvit, sunt lingva, & vicinæ, Hebraica, Punica, & Syriaca. Qvietsi Hebraice, vel Syraice, nesciret; nunquam tamen istud dixisset, nisi sic accepisset ab earum lingvarum intelligentions. Quare

26 TH. HAYNE DE LINGVIS

filii Adam, vel Noe audiebant: donec randem Nimroduo cum sociis Deo mandanti, ur fœtisicarent, & terram replerent, obluctatus sit, & Turris Babylonicæ structura populum derinuerit, & in apoliasiam secum à Deo abstraxerit. Noluerunt hi unanimiter Deo, ut oportuit obtemperare, unde ira divina in turbam rebellem exarsit, & Deus lingvain omnibus communem ira confudit, ur non possent subdiri imperantium sermonem capere, & corum mandatis obsecundare. Ita qvi Dei consilio sese non submiserunt, sua ipsorum consilia senserunt irrita; qvi Dei voluntati obnitebantur, populum habuerunt suæ voluntati immorigerum. Heic verò (inqvit T. Bibliander in lib. de ration com. lingvar.) conspicitur ad_

sic statuendum ling vam Cananaam, O qua utebantur Ifraelita, solum discrepasse dialocto: nempe sicut câ differunt Hollandi inter se, vel iidem à Flundru; saltem non amplius, quam Germani superiores ab illis , qui Belgicam incolunt. Hac si placent, cudem fuerit lingva Hebraa, ac Cananaa: Hebraa autem dicta sit, qvi s ex Cananaorum monumentis non alia ad nos scripta pervenerint ; quam Hebr sorum , hoc est , Abramidarum. Nec enim omnes Hoberi filii dicti sunt Hebræi; sed solus Abraham cum posteris. Itaque nec controversià caret, quod ab Hebero, Abraha tritavo (nam fexta ab eo generatione Abraham natus) Abramidas nomen Hebraorum accepiffe, purant Augustinus, lib. xv1. de Civit. Dei, c. x1. Eucherius in Gen. lib. 11. c. v11. & alii. Minime enim absurda eorum est opinio, qui ajunt, ex eo esse nomen Hebraum, quod Abraham ex locu truns Euphratem venisset in Palastinam, ab אבר מבו trains: juxta illud fosue xxiv. 2. Ego tuli patrem vestrum Abraham nayr ex trans flumen. Et Lxx. hinc Gen. xIv. 13. pro Abraham Hebræo legunt. Aceman ra megern, ideft , transitori. Ac plasuit hoc "some quoque Theodoreto , quast. Ix. in Genef.

admiranda Dei potentia, sapientia, bonitas, justitia; quia eripiendo, hominibus sacultatem conqungendi rationes, consilia, judicia, voluntates suas,
summam rationem adbibuit, us simulhomines, gravi pana, quam etaus meriti, multaret, & opus
manibus suis rectissme formatum non destrueret, aut
transformaret; sed in minina partione hominis vim
Niminis sui insuperabilem declararet, & pana remedium, atque integritatem & solatinm (in communione nova cujustibet lingva positum) concederet.

At in qua tandem familia tunc mansit lingva illa primigenia, & humano generi anteà communis? Qvod in Eberi domo & in gvibusdam eius neporibus perstiterit non levibus argumentis e (criptura petitis probari arbitror. Nam in communi & grandi aliqua hominum defectione non temere Deus confilia sua quibulvis aperir: 1ed. lervo suo alicui, avem cum suis à communione tum peccatorum undique graffantium, tumcladis & poenarum delinquentibus & peccantibus debitarum est liberaturus. Hanc Dei bonitatem fenfit Noach cum fuis, Gen. vI 13. 14. 15. f cum totum genus humanum diluvio fuit immersum: & Lotus cum suis, Gen x1x. 12. cum Sodoma cum fororibus igne calitus immisso interiit: & Feremias cum suis, Jer. xL11. 9. cum plebs reliqua Deo morem non gerens plurimis malis in Ægypro erat contula. Eôdem planè confilio Deus Ebero Patriarche divisionem lingyarum, terrarum & nationum fecit innotescere: Eber autem in nomine Pelegi filii sui tanta indigna-tionis divina & calamitatis humana memoriam voluit exstare. Nam nomen filii sui (Peleg) divisionem fignificat: atque ideo huic fuit inditum, qvia in ejus nativitate divisio terrarum facta

28

est. Que certe divisio una cum confusione linguarum, & dispersione populorum contigit. Fuit ergo Eber Propheta Deo charus; cui hoc arcanum voluntatis diving in tam trifti religyorum clade fuit revelatum; & cui Deus vitæ (patium per annos 464. quot solis cursus nemo pott diluvium natus numeravit, indulfit; Gen. x1. 16. 17. & quem Deus in vivis effe voluit cum Pelego, Regu, Nahore, Ibera, Abrahamo nepotibus ejus per qvinqve continuas generationes, & his omnibus defunctis efse superstitem; ita ut ad annum Isaaci 79. pervenerit. Liquet itaque Eberum hunc inter sanctos illô tempore fuisse celeberrimum; qvidni etiam multis inter turbam impiam & Deo rebellem? Nam tum Prophetis piis improbisque tuin viris sanctis impilizeges & illorum Sarrapæ, ut Abrahamo Abimelechus, Josepho Pharaoh & Potithar, Magis etiam Pharaoh & populus illius, Balaamo Balac & ejus proceres, Abijæ fereboamus & uxor ejus, E-liæ Achabus, Elishæ Hazziil multum observantiæ & honoris tribuerunt. Qvainvis; autem Eberi fama & existimatio inter prophanam ejus & reliqvorum patrum profapiam Prophetiz nomine minime inclaruerit hic tamen non potuit non propier vitælongævitatem & cognationem inter illos effe notissimus, & multum celebrari. Qvippe si flagitiis omnibus cooperti viros insigniter vitz sanctimonia claros (qvod aliqvando fit) negligant, aut minimè (ut par est) colant: solent tamen si quisquam egregiis quibusdam dotibus in sua cognatione ceteris omnibus præluceat, quod in Ebero hoc contigit, hunc in oculis & ore habere, & enis famam longè latéque deprædicare. Hinc verò factum est, ut ab illustri hoc Patriarcha & Propheta notissimo, & multis nominibus celebratissimo, lingva, qvà hic cum posteris ejus religiosis usus est, dicta sit EbraiEbraica; & populus ab illo natus & Deo diledius fit Ebraicus.

Hoc verò liqvidius multô constat, qvia Shem, cujus Tabernacula à Deo, ut veræ Religionis sedes, memorantur, dictus sit pater omnium filiorum Eberi.Gen. x. 21. Immò qvod annotat Augustinus, de Civit. Dei lib.xv1. c. 111. quia Eber, cum sit inter filios Shem quartus nepos, (quintus nepos ut ait August. quia sequitur LXXII. Interp.) primus nominetur: idque qvia verum est, qvod traditur, ex illo Ebraos effe cognominatos. Cum verò Shem dicatur Pater omnium filiorum Eberi, per patrem omnium filiorum Eberi, hunc non folum genitorem fuisse filiorum Eberi, sed & aliô sensu patrem eorum fuisse est verisimile. Fuit quidem Shem pater & genitor Elami, Ashuris, Arphaxa-di, &c. Gen. x. 22. Si vero fuit Arphaxadi genitor, tum etiam Sela & Eberi, qvod in Genealogia sacra sequitut. Ita ut non necesse fuerit pramittere eum patrem seu genitorem fuisse Eberi, qvod statim subjungitur; nisi patris nomen latius extendatur, & ad laudem Eberi (qvod etiam censet Augustinus, lib. xv1. De Civit Dei c. x1.) spectet, qui quamuis quartus à Shemo oriatur, primus tamen ponitur. Qvid igitur amplius per patrem siliorum Eberi heic indicatur? Certè (1) Shemum fuisse patrem summa autoritate & honore conspicuum inter silios Eberi, qvi in ejus manse-runt tabernaculis, & veræ Religioni adhæserunt. Nam vixit Shem ad annum Abrahæ centesimum & quinquagesimum, & dictus Melchisedek (ut con-stans est Ebrzorum * & recte sentientium Chri-

^{*} Targum Hierosolym. à Francisco Taylero converfum: Gen. x1v. 18. Et Melchizedec Rex Hierosol. (Ille est Shem) erat sacerdes maximus Altisimi. Est & cadem in opinione

stianorum judicium) fuit rex & sacerdos Dei altissimi; & obvius sactus Abrahamo redeunti à victoria in quatuor reges, suit summa observantia excultus. Hôc sensu Josephus Gen. xlv. 8. dicitur pater Pharaoni, & Naaman 2 Reg. v. 13. servis suis. (2) dicitur Shem pater filiorum connium Eberi. via Ebrais in religioso veri Dei cultu praiti, & sacerdos suit imprimis reverendus: qvem Eberi potientas (in verisimile est) Deum consulens adiit. Sie Elias 2 Reg. 11. 12. pater dicitur Elisha, & Elisha 2 Reg. vi. 21. pater fehoramo. Praterea

opinione D. Lutherus Comm. in Pf. cx. Tom. v11. Jeneni. German. f. 332. B. Davidi Rungio, Comm. in Gen. p.m. 434. nihil videtur habere incommodi, si per Melchisedec intelligas Sem. D. Christoph. Pelargus, p. 271. Comment in Genes. Meliorem, inquit, rationem adferre non possumus, quam, quod supputatio temporum Historica docet, vixise tunc Semum, ipsique adeò competere encomium boc , quod fuerit Rex justitia & Sacerdos Altisimi: Magnus noster Gerhardus in Comment, in Gen. x 1 v. p. m. 316. Covitari, inqvit, potest, bunc Melchisedecum, vel Semum, vel aliquem ex posteris Semi fuisse, cum à justitia & fanctitate nomen acceperit : Amplectuntur cam & Lyra; Tostarus, Eugubinus, Cajeranus, Genebrardus, Svarez, Torniellus, & Villalpandus. At quoniam non contemuendas hanc contra sententiam quidam rationes adferunt, quas B. Waltherus noster in p. 755. f. Officin. Bibl. congessit, multi hic cum B. Gesnero in Comm. in Genes. viv. Q. 111. p. m. 306. D. Balduino, "Disp. vill. in Epist ad Hebr part. 1. 6. 1x. p. m. 1597. Joh. Wynckelmanno, Disp. vIII. Tom. vII. Dispp. Giffens. 6, 13. p. m. 105. B. Walthero, loc. cit. & B. Glassio in Christolog. Davidic. Disp. 111. Sect. Iv. S. -54. ἐπέχε . Auctore D. Seb. Schmidt Comm. in Hebr. VII. I.p. 689. quaftio ista solide decide non potest, licet communter statuant, fuisse Patriarcham Semum. † Vide

ea per silios Eberi, qvid aliud intelligi vult Spiritus sanctus quam Ebræos ? sic enim sacra pagina per filios Ammon Ammonitas, per filios orientis po-pulum ab Orientali plaga Palastina, per filios Israë-lis Israëlitas sapiùs designat: sic etiam scriptores exteri per filios Achivorum, medicorum t, philo-Sophorum, Achivos, medicos, philosophos indigitanr.

Illud verò manifestius apparer, si observamus sacramscripturam temere, & sine occasione aliqva illustri nungvam historicæ narrationi qvicqvam obiter interponere. Sieur igitur in historia Esavi interseritur qvandoqve (bic fuit ille Edom, &, bic fuit pater Edomi Gen. xxv. 20. & xxxv1. 8. 19. & 42.) ut denotetur fons & origo inimicitiarum Edomiticarum erga Israelitas; sicut etiana in historia Chami sape iteratur aliquid de Chanaane, ut (Gen. 1x. 18. Chamifte est pater Chanaan, & v. 22. Cham pater Chanaanis vidit nuditatem patris, & postea v. 25. maledittus Chanaan, sit Chanaan servus Shemo & Japheto, sine vel levissima mentione fratrum reliquorum Chanaanis : qvia jam Ifraëlitis terra & opes maleditti bujus Chanaanis possessio erat futura. Lidem certè ratione in Historia Shemi dicitur obiter & inpulizwiews significantiùs & expressius Shemum illum fuifse patrem filiorum Eberi, qvia res jam filiorum Eberi. hoc est . Ebræorum, leges in à Deo data, & vita Patriarcharum ab Ebero ortorum erant à Mose contexende.

Præteren mos inolevit his primis temporibus, ut nomina Gentium à nomine insignis alicujus & primarii viri designarentur. Hinc à Mitzrajim Gen.

⁷ Vide Andr. Schottum in Proverb. Nov. Test. Fasce mostro in 111, n. 111. p. 519.

32 TH. HAYNE DE LINGVIS

Ægyptii; ab Aramo Gen. xv. 16. Aramita nuncupantur, qvi posteà Syri; à Moab nominantur Moabite, & familia in Palastina ab aliquo filio Chanaanis. Sic ab Ebero Dei propheta & viro illustri Ebrzi nomen suum acceperunt. Hic verò providentiæ divinæ radii elucent admirandi. quòd populus Dei in nullo fixo loco commorans & sedem ponens, vocaretur ab Ebero Natio Ebræorum, cujus vocis radix seu thema nay Gnabar denorar de loco in locum talem migrationem, qualem fuisse There, Abrahami, Isaaci & Jacobi disertis verbis legimus, & fuisse Ebers, Pelegi, Regu & Nahoris est verisimile. Erant enim hi patres κ/ηνοτεόφοι pastores, & in tentoriis habitabant; unde constat eos sæpe habitandi locum mutisse David verd testatur Ps. cv. 13. horum nonnullos à populo ad populum, de regno ad regnum sub Dei tutela illæsos migrasse; & sese instar omnium patrum ejus peregrinum cum Deo fuisse; Psal. xxxxx.13. nempe dum szpe Sauli furorem declinavit, & cum suis aut Dei hostibus est conflictatus. Posteà verò cùm populus Dei divinô fretus auxiliô inter hostes suos versabatur, & ab Aegyptiis & Chananais hostili animô impetebatur, ab Israële, cui hoc nomen prius fuit inditum , qvia cum Deo & hominibus erat prævaliturus, ipsi von Θεώ Chananaos domituri appositifsime Israelitæ nuncupantur. Postea verò cum populus hic fixas possifilet sedes, & statam & florentem reipub. formam in Davidis & Solomonis temporibus obrinuisset, hi à Juda, secundum cujus nominis Etymon cum Lea jure debebant cantare; (Nunc Dominum Deum laudabo) dicti sunt Judai. Hunc in modum populus Dei ab Ebero, ut & posteà ab Israele, & Juda (addam & à Christo) nomen acceperunt. Sicuc.

ilio iio

"(

Ĉ

Sicurantem quandoque nomen Ifraelis & Juda pro Israelitis & Judais, sic & nomen Eberi poni-tur pro Ebrais; cum dicitur, qvod Kittim sint afflicturi Eberum, Num. xxIV. 24. id eft, Ebræos. Nam utut lisht, qvæ natio heic appelletur Kittim, concors famen est eruditorum judicium Eberum pro Ebræn poni. Deinde vox (עברי) Ebræus) usitata * sortitur terminatione nominum Gentilimm, quæ ab infigni aliquo viro deducuntur. Arque ideo constanter & recte à 1xx. Interpretibus transfertur Ebraus , ut & (ברית) Ebraa:) semel tantummodo Gen. xIv. 13. cum de Abrahamo fermo est (עברי) redditur היפשיחה, hoc est, ur qvidam volunt, transfluvialis; qvi fluvium transiit Euphraten. verum autoritas Lxx. interpretum in uno loco, eorumdem autoritati in ceteris omnibus locis, aut concordi interpretum eruditissimorum autoritati in hoc & ceteris locis neutiquam præponderat. Nec certe עברי re-Etè megérne exponitur, aut (ut P. Brugensis vult) peregrinus. Mos enim lingvæ hujus (qvantum scio) hoc non patitur; sed postulat hoc sensu poriùs ut Abraham dicatur ישור. Ut verbô dicam; ficut Esau dictus fuir Edom a cutis rubedine, aut à rubro edulio, Gen. xxv. 25. & 30. deinde ab Edom seu Esavo dicti sunt Edomita vel Idumæi : sic Eber dictus fuit ab ejus ** peregrinatio-

^{*} Fortè usitatam sortitur terminationem.
** Peregrinatione] Paullus Episcopus Burgensis ad. ventitia streps, genere namque Hebraus, Levitici Sangvinis vir Hebraica literatura peritissimus, inter suos Rabbinus sen Magister præstantisimus, & post suam conversionem Burgi Hispanicarum Ecclesiarum antistes, ut scribit Sixtus Senensis, lib. IV. Bibl. censet Hebrzos esse cognominatos quasi peregrinos, hoc esse erymon vocabuli linga illa, de re

TH. HAYNE DE LINGVIS

tione : ille enim , ut & Patriarchæ reliqvi sæpe locum mutarunt, & omnes Dei servi à Deo peregrinantur in hoc mundo; deinde ab Ebero nomen Gentile acceperunt ejus posteri ברים Ebræi.

Nec verò ab Abrahamo (qvod quosdam sensisse innuit S. Augustinus t, de civit Dei, lib. xvI. C.III. qvod & Theodoretus * in Ezekiel . modo ait , mode negat Vide etiam Quaft. Lx. in Gen.) vocatur gens Ebræa.

non esse dubitandum : qvis enim nescit gentem illam &

in terra Chanaan, & in Ægypto esse peregrinatam?
† Verba Augustini locô cit. hæc sunt: Non frustra Heber primus nominatus est in primogenie veniente de Sem : O pralatus est etiam filiu, quum sit quintus nepos: nisi quia verum est, quod traditur, ex illo Hebraos effe cognominatos, tanquam Hebraos, quum & alia possit esse opinio, ut ex Abraham tanquam Abrahei dieli effe videantur. Sed nimirum hoc verum est, quod ex Heber Heberai appellati sunt: ac deinde una detractà literà Hebrai: quam lingvam solus Israel populus potuit obtinere, in quo Dei civitas & in sanclu peregrinara est, G in omnibus sacramento adumbrata. Denominationem eam verò ab Abrahamo idem non improbabilem putat Sanctus, lib. 11. Retractat. c. xxvr. Imò eam tenuerat lib. 1. de consens. Euang. c. xxIv. Sed eam retractavit locô cit. Retractat. Nec enim ullô modo est probabilis, qvia ipfe Abraham dictus est etiam Hebræus, Gen. xiv. 13. impossibile autem est, quòd à seipso quis denominetur, tum etiam qvia in Hebrao Abraham scríbitur initiô cum Aleph, Hebræus autem per y ajin. Rabbinorum aligvi. ut Rabbi Salomon, Gen. x. ab Euphratis transitu in alienam terram Abraham primum Hebræum, indeqve ejus posteros Hebræos dictos putant, in qua sententia refellenda non est qvod amplius immoremur, scribit Coqveus in cit. August. loc.

* Valde imbecilla est ratio Theodoreti, qua probare intendit nec Hebræos, nec eorum lingvam nomen ab Heber sumpsisse, quod oportuisset omnes posteros Heber appellates esse Hebræs, & usos lingva Hebræa,

Ebrza. Nunqvàm enim qvemqvam invenimus nomine Gentili infignitum, qvi illi Genti dedit nominis originem. Nec enim consvetudo loquendi fert, ut Aram dicatur Aramaus, aut Edom Idumaus, aut Juda Patriarcha Judaus, qvia nomina hac derivata & Gentilia relationem & respectum quemdam depotant ad suam originem, non autem originem ipsam. Prætereà n in nomine Abrahami litera prima non solet in y mutari, aut finale abjici in nominibus Gentilibus, cum terminationem sortiuntur singularem. Ab Ebero igitur gens hac, ut . & lingva ejus (qvod hinc etiam consequitur) vocatur Ebraa. Scilicet ab initio mundi ad Eberi tempora totum humanum genus u no nomine appellatum fuit filii Adami, & universæ terræ fuit unum labium, id est, una lingva, & una pronunciandi ratio, ut quidam existimant, Vide Crines. in lib de confus. ling. Tum verò Deo placuit, ut turba impia diversos secuta duces diversis distingueretur nominibus; diversis uteretur fermonibus; ut autem hominum cœtus, qvi Ebero & suis adhæsit, & in vera side perstitit, & primavam lingvæ communis illius integritatem conservavit, nomen ab Ebero sumerer. Unde S. Augustinus, lib. xv1. de civit Dei c.x1. Lingva,

tyvod constat esse fassum. Posteri enim Heber sucre Syri, Moabitæ, Ammonitæ, Ismaelitæ, Idumæi, & aliæ nationes variis differentes lingvis. Respondetur enim sacile, illos taritum posteros Heber dictos esse ab eo Hebiæos, & usos lingva Hebraica, quos recta serie generationis ab Heber, usque ad Jacob descendentes Moses recensuit, apud quos scil. verus Dei cultus remansit. At tu tamen vide & Christian. Schotan. in Biblioth. Historiæ sacr. de 11. Mundi Ætate, p. m. 87. s. edit. Franequer. 1660. in sol.

inqvit, omnium hominum communis remansit in Eberi gente: à cujus nomine nomen accepit: & hoc justitiæ gentis bujus non parvum apparet vestigium, quòd, cum aliæ Gentes (seu familiæ) plesserentur nutatione Lingvarum, ad istam non pervenit sale

supplicium.

Qvod autem illa eadem lingva, qva in veteri Instrumento usus est Spiritus Sanctus, suit Adami & patrum primorum, Etyma horum nominum Adam, Eva, Isha, Cain, Abel, Seth, Noach, & o. satis manifesto evincunt: cum ad Ebraam lingvam proprie spectent hac omnia, & non niss propter lingvæ affinitatem, aut non niss obtorto collò in vicinas lingvas trahantur. Est sanè adeò manisesta hac in re Veritatis Lux, ut magnus heic sit eruditorum consensus. Lingva, inqvit Origines, Homil. in Namer. per Adam primitus data, in populo, qui Dei portio fuit, permansit. Et Hieronymus, Epist. CXLIV. ad Damas. Ebræam lingvam, qua vetus Testamentum scriptum est, esse initium eris & communis eloquii universa credidit antiquitas. Et In Zeph. Nosse possumus linguam Ebraam omnium linguarum esse matricem: ideoque inquam & primam. Et Augustinus, lib. xvI. De civit. Dei c. xI. Quande turris Babylonica structa erat, non defuit domus Eberi, ubi ea, que anted fuit omnium, lingua re-manieret. Et alibi sepe in hunc sensum. Huic patrum judicio sententia virorum eruditissimorum & variarum lingvarum scientia celebratisti-morum, ita ut in mundo literario lumina jure censeantur, consonar. Theod. Bibliander: est, inqvit, Lib. de rat. comm. ling. sermo Ebraus parens & princeps lingvarum omnium. Gulielmus Postellus, lingvam, inqvit, Lib. de orig. lingv. Ebraam primam esse constat ex autoribus tum sa-CT 162 Digitized by Google.

cris, tum profanis. Primeva lingva, inqvit, Th. Beza, Lib, de pronunt. L. Gr. dicta Ebræa in Eberi familia ad Abrahamum & posteros perducta mansit. Joh. Seldenus, Lingva, inqvit, In Proleg lib. de dius Syr. Ebræa est vetustissima, quà usi sunt non solum Ebræi vulgo dicti, verum etiam totius incolæ tra-Etus, que Syria latissime patet. Ne multus sim in re tam manifesta, Est communis, ut ait Ch. Crincfius, in Babel, c. I. omnium reele judicantium Theologorum, bistoricorum, Lexicographorum sententia, illam amnium primam fuisse lingvam, quam Ebraam indigitamus. Sic Junius, in praf. Gram. Ebr. Megiferus, in praf. Lexic. pol. Schickar-dus, in examine expos. Rab. Crinefius, in lib. Bab. Bellarminue , Lib. 11. de verbo Dei , c. 1. Perereus Comm, in Gen. &c. ut multorum calculis confirmetur illud in Judzorum ore tritissimum, לשון חקורש אם כל--הלשונות Lingva facra eft lingvarum omnium mater.

Solus Goropius Becanus, In lib. Hermathen. Cimbricam seu veterem Teutonicam Adamo fuisse vernaculam operosiùs *, qvàm seliciús con-

^{*} Operosius qu'am felicius] Joanni de Pineda Jesuitz, lib. Iv. de rebus Salomonis, c. v11. p. m. 172. b. edit. Lugd. 1609. in fol. Becanus homo argutior est & in inveniendo ac novas vias tentando diligentioris opera & indaginis, quam in judicando & eligendo felicis. Casp. Waserus tale de co tulit judicium: Gor. Becanus ingenioso commento pratulit Hebraica Cimbricam lingvam sive antiquam Germanicam: imò, quod plus eft , fibi S'alis perfvadere nititur, Adamum Germanice in Paradiso locutum, adeoque ex antiqua Germanica lingva, sanquamex fonse, omnes alias lingvas fluxisse, quod acuti ingenii exercitium jucundum potius lectu, qu'am vera esse, qua arguit, à plerisque existimatur. Hac Waserus. Monstrofa, inqvit Christian. Schotanus in Bibliotheca Historia C 3

28 TH. HAYNE DELINGVIS

tendit : idqve hôc præcipuè argumentô : qvòd

sacræ, de 11. Mundi Ætate, p. m. 83. est opinio J. Goropii Becani, que lingvum Germanicam, seu dialessum ejus, que in inserioribus Germania parsibus ad Oceanum Germanicum & mare Balticum, id est Saxonicam sive Brabanticam, cum ipso rerum principio fuisse putat. Eà Adamum fuisse locutum, in illa appellationes esse animalium illas, que contineant profunda mysterid O notitiam abstrusam. Ideo se de ipso Mose bene mereri O rebus Ecclesia sacrarumque literarum, quòd vocabulorum illorum, quibus patriarche appellati sunt originem è lingva illa divina pandat. Nue esse Bacchum portarum Sabazium euindem aliifqve cognominibus di-Elum. Circa Nysan consedisse arcam illic Noo coluisse, cui ut ante diluvium cum Indu , ita post diluvium cum Chamo & Chamistis fuisse belligerandum. Immensarum nugarum, quibus nihil putidius aut magis ridiculum abortiit tellus, audaciffimus confarcinator , reprehendit tamen & bene refutat Pseudoberosum Annii. Qua Chartis illevit, narrationes lepide sunt O aniles fabule, quibus nutricule infantibus somnum solent conciliare. Contemnendus effet, nist bôc fastidosô seculô, quô nauseamus ad triticum O lac, pasci mallent plurimi qvifqviliis & fordibus : nisi fua nugamenta facra veritati anteponeret. Ejusmodi sunt illa Benneven lua seu Antwerpienses origines. Miror & indignor nitidisimam Plantini officinam ejusmodi stercocibus insudasse. Scaliger: Miror elle, gvi qvicqvid lomniant verum libi elle persvadent: ac bene nobiscum ageretur, si nec aliis persvadere vellent. Hodie id seculum vivimus, quibus non tam in barbariem, quam atheismum ruimus : majorum pietas occidit. Benneren leva ipfe vocat fun illa deliria. Benneven le @. antiquitatis & simplicitatis seu fatuitatis conjunctim habet significationem. Apud Plutarchum & β Πλάτων ο μεγαλόφων ಈ πών, ο Эεος έπλαζε Τ κόσμον πρώς έαυθε rarodellesa, o'Zd Anegu Benneveamou, nalage sous mis αρχαίας κωμωδίας κοιηθές. Vocem compositam esse volunt è duabus vocibus, Birro & Dealin. Nempe dua natio-

nes

fimpliciores radices, & paucioribus expressas characteribus habet, qu'am Ebixa. Hoc ejus argumentum est palmarium: quod qu'am dilutum sit, pluribus exemplis ostendere, non est opus: Abiλειμοσύνη descendit vox monosyllaba almes, à χυριακή Church vel Kirk, à Σρυ ι'άκοβ James, &c. Lexica Harmonica hujus argumenti imbecillitatem plurimis demonstrant exemplis. Rectissimè Varro de Ling. Lat. princip. lib. vi. non sunt, inqvit, reprehendendi, qui literas adjiciunt aut demunt, dum vocum origines scrutantur: Sunt etiam in hac sententia alii complures. Pari itaqve ju-

nes antiquitatem stolide jaclabant, Phryges & Arcades, Phryges habebantur & habert volebant hominum antiquissimi argumento vocabuli Béxx. , qvod duo pueri sine ulla voce humana educati, procurante Psammeticho rege Ægypti, extulerant. Qvx vox apud Phrygas panem notat. Historiam narrat Herodotus. Arcades jaclabant se priores sussettiana. Unde est apud Apollonium Argonauticorum lib. 1v.

A" grades, oi n' we'd e Delwains videovay.

Cùm igitur dux ista nationes stolide jactarent suam antiqvitatem, hinc antiqvitatem & fatuitatem composità voce poëta comici traduxerunt. Affertur ex Aristophane:

Κως πως ω μως ε συ κ κοριων όζων κ. Βεκκεσελωε.

Saturnia olere dicit, & appellat Βεκκεσελωον. Qui igirtur nimia antiqvitatis captabant stolidissimam famam, dicebantur Βεκκεσελωοι. Qvi fatui erant & fatua loqvebantur. Hoc est ut apud eumdem comicum est:

Α εχαία νε η διί πολιωση η τετιίγων ανάμεςα

Kaj Knacios no Bupovier.

Reverà illa Becani nugamenta sunt Bennevélua, ut ipse vocat T inscribit. Ne sit qvis tam imbecillà mente, cui ea arrideant, qua ab omnibus meritò ridentur, sciat rectè proscribi qua titulò satuitatis ab ipso suo parente inscribuntur.

C 4 * De

40 · TH. HAYNE DE LINGVIS

re licet utrumque facere, si modò certa & manisesta sit vocum cognatio. Sed qvid plura? Christianus Becmannus, in manuduct. J. Lipsus, in epist, xliv. Cent. 111. ad Belg. Christoph. Crinesius, in lib. Babel. Christoph. Besoldus, in lib. de natura pop. &c. hunc errorem Goropianum satis retuderunt.

Theodoretus verò in qvæst. in Gen. & Mericæus in præst. Gram. Syriacæ, lingvam Syriacam Ebræa antiquiorem, & unicam illam fuisse à Mose pro communi omnium lingva deprædicatam afferunt. Fuit Theodoretus Syrus & Cyrenfis in Syria Episcopus., & forsan patriæ fumum alienô igne lucidiorem (rantum potest patriæ amor) opinatus est: admissus verò advocatus hac sua in caussa, non judex, coram tribunali reli-quorum patrum olim, & eruditorum virorum his nostris temporibus post multam & seriam qvæstionis agitationem caussa cadit. Mericæus verò lingvæ Syriacæ professor, Spartam, qvam nactus erat, studuit ornare; & fecit, qvod vulgus professorum * solet; qvi ut auditoves habeant faciles & sequaces, oinnem moveur lapidem, artemqve,qvam profitentur,præconiis undiqve accitis accumulant. Verùm eam laudandi rationem Socrates meritò & graviter taxat, apud Platonem in Sympol. cum qvis ως μέγισα ανατίθεται τῷ πράγματι, κ, ως κάλλισα έαν δε στως έχοντα, έαν δε μν. Εί δε ψευδή, εδεν ασ ήν πεαγμα, Laudes alicui rei ascribat quam potest maxime & elegantissime, sive rei conveniant sive non. Immo si falla sint, nibil

^{*} De Botero id adfirmat quoque Gabr. Naudæus in Bibliographia Militari, quam habes in part. III. Methodor. nostrar. n. xiv. c. 11. §. 14. ac de Philippo Cluverio Chtistian. Schotan. de secunda Mundi Ætate, p. m. 82.

? ma

Chri

ıs, g

nn.

1 14

1007

la.

)(ZE

IÚ.

į į

bi E

U

7Œ

20

W.

M,

ą¢.

į.

mihil refert. Qvod autem Mericaus istam laudem immeritò & minus verè lingva Syriaca attribuat, eruditè & solidè Bart. Majerus probavit Philol. facra lib. 11. Stat ergo immota † veritaris thesis hac proposita: Populum scilicet Ebraum, ut & lingvam Ebraum ab Ebero nomen accepisse: & Ebraum lingvam esse primam omnium & antiquissimam Qva verò hactenus dixi, maxima ex parte è sacra pagina hausta sunt, & inde vires suas & sirmitatem sumpserunt. His verò positis videamus porrò, qvid viri dostissimi & roduydarsonio ilingvarum plurimarum callentissimi amplius statuerunt.

Positio Tertia.

ullus populus linovam, gvam ex confusione Babylonica bausit, aut in coloniæ alicujus deductione alicunde sumpsit, diu retinuit. Edwardus Breerw in disqvis. de lingvis & rel. c.v1. Dion. Halic. lib. 1. * Rectè sanè J. Lipsius ad Belg.

7 At zu vide infra Henr. Kippingii Dissertationem de Lingva Primæva.

* Incidunt hic que tradit P. Martyr in fol. 124. a. Commentar. in Judic. edut. Heidelberg. clo Ioc IX. in fol. Idiomate, inquit, deprehendebat, quinam essent Ephraita. Qui transmittere volebant aut Rubenita, aut Gadita, aut ex dimidia tribu Manasseh fortasse esse potuissent. Idcirco ne admitteretur error, à lingua experimentum sumebatur. Nec est quod admirentur diversitatem pronunciations inter Hebraos, cum qualibet geus, ut communi linguâ utatur, aliqua tamen per diversas tractiu admittiforte admittat discrimina. Graci omnes Grace loquebantur, inter quos nibilominus Iones, Attici, Dores, Eoles, & hujusmodi, aliquam in loquendo, & quidem insignem disferentiam babuerunt. Pranestini quoque nou procul a Roma siti, ut apud Plautum

TH. HAYNE DE LINGVIS

Cent. 111. Epist. XLIV. Errat, qui in re instabili maxime, id est, lingua quærit sirmitatem. Et statim addit. Invenimus à prima confusione institum linguas mutâsse, variasse, multiplicasse, ut Gentes bominum consusæ & mixtæ inter se suerunt, & iterum propagatæ. Multa, inqvit Cicero, de oratore, posteritas mutat: Idqve, inqvam, ut in moribus t, ita vel maxime in lingvis. De Græca line

legitur, pro Ciconia sonabant Koniam, in Italia etiam hodic permulta sunt Idiomatum discrimina. Unde autem ea sint, dubitatur: Alii respondent ex consvetudine, quòd non plane satusfacit: quia rursum interrogabimus, quare primi eorum locorum incolæ ita caperint aut loqui aut balbutire. Ideo alii ratione naturali adducti, eam diversitatem in aerem, aquam, O'cali varium aspectum reservint. Nos autem rei bujus initium ex adiscio turrus Babel repetimus. In lib. quippe Genes, habetur, discrimina linguarum inde orta, qua ut persecta O muxima inter gentem O gentem intercidunt, ita in unaquaque natione, inchoata deprehenduntur. S. Hieronym. in Matth. xxvi. Unaquaque, inqvit, Provincia O

regio habet proprietates suas.

† Illustrari possunt hæc verbis allus Scriptoris Angli, Thomæ scilicet Smith, cujus è lib. r. de Lingvæ Græcæ Pronunciatione subjicio sequentia: Multa sunt, que nultam stabilem ac firmam natura sua sedem, & quasi ideam habeant: in quibus moris & consvetudinis pracipuum jus & tangvam imperium est, ut ex ejus decreto cuncta fiant & administrentur: cujusmodi lingvas & habitus & mores dicimus hominum viventium, que nulla stabili in sede, sed in perpesuo motu ac mutatione consistunt. Neque enim testamentum solum. O suprema voluntas hominis incerta, variabilis, O, ut Jureconsultus ait, ambulatoria censetur usque ad mortem: sed & ipja hominus facies, & oris lineamenta, & tota quasi figura corporis, & vestis forma, & gestus ratio, quamdiu quis in vivis degit, identidem immutantur. At ubi semel ex in excesserit, stabilicatem quamdam suam consequita sunt: m neque ex ejus voluntate, qua jam nulla esse potest, nec ex arbilingva Plato, in Cratylo, tantam asserit vocabulorum susse mutationem, ut si lingva suo tempore usurpata, cum antiqua conserretur, antiqua videretur prorsus barbara. De Latina verò Polybius, lib. 111. ait: Si quis presentem linguam cum veteri comparet, tanta apparebit varietas, ut vix

arbitrio posterorum, quod tantum jus in sato sunclum non habet, variari atque aliter effingi queant, vel alterationem ullam accipere. Id porro ipfam in Lingvu accidiffe quis inficiari audeat ? nonne enimitres illas præstantis mas , Latinam, Gracam & Hebraïcam, injurià temporis, tanquam Saturni edacitate voyațas adeò aique consumptas videmus; ut ubi maxime illa frequentarentur olim à vulgo, ibi hodie ne intelligantur quidem? sed quemadmodum civium illorum. qui maxime vel in Athenienlium Republica florebant, ut Themistocles, Aristides, Cimonis, Miltiades p aut in Romana, ut Appii, Pauli, Fabii, Papyrii, Camilli memoriam & cognitionem non à plebe, que nune Romana est. vel Atheniensium efflagitare possumus, gvippe qua nihil horum sciat, vel inaudierit; sta neque illi hodie de corum Lingva quidquam respondere possunt. Solum illud de utraque re certum & exploratum habemus, quod è monumenus librorum sedulitate ac diligentia possit erui. Ergò nec hujus atatis doctis hominibus, cum quid de Lingva illius antiqua, G in libris tantum ac monumentis veterum viventis sono comminiscuntur, quod ex iisdem libris non possunt comprobare, fides est adhibenda. Non hercle magis qu'am si historiam aliquam de priscis illis viris ac antiquorum factis concinnarint, que nusqu'am à quoquam veterum fuerit relata. Que enim Italos, Gallos, & Hispanos Latine unquam locutos sibi persvaserit ex hodiernis eorum lingvis , qua Latinam ut mairem. agnoscunt, & à qua genus ducunt. Hæc Smith. Ita paulatim Lingvarum omnium fato, (verba sunt viri doctissimi Oct. Ferrarii) inquilinorum ac mancipiorum ex omni natione ac turba externa, vulgique cuncta depravantis licentià, Latialis serme corruptus ac vitiatus est, ut mater filias, pingve quid-

.u ..

quadam etiam summā diligentiā adbibitā, virimaximā intelligentiā praditi possins discernere. Et multa in XII Tabulis M. Ciceronem & magnos Jurisconsultos sugisse assirmat Bibliander de commun. Rat.
ling. & M. Varro de L. L. lib. vI. post princ. Elium in literis Latinis multum exercitatum, dum
carmina Saliorum interpretabatur, quadam exili
interpretatione expediisse, & obscura multa sque
forsan explicare non postit dilucide) praterisse.
Nec mirum, inqvit, Varro, vocabula post annos
quingentos neutiquam cognosci, cum Epimonidus corpus post annos 50 expersitum * (detur veria vocabulo Varroniano) a multis non cognoscebatur. Sic

quiddam & ayreste sonantes, veluti alieni sangvinis abdicayerit: nata parentis sermonem non intelligant, & ut intelligant, aramabili labore nutricis an noverca lingvam diu perdiscere inter pueritia poenas ac supplicia numerent. Nec ipsa sorores se se inter se noscitam, & siculanimis, ita sermone dissidentes ad Lingva commercium sequestro uti coguntur, ac portenti loso inter eadem alvo editas, surda verba, muta loquacitas, mentisque interpres oratio egens interprete: Tantum zvi longingva valet mutare vecustas, Qvamqvam id minimè mutum vidert debet, cum, Qvinctiliano auctore, lib. v.c. x.p. m. 379. desiciat otnne qvod vascitur.

* Expergitus] In opt. Dordrechtana mea invenio expeditus, & in margine experreclus, qvomodo & habet Lugdunensis anni clo lo lxiti. qvam recensuit M. Vertranius Maurus, ad hunc locum in notis mutus. At Scaliger in Conjectan. in h.l. p.m. 97. Expergitus, inqvir, pro experreclus veteres dicebant. Fessus, Lucret. 111. 7.943.

---- Nec quisquam expergitus exstat.
i. e. ab alio excitatus. Qvod vocabulum in Lexico Lucretiano Dan. Parcum prætermissis miror. At habet Obert. Gifanius in Conlectan. in Lucret. p.m. 341.

45

Quinctil. lib. 1. c. v. Verus igitur vates fuit Horatius, cum dixit, v. 70. Artis Poet

Multa renascentur, que jam cecidêre, cadent-

Que nunc sunt in honore, vocabula, &c. †
Et rectè Pet. Crinitus de honest. discipl. lib. &c.
111: lingvam Latinam dispescut in Priscam,
Latinam propriè distam, Remanam, & mixtam.
Idem sentiunt Joh. Nies, lib. de ortu & interitu
L. L. & alii plures. Qvz verò suit conditio lingva Latina, ea etiam suit Anglica, Germanica, Gaslica & eeterarum, qvz hodie obtinent: sermo enim his in usu qvingentis abhinc annis ita distert ab hodiesno, ut vix cognoscas eumdem esse. Ita ut cum Fabio Qvinctil. lib. 1. c.
1x. verè liceat affirmare: ex omnibus prope dixerim gentibus, ut bemines, sic & instituta & sermonem in populum & lingvam Romanam, sic & in
Anglicam, Germanicam, Gallicam & ceteras omnes
lingvas & gentes venisse. Hac de re vide Edw.
Breerwood. disquis de ling. & Richard Verstegan.

a.b. Nonius; p.m. 50. Expergo pro Expergefacio. Ac-

Heus vigiles properate expergite pectora tarda

Sopore exfurgite.

Santra Nuntiis Bacchis. Extemplò exite vadit qua genitrix, & omnis vocis expergit sono. Hæc Nonius. Gell. lib. vi.c.x. Tum vel maxime ista re animos juvenum expergebat. Ut veniam voci petere nihil opus sit.

TIdem lib. 11. Ep. 11. v. 116.
Profert, inqvit, in lucem speciosa vocabula terum,
Qua priscis memorata Catonibus atque Cethegis.

QVARTA POSITIO.

Multæ sunt caussæ tantæ inconstantiæ & muta-tionis in Nationum lingvis. Prima est longi temporis vis. Qvid enim mutare vetustas non solet? Secunda Coloniarum deductio & cum antiquis incolis variarum Gentium commixtio, que fermonis etiam mixturam invehit. (Hac quantum lingvam Græcam mutaverit, docet eruditiss Edw. Breerw. c. 1. disqvis. de ling. & rel. orbis totius.) Tertia est locorum & aeris natura, qua aliqvid facit ad vocis asperitatem vel lenitatem: inde fit ut Eadem vox ab Hetrusco. Longobardo & Apulo prolata mirificam habeat & literarum & pronuntiationis diversitatem, ut penè non idem, quamvis sit idem sur inquit Jov. Pontanus in li. de Aspirat) videatur; Inde etiam fit, auctore J. Bodino in Method. Hist. c. vI. ut Septentrionales ament consonas asperè collisas & propter spiritum & caloris impetum crebris aspirationibus gaudeant. Atque hinc est quod quidam è suis sedibus migrantes, alibi in novum vocis & sermonis tenorem lapsi fint. Etiam Attici surculi in alieno solo confiti paulatim incaperunt DodouxiCeiv Solacismis sermonem sum corrumpere Has caussas observarunt Bodinus, Bibliander, Maverus & alii.

Sunt etiam aliæ nonnullæ addendæ. Qvartò, Si Cadmus (ut Plin. & alii habent) pauciores, ad Græcos, literas attulerit; si istis qvasdam Palamedes, alias Epicharmus, & Simonides addiderint, si qvælibet lingva hodiè in usu tenuiora & rudiora initia agnoscat, & temporis progressu & eruditorum industria ad perfectionem nitatur, necesse est, ut hæ omnes frequentes subeant mutationes. Qvintò, cum mens hominum varia sis

disquis. c. v1. R. Versteg. c. v11. p. 197) & novas subinde loquendi formulas & vocabula longè petita venetur, vel jamdiu antiquata revocet, fieri non potest, ut una eadémque semper maneat fermonis facies. Levitas, assectatio & insolentia, ut vestium & victus, sic etiam sermonis varietatem procudit. Sextò, In multis orbis partibus linguarum sacta suit mutatio; quia imperiosa * civitates, ut S. Augustinus, ait, de Civit.

* Imperiosa Non credo locum ipsum inspexisse Nostrum Hayne, inde & nec caput addidit, id enim a nobis est; si enim ipse evolvisset, deprehendisset, Augustinum non in plurali imperiosa, sed in singulari imperiosa habere, & de Roma logvi, quam imperiosam civitatem i.e. severam in imperando dixit. Qvemadmodum enim Romani Imperium suum longe lateque protendere conabantur: ita Latinam Lingvam in qvolqve sibi subjectos populos transfundere: Atque inde factum est, ut sieut Græca Lingva antiqvitus quam plurimis erat in usu: ita posteà Latina Lingva obtinentibus longè latéque Romanis imperium omnibus ferè nationibus fuerit in usu. Curabant enim illi ut in Provinciis plurimi loquerentur Latine, ita ut Hispanias & Gallias Latinas fecerint prorsus, veteribus illarum Gentium lingvis abolitis. Hinc & illi ipsi Romani etsi Gracam satis familiarem habebant Lingvam: ipsis illis tamen Græcis non nisi Latine respondebant etiam in Græcia & Asia. Qvem Magistratuum Romanorum usum his verbis magnoperè commendat Maximus Valerius, 11. 11. 2. Magistratus prisci quantoperè suam populique Ro-mani majestatem retinentes se gesserni, bine cognosci potest, gvòd inter cetera obtinenda gravitatis indicia, illud quoque magna cum perseverantia custodiebant, ne Gracis unquàm, nisi Latinè responsa darent. Qvin etiam ipsà lingua volubi-litate, qvà plurimum valent, excussà, per interpretem loqui

18 TH. HAYNEDE LINGVIS

Dei lib. XIX. C. VII. non solum servitutis jugum, sed & sum domitis gentibus lingvam imposuerunt. Hinc Graca lingva sub Macedonum imperio per totum orbem (qvod Tullius testatur in Orat, pro Archia,

cogebant; non in urbe tantum nostra, sed eriam in Gracia, . Thia: Quò scilicet Latina vocis honos per omnés gentes venerabilior diffunderetur. Nec illis decrant studia ductrinæ, sed nulla non in re pallium togæ subject debere arbitrabantur: indignum effe existimantes, illecebris, & svavitate literarum imperii pondus & auctoritatem domari. Cicero, Verrin. Iv. c. LXVI. Ait, indignum, inqvit, facinus effe, quod ego in Senatu Graco verba fecissem : quod quidem apuid Græcos Græce loquutus essem, id ferri nullô modô posse. De Tiberio scribir Svetonius, c, LXXI. Sermone Græcô, quamquam alias promtus & facilis, non tamen usque quaque usus est. Abstinuisque maxime in Senaiu: adeò quidem ut Monopolium nominaturus, prius veniam postularit, quod sibi verbô peregrino utendum esset ? atque etiam in quodam decreto Patrum cum εμβλημά recitaretur, commutandam censueru vocem, O pro peregrina nostratem requirendam: aut si non reperiretur, vel pluribus, & per ambitum verborum rem enunciandam. Militem quoque Grace testimonium interrogatum, nisi Latine respondere vetuit. Confer Cujacium in m. C. de monopol. Joh. Parlador. lib. 1. rer. quotid. Inde & Prætoribus Romanis aliô, quam Latinô Termone jura reddere ventum fuit l. decreta 48.ff. de re jud. licer translatô Byzantium Imperiô in consortium Græca quoque lingva admilla fuerit. 1. Judices 12. C. de sentent. O Interloc. ubi Gothofred. in not. O ad d.l. decreta. Bruningus de Variis Universit. Specieb. earumque Jurib. 9. 7. Romani qvippe tanta animi contentione suam lingvam promoverunt, ut Carthaginensibus devictis (nam Romanos victis gentibus, ut lingvam & mores: ita & vitia intulisse, testis est Justus Lips. in libell. de Amphitheatr. qua extra Romam,c.1.in pr.)interdixerint, ne aut loqvi cum hoste, sicut dicebant, aut scribere fine interprete pofsent.

DISSERTATIO.

Archia, c. x.) increbuit. Et Plutarchus ait in Quæstion. Platonic. circa sin. p. 1010. C. edit. Paris. M. DC. XXIV. Latino sermone viv ous ut aviste ansequent Lewisay, nunc omnes ferè homines utuntur. At quid tandem? si tanta sit in lingvis mutatio, si tot.

sent, suosque insuper proconsules, præsides, Juridicos Latine jus reddere, omnesque juris sormulas hoc idiomate comprehendi, imò & per interpretem non solum in Urbe, sed & in Græcia & Asia Latine loqvi volucrint & coëgerint, de quo præter textum allegar. in l. decreta ff. de re Jud. Alciat. in l. 1. S: fin. O ibid. Carol. Molinæ. n. 21. ff. de V.O. Bernhar. Walth. lib. 1. miscell. c.xvIII. Joh. à Wower. in tr. de polymath. c. xxx. p.m. 368. Kirchner. de legat. lib. 11. c. ¥11. §. 26.p. 502. f. He-- ring.de Fidejuff.e.x1.n. 131. Et recte. Nam ut Phavorinus dicebat, posse Imperatorem hominibus Barbaris Civitatem Romanam date, vocabulis nominibusque barbaris non posse, qvippe qvæ à naturali civium usu, qvi ut est in l. 2. §. 1. ff. de usufr. earum rer. qua usu cons. autoritate senatus immutari neqvit, vim atqve proprietamm accipiunt. Ceterum non vulgarem modò, qva de minus erat sollicita, sed & puriorem Latinam tradi Provincialibus curavit Roma, unde studia illa Galliarum florentissima, & Gallicanus cothurnus, tantoperè ab Hieronymo ep. IV. 13. commendatus, & municipales illæ Scholæ apud Visontionem & Lugdunum, & illa non apud Clivium in Germania secunda, sed Augustodonum in Heduis, cui præfuit Eumenius Rhetor. Hôc enim pactô feritas animorum paullatim abstersa: qvo qvidem in confilio res adeò feliciter successerat, ut ubicumqve Romanorum diffunderetur Imperium, hîc & Latinæ vocis honor vigeret, & quâdam desvetudine mativa aboleretur. Qvod adeò verum est, ut qværatur hodie:qva tot provinciarum,qvæ iis olim paruerant,incolæ Lingva usi fuerint? cum & Romani appellari exoptarent, câqve nomenclatura ad ceterarum barbaricarum

TH. HAYNE DI LINGVIS

tot, & forsan plures mutationum causse, qvæ in lingvis sirmitas, qvæ constantia? Cum J. Lipsio sirmitatem aliquam dari sateor à literis (seu libris) una sideli rerum custodià. Siqvidem in Platone & Demosthene, in Cicerone & Terentio, & ceteris purio-

rum gentium, à quibus subactæ sunt deinceps, discrimen ab ipsis barbaris vulgo donarentur, corumque Lingva quantumvis foedata postmodum, & vitiata, Romano diceretur. Rem profectò conabantur pulcherrimam, & toti humano generi nobilissimam, qvôcumqye id fine facerent, ut esset una aliqua Lingva, qua se gentes omnes mutuò intelligerent: Lud. Vives ad S. Aug. locum laudatum; vel certe, qvò per Lingvæ præfidium obsequentiores & faventiores haberent nationes, eum inter dissimilis Lingua homines amicitia vix coalescere queat, Rhenan, lib. zi, Rer. Germ. p. 115. Atque id qvidem argumenti jam alii prosecuti sunt, atqve in iis Bernardus Aldretus scriptor Hispanus cultissimus, lib. T. del. Orig. de la Lingva Castellana, c. xx.xxx. &c. Superiare seculo illi Monarchiz nova affectatores Iberi , Romanæ prudentiæ vestigiis insistentes, Mauris necessiam tem imposuêre non sua sed Hispanica lingva sermonem conferendi, & apud Bohemos & Moravos lex est, ne cui illustri vel equestri ordine nato cuinsquam hereditatem cernere prædiave possidere liceat, msi lingvæ Slavonicæ perito; qvod ad Tacitum Förstnerus observavit. Soli Germani, qvi nomen Imperii Romani nobis adseruimus nostram elegantia & gravitate cedentem nulli, adeò non propagamus, ut exoticorum verborum inqvinamentis mirifice fædemus. Diede (inqvit erudirissimus Berneggerus ad Svet. Titum, c III. 2.) in sentinam durare hanc lingvam, ad quam reliquarum sordes torrente promiscuô deferantur. Jam à Latinis, jam à Gallis, Hispanis etiam ac Italis mutuamur, quod domi longe nascitur elegentius. rum hominum sinisteritatem , in Aristarcho Juo, multo sale perfricuit Martinus Opitius: quem Germania Virgilium posteqTzi

Lý

librs

tent

ceta pur

dik

000

2.1

άc

12

ie zi

j.

purioris seculi autoribus genuina Grzci & Latini sermonis sacies cernitur: In sacrasantia veteria Instrumenti libris lingvz Ebrzz puritas elucet. Qvicqvid in autoribus oppido vetustis, aut novitis inveneris, nisi ad exempla & canonas scriptorum in seculis purioribus sormetur & singatur lutulentius & immundius suit. Si qva autem sit in lingvis nationium hôc tempore constantia, hanc scripta erudirorum tum autiquitus, tum nostro hôc zvô ostendent: si vero scripta antiquiora cum nuperis conserantur, non erit obscurum, qvanta in qvaliber lingva vernacula mutatio suerit introducta.

QVINTA POSITIO.

Est quadam lingvis omnibus; maxima quibusdam cum Ebraa convenientia & affinitas. Scil. in vocabulis omnium lingvarum lunt expressissima nonnulla Ebraarum vocum vestigia. Inde S. Augustinus in quastion. in Testam. censet multas linguistinus.

ritas dicet. Quamquam nec nostra sic incuriosa suorum etas est, ut non animadvertat exoriens hoc novum sidus. Ceterium in Augustini loco: At enim opera data est, ut imperiosacivitas non solitum jugum, verum etiam lingvam suam donutu gentibus per pacem societatis imponeret; B. Rupertus in p. m. 117. Dissertation. in Valer. Max. loc. cic. logit per speciem societaus; addustique Rittershus. lib. 111. sacr. Lect. c. 111. & Claud. Minoem ad Alciati Emblem.

p. 62. quem ultimum frustra evolvi, nihil enim huc faciens, ibi reperi, sorte aliud à meo usurpavit exemplar, Parisinum habeo anni 1583. in 8t. quamquam totum istum Ruperti sibrum vitiosissime editum essentium essentium legentem sugere potest. Vide qua diximus in part. 111. Methodor. nostrat. n. x111. c. 1. §. v. p. 414 extr. b.

gvas ex Ebræa immutatione quarumdam literarum habitâ exstitisse, ita tamen ut illa lingva non deperierit, sed ceteris lingvis fuerit confusa. Th. Bibliander, libr. de optim. Gramm. in confusione lingvarum Lingvam Ebraam mansisse censet inte-gram, in singuiis autem dialectu, seu lingvis ceteris, vestigiamulta & manifesta esse, que indicant fermonem Ebraum parentem effe omnium lingvarum. Joh. Forsterus, Præfat. in Lexic. Omnes, inqvit. aliæ lingvæ ab Ebræa multævoces mutuantur. Augustinus Steuchus, lib. de perenn. philos. r. Ceteras, inqvit, lingvas omnes invenies vocibus Ebraicis aspersas. Et alibi, in Gen. xxxv11. lingva Ebræa, ut ceteris vetustior, ita omnibusadmista, & quasi interspersa, ex ejus enim vocibus in omnibus lingvis reperies. Sic Gesn. in Mithrid. Fr. Junius in orat. de ling. Eb. † His assentitur Casparus Waserus, in Comment ad Mithrid. Gesneri qui jus disat omnes Gentes in univer so orbe nobis cognitas vocabula non nulla Ebraica retinere. In eumdem sensum Guilielmus Schickardus, in Horol. Ebrao. Non eft dubium, inqvit, quin lingue omnes ex Ebrea sint erte, quod manifesta congruentia in multis prodis. Hoc etiam quibusdam exemplis edocet. Qvid ego huc adducam Ch. Becmannum, in manud. qvi censet omnes linguas aliquid musuari ab Ebraa? Agmen hoc claudat Gul. Postellus: qvi ait, Nifi esset Ebræa lingva principium & fons omnium lin-gvarum, nunqvam posset sieri, ut tot lingvæ in tam varius orbis partibus dispersæ, jam tot anno-

† Fr. Junii Oratio integra præfixa est ejus Operibus, & ex parte Grammaticæejus Hebrææ Lingvæ, in Operibus ejus omissæ, edit. qvidem Sanctandrean. c12 12c v111. in fol. Ego habeo illam Genevæ editam in 8c. c12 12 xc. Pervenit ad me è Bibliotheca D. Paulli Tarnovii, qvi multa ei adlevit nec contempenda.

vun millia illi affines effent, & ad illam unam propè

SEXTA POSITIO

ingvæ Asianæ & Africanæ multa vocabula Ebraa referunt accepta. Hoc multiplici testimoniò doctorum, qvi in hac avena fuerunt versazissimi & fide dignissimi liquer. D. Augustinus & Hieronymus non femel Punicam linguam Ebree vicinam afferunt. Th. Bibliander, lib. de Opt. genere Gramm. Lingvæ, ait, Sidonia, Arabica, Ægyptia, Indica, Persica, Medica, Parthica, Assyria (ut periti in his homines, & argumenta sue proferunt assertionis, affirmant) maximam habent cum Ebraa cognationem, & veluți ex ea matrice (ut Hieronymus appellat) prognata funt. Et G. Postellus, omnes, ait, linguas Grammaticas, (id est, que ad Canonas Grammaticorum possunt exigi) præcipue Orientales, Ebraica affines effe , locutione , signis , & vocibus. Et libellum edidit, cujus peculiare hoc est argumentum. Alibi etiam ait , Ismaeliticam lingvam esse semiebraam. Augustinus Steuchus, lib. de perenni philosophia 11. Sermo, inqvit, Chaldaorum, Assyriorum, Arabum, Æthiopum, & totius fere Oitentis sic appropinquat Ebraico, ut adulterina germanis, corrupta sinceris respondent. Deinde Francilcus Junius affirmat in præfar, Gram. ex orar. de ling. Ebr. circa fin. lingvam Ebraam fontem esse lingvarum omnium, quas memoria nostra colunt obtinentque Asia & Africa, easque omnes tanquam degeneres matris tam venustæ silias, adhuc linea-menta ejus non pauca usurpare. Ne verò gratis hoc eum dixisse existimes, instat ulterius, & asserit D 3 11 3

54 TH. HAYNE DE LINGVIS

huic Ebraa lingua Indicam , Perficam , Babylenicam, Armeniam, Syram, Arabicam & Gothicams esse conjunctissimas : & bujus rei ait exstare apud Procopium, Agathiam & Jornandem documenta. Ex lingvis verò Africanis expressis verbis producit lingvam Ægyptiam, Æthiopicam & Troglodyticam; quas, ait, consimiliter propinquitate ad Ebream maxima pertinere. Et tandem concludit lingvam Ebræam effe omnium lingvarum principem, omnium jucundissimam, imprimie utilem & necessariam , omnium judicem , omnium maximam ; scil. principem antiquitute; jucundissimam simplicitate, & gratia; utilissimam summéque necessariam argumento; judicem constitutione sui equissimà & in-comparabili; maximam geniturà & propagatione; que tam numerosos surui tam multis locit & regiohibus pepererit. Cafparus Waferus in Comm. ad Mithrid. Gelneri , his accedit , & magnam effe ant Chaldaice, Syriace, Arabice, Perfice, Athiopica, Egyptiaca, Troglodytica, & Panica lingue cum Ebræa affinitatem: quamquam in una magis; in altera minus; ut notarunt ii, qui cognitionem harum lingvarum babent, hoc apparent. Ostendit etiam Hier. Megiserus, in Lexici Prolegom. Ebraæ lingvæ propagines esse Maroniticam, Mauritanicam, Fessensem & Maroccensem. Et Joh. Seldenus, in proleg. lib. de D. Syris, afferit fermonem in colonis Africanis (que è Syria occidentali transmigrarunt) seculis etsam recentioribus; advenarum licet colloquia diu passum, ab Ebrao non multum discrepâsse. Sed hac de re nolo plura: qvia hæ lingvæ nobis in Occidentali mundi plaga degentibus minus sunt obviz.

SEPTIMA POSITIO.

Ingue Graca & Latina, quales in scriptus eruditorum exstant, nullibi jam vernacule, & lingue Nationum Europeatum nunc in usu multas babent voces Ebraicis ità affines, ut constet has ab Ebraica veram suam & ultimam babere originationem. Sunt voces primarie in qualibet lingua, sive sint ejus lingue peculiares, sive aliunde sumptæ, optimo consilio (ut ait † Varro lib. 111. de ling. Lat.) pauce, que verò à primarie deducuntur innumera: scil. ab aliquo uno themate (ut ait) distiones 500. Qvod si verò quis teneat pauca il-

T Karro] Varronem ipfum ab Auctore nostro non inspectum esse, non solum falsa docet adlegatio numeri, dum adducit lib. 111. pro v. qvem 111. in rerum ampliùs natura vix dari credam : sedetiam verborum : Neque enim verba; voces primaria in qualibet lingua optimô consilio, qua ut Varronis landat, ejus sunt, sed alius auctoris è quo hæc Haynius exicripfit. De dubites be-Cror, ipla Varrouris verba è lib. v. p. m. 51. edit. ope. Durdrecht. 1619. in 81. adjicio: Quad ad temporum, inqvit, vocabula Eatina attinet, bactenas fis fatu diction. Infunc quod ad eas restatinet, que in tempore alique fieri animalverterim ; dicam, ut bac funt ; Legisti currens , ludens. De qveis duo prædicere volo , qvanta sit multitudo eorum , & qvæ sint obsouriora qvam alia. Cum verborum declinantium genera sint quatuor's unum, quod tempora adsignificat, neque habet casus ut ab lego, legis: alterum quod casu habet, neave compores adfignificat, yet ab lego, lectio, & le-bor: tertium, wood habet utrumque; O tempora O cafue, ut ab lego ; legens, lecturus : questum, quod neutrum habet , ut ab lego , lectie , lectissime : borum verborum saprimigenia funt ad mille (ut Cosconius scribit) ex corum declinatio-Monten to a sample

la alicujus lingvæ themata, totius cognationis & viciniæ cohortes in illa lingva facilius imbiber. Etsi autem deductio qvarumdam vocum, ubi terminationum tantum est variatio, aperta sit & tritissima: aliarum tamen vocum tectior & abstrussio est; nec sine eruditorum industria & perspicacitate extunditure. Facile legens, legendus, lector, lect o, lectiso, &c. originem suam agnoficunt à verbo (Lego). Et lego etsi in lingvam Latinam usu frequențissimo suerit receptum, & procipe

mibus verborum discrimina quingenta millia effet possunt : ideo qua singuleis verbeis primigeniis circiter quingenta species declinationibus fiunt. Primigenia dicuntur verba, ut lego, feribo, sto, sedeo; & cetera, qua non sunt ab aliquo verbo, sed suas habent radices. Contra, verba declinata sunt, que ab aliqua orinumi, unab lego, legu , legit [legam, O Tre inidem hine permulca! Qvare siqvis i primigeniorum vert borum oxigines aftenderit , fi eu mille funt ; wringentûm millium simplicium verborum caussa aperuit omas In nulleus ramen, qui ab eis reliqua orta offenderit:, faths dixerit de origine verborum; cum unde nata fint principio erant pauca, qua inde nata sunt, innimerabilia. A quibul issdem principiis, antepopoeu praverbiis pauceis, immanis verborum accedit numerus quod praverbiis additeis, arque commutateis aliud arque aliad fit. Ut enim cessit atque recessit afte accessit & abferbit : itemineesit CF excesit, fic fuccesit, CF decesit, O concessit, O pracesit. Qual si bacdecem salum praverbin essent, quaniam ab una verbo declinatione quingenta discrimina fierent, heis decemplicateis conjuncto pravocibio, ex uno quinque millia numero efficerent : ex mille ad quinquagies contum millia discrimina sieri possunt. Democritus, secuti O' item alii, qui infinita principia dixenunt, qua unde sint, non dicunt, sed cujusmodi sint, faciunt tamen magnum quod quaex heis constant in mundo, ostendunt. Quare si etymologia principia verborum postulet mille, de quibus ratio ab se non poscatur, & religva oftendat, quod non postulat : tasen immanem verborum expediet numerum.

cive Romano habeatur, & multiplicem prolem numeret eadem donaram civitate: non samen frontis erit tam perfrictæ; ut avum sum antiquim antiquim aliquem proavum è finibus Ebræis prodeuntem deneget. Ab (Homo) facili flexu cadunt humanus, humanius, &c. sed unde ducatur (homo) studiose quæsiverum litera-

ti, nec eadem omnibus arrifit sententia.

Reconditiones he vocum originationes funt; qvæ jam erudito huic seculo negotium facessunt. Has ut penitiùs & sagaciùs studiosi investigarent, annotarunt quidam il voces quasdam formatas esse literis & sonis rei significatz maxime congruis, ut Eupa, oveica, Sibilo. Susurrus, Tintinnabulum, κλαίγη clangor, ρογχ@ ronchus, δλολυγή ululatus, &c. De his recte Plato in Crat. 20 จุ๋งขนน เปลุทนล์วิโรเ รรี สอุปานลโซ , nomen remipsam exprimit, seu imitatio quedam est rei. Sed nimius forsan est Plato in literarum Græcarum viribus exprimendis, cum bas motum, illas quietem & consistentiam; has webementiam, illas moderationem, &c. suâ naturâ designare dicat. Heic cavendum puto, ne simus, qvam par sit, audaciores, & qvidqvam temere tentemus; Nam & Socrates apud Platon, in Craryl, sensit sein hac dissertatione pares recars aconson longitus quans opertuit , processisse.

2. Voces qvzdam sunt derivatæ, qvarum in sua qvaqve lingva ratio potest reddi. Sic Latinè dicitur victima, Ovid. lib. 1. Fast v. 235. s. * qvz dextra victrice cecidir, hostia hostibus a domitis; rostrum a rodendo, stapedes,

^{*} Locus Nasonis ita habet:

Kielima, qua dextrà cocidit vietrice, vocaiux.

Holtibus amous bossia nomen habet in:

THO HAYNE BELINGVIS

avia fuper hos pedes frant. Sic. Grzee dicioup degnar drace, :qvia acutifiene dent videt; infante feinia, quia svaviter Led ranto; aine offelis, quis niohei am segu caudam varie agitat. Hoc verd in genete longè cereris omnibus lingva anteit Ebraa, in qua win home dicitur quia factus è terra, mone Leo vocarur 12 25 à 25 corde, propter animofitatem. הסירות fignifian Ciconium a nom a pietate in parenzes: cujusmodi in hac lingva voces suns innumeræ. In his criam vocabulis veriffimum est illud Platonicum in Cratyl. is un sp erouala emtenfi inisa) n. ra nsuruela, qui nomina novit, novit etiam zes. Idem videre licer in gvibusdam vocibus cupussiber lingvæ vernaculæ. Ita tamen ur qvædam ex vocibus primitivis (sic dicisin illa lingvæ, qvod qualdam dictiones procreant derivativas) primitivas alias voces in lingua agnoscant superiori, aliquando autem in Konzaro e.

3. Sundivoces quadam 30 quadamerationem eruditi quidam sese aescine sacentur. Sociates, Ibid. eniginem mount (xõp & mais) & quaremilem aliantem distionum se ignorare ingenue agnoscit. Mustra autem singuis Priscianus sunt vocabula, quoram erigo igniratur. Caustuverodunus ignorativa affignatur. i.à M. Varrodez, diture, de ling. Lat, † aut verustus, qua multa delevit; aut quòd litere mi

† Varronis verba, p. m., c. extr. hæc sunt: Priorem illam pariem, sibi, cur & unde sini verba, scrutantur Graci: vocant isupodogiav; illam alteram, sed unucasopeirav, de quibus duabus rebus in heis libreis promiseu dicam, sed exilius de posteriore. Qua ideo sunt obscura, quod neque omnis impositio verborum exstat, quod vetustas quassam delevit: nec qua exstat, sine mendo omnis impositat nec qua exstat necesario omnis originale sine qua lingua lingua

mium interpolantur, quod vulgi contigit incuris; 2. à Jovin. Pontano lib. de Aspir. quòd Latim nomina ab alis sumpta ita conformarunt, ut originem veram cognosci nollent, & ut suæ linguæ tan-

quam propria arregarent.

Sunt & 4. aliæ voces, qvæ ratione minus recta & approbanda fuere impositæ: nam cum his temporibus nova quadam armorum, vestimentorum, navigiorum & plurium instrumentorum genera à variis artificibus fuêre excogitata: licèt ipsi ho-rum inventores nominum multorum rationem fuggerant, non tamen qvarumdam rerum nomina infirma & inepta de caussa fuisse imposita diffire. buntur. Hoc etiam priscis contigisse nullus dubito. In mundi administratione, quam Deus sapientissimè moderatur, multa situit enormia, monstross quidam partus & rerum productiones oriuntur, qvæ præter justam & regulærem formam & dispensationem, & ordinarum natura cursum accidunt: sic licet homines vocabula plurima rebus imposuerint non fine certo & optimo confilio, & ratione satis conspicuá: quadatn tamen nomina inveniri indubium est rebussuis minus convenientia, sed aut levi, autinopia, forsan & absurdæ caussæ alicui ortum debentia, & errore quôdam humanô in usum protracta. Ferunt Romanos (scribit Gvil. Godel. annot. in Livium) per Thusciam euntes Latine quasisse ab A gellinis urbis corum nomen; cum verò Agellini, utpote Graci, & quid verba Romani illud percontantis vellent, nescientes, illum salutarent voce usitatâ xaise: statim Romani (detrattà espiratione) no-

lingva è vernaculeis verbeis: O multa verba alind nunc ostendunt', aliud ante significabant, ut Hostis: nam'tum et verbo dicebant peregrinum, qui sueis legibus un resur : nunc dicunt eum quem tum dicebant perducilem.

men Cære urbi dicuntur imposuisse. Apud Londinenses Porta vulgò dicta Algate vetultaris denti-bus corrosa non multis abhinc annis subruta est; & nova eo ipso in loco porta splendidè constructa est: que jam quoque (quoniam multitudini ita placet) dicitur Algate, hocest. Oldgate, vetus porta: cum tamen nova porta sit, & hôc nomine verius infignienda. Prolemaus apud Pausan. in Attic. dictus Philometor est, quia gravissimum matris sue odium expertus est: Vide & Athen. lib. 11. Antiochus verd, nomine Epiphamis gloriahundus, universe posteritati plurimus opprobriu, & ignominia nunquam abolenda pro suo merito inmotuit 1 Macc. 1. 11. His neutiquam opus est plura annectere. In vocabula hujusmodi si incidamus, nihil aliud restar, qu'am ur quomodo-cumque imposira & diurrecepta tacito consensu probemus, & usunqvotidiano teramus. Nam loquendum, ut vulgue; & vocabulu utendum præ-sentibus. Reliquarum fero omnium vocum origines exqvirere nihil est quod distidamus; etsi priorum quorumdam seculorum scriptores sugerint, aut ab illis in manus nobis non fuerint traditæ. Recte Jul. Scaligere de Cauf ling. Lat dib TII. C. LXVIII. p. 148. edit. Commelin. M. DC-XXIII. in St. In quadam principia nobis deveniendum est, in goibus necesse est sistere intellectum: id & ex rebus patet naturalibas ubi nullum est insinitum, & in vocibus ipsis secconstabit Amazitudo ducetur ab amaro, amarum a mari. Mare unde derivabitur? ch Ebrea (Marab). Vox hac Ebraa aliarum caussa est, ipsus unlla prior von caussa est. :Desudatera nonnihil in abltrutioribus vocum fuarum originibus expiscandis; in qvibusdam verò yocibus felicem posuerunt operam; in aliis à vera meta lon-

longè aberrârunt: qvia Græci Ebræis suas origines inviderunt; & Latini è Latina lingva voces suas plerasque eruere sunt conati. Male Platoni est noon voluptas, interposito d, ab non, quia ab illa dimanat "mois, aliqvid scil. qvod juvat & prodest; & in @ vinum ab in &, qvod facit qvempiam opinari, qvod non est verum; & 100 annus ab irula examino, quia tempus cuncta probar. Cum verius ideni derivetur à you voluptas, & in a in vinum, & i. o à my tempus, qvorum significationem vel ipsissimam, vel cognatam, & quantum necesse est, Scripturam obtinent. Haud recte autem Larini qvidain flexerunt (fun) à furvo, quod nocte fures prædentur; & dixerunt, quod frater sit, quasi ferè alter, & ager ab agendo in eo aliqvid: cum genuinè deducatur fur à pae, frater à Dearne, ager ab avege, quorum etiam fortiuntur lignificationem. Fabiusigitur Instit. Orator. lib. 1. c. x. merito ejusmodi originationes jugular, & M. Varro lib. 1. † de Ling. Lat. Alium virum eruditum reprehendit; qvod quorumdam vocabulorum, que a Gracis Latini acceperant, perinde atque essent propria Latinorum, falsas reddidit caussas. Ipse tamen Varro sui temporis consvetudine abreptus, jure est culpandus, quòd (ut air Scaliger lib. 1. c. xxvIII. * omnia) certè nimis multa Latina è Latinis eruerit. Certissimum est tùm Gracos. tùm Latinos honori fingvæ suæ nimium litasse.

† In Fragment. apud Gell. lib. 1. c. xvIII. qvi non adducit libr. 1. Varron. de LL. sed lib. xIV. Humanarum. In edit. Durdrecht. ann. 1619. p. 3. Fragmentor editor conlocavit sub lib. 1. side, ut p. 4. habet, Ausonii Popmæ. Ludov. Carrio in notis ad Gellium notavit, in libri hujus nomenolatura & numero vehementer juter se dissente membranas & libros vulgatos.

^{*} m. c. xxix. p. 69.

ur ex Platonis Cratylo, & Varronis & Hodorf Epise. Hispalensis & aliorum libris hac de re abunde latis liquet. Est tamen Platonis ingenuitas laudanda, qvia faretur. 1. qvasdam otymologias nimia vetustate obtritas; 2. qvasdam voces origine esse barbaras; 3. quadam vocabula à Deo shuc enim ait fe', ut Tragædi, in re ardua confugere) rite imposita affirmat, sed caussam impovendi hominibus esse ignotam: & cum multas protulisset, de quibus quispiam merito dubitaret, Etymologias; sou (inqvit) de lo xueso alune, de elenza, mibil, qued beic dixi pro vero certoque sum afferturus. Et Varro veniz locum facilius inveniet, qvia alicubi ex vocabulis usu Latinis fatetur de Ling. Lat. lib. Iv. quadam esse verè Latina, quadam aliunde sumpta, quedam oblivione ferè exstincta : & cum ingenud hic este animô arbitror, ut alibi, in fragm, cum dixit. Heic quid putem, non quid contendam pono. Fuir enim Romanorum doctiffimus: ideirco & ingeniô minime obfirmatô: qvippe est illudigne. rantiæ ingenitum & proprium Si videns meliora probansque deteriora sit secutus, si legem in vocum originibus perscrutandis tenendam bene same xerit, & vitiô sui temporis abreptus in omnibus non observarit : hunc ei lapsum condonabimus. Qvia facilius est leges ponere, quam semper & in omnibus actionibus tenere.

^{*} Cadmum] Vide Ger. Jo. Voss. 1. Art. Gramm.c. x. p. 45. f. Henr. Vales. not. in Philippi Jacobi Maussaci notas in Harpocr. p. 253. s.

6

artes Agptias à Tyrin, è Phenicia profestis, fuise traditas; Diogenes Laertius Ibaletem Phenicem, in ejus vita, c. xxiv, anima immertalicatems Gracas dasvisse; Lucianus contxa Philosophos jocosè, sed verè & audacter Judaicis Apostolorum seu Christianis argumentis militans, arque ideo sub nomine Parrhesiada filis Alethionis, ait se Syrum esse: & Syrus reverâ sut: & dissimulavittan-tum, unde illa deprompsit arma. Varro de Ling. Lat. lib. 1v. & lib. v11. ait vocem (camelus) qva Ebræam agnoscit originem, è Syriacis sinibus esse prognatam; & literarum Gracarum nomina à Baybaris' esse mutuata; Isocrates in Panathen. multarum rerum inventores perhibet Barbaros. Qvid plura? non lac lachi similius, qu'am hæ fraudes Græcorum inter se. Omnes congruunt, unum nori, omnes cognôris. Hinc verò facile est cernere, qvam invitô animô, qvidqvam Ebræis & veri Dei cultoribus acceptum referant. Cur verò istud? vetuit nimirum Deus Ebraos consvetudinem cum Gensibus babere, & Ethnicos ritus & mores imitari, & Christianos sanctas res cambus proponere : inde Gentes & profani odio omni dignissimos putarunt Ebrzos & veri Dei cultores, & siquem veritatis radium splendore ejus victa conspexerunt, verum ejus autorem Deum & Dei populum rarò agnoverunt. At jam Astraa virgo, qua terras olim reliquit, rediit; & omnia ad Justicia lancem vult ponderari, & jussuum ouique tribui. Siqvidem industria pracedentis & hujus atatis nebulas illas, qvæ sacras lingvastobumbrarant, dispulit; & vocabulorum geinmas, que in ruderibus variarum lingvarum diu jacuerant deturpatas, exqvirere, & veris Dominis adjudicare studuit. Voces quadam solent (ait Varro de Ling. Lat. lib. VI.) radices extra fines suos porrigere; ut sape arbor

64 TH HAYNE DE LINGVIS

bor in agri limite posita , inter vicini segetes faeit surculos exsurgere. Hoc liquido paret, quia cernimus Latinarum vocum semina sese in linguas Italicam, Gallicam, Hispanicam, &c. sparsisse: & certum est Græcam lingvam longe maximam totius orbis partem suarum dictionum copia ditasse: & Ebrææ lingvæ autoritatem & majestatem cum grandi vocum suarum exercitu vicinorum lingvis. & non parca manu remotiorum populorum sermoni sese ingestisse Graca lingva (inqvit G. Postellus, Tract. de Ebraistin antiq.) præter multa vocabula & disciplinarum omnium originem, etiam non paucas locutiones, ac loquendi tropos ab Ebreis habet. In Graca lingua adbuc (ait Ch. Becman. in Manuduct. ad ling. Lat.) fatis lucida Ebraici sunt sermonis indicia. Antiquissima Gracorum vocabula (ut H. Casaubonus lib. 1. de Satyr. c. 11. p. 45. edit. opt. Lugdun. Bar c13 rocxc1x.) funt originis Ebraica. Qvod verò Latini Gracis utebantur vocabulis, minus mirandum, qvia Itala secundum Ovid. lib. Iv. Fast. v. 64. tellus --- Gracia major erat : & plures auctore Dion. Halic. lib. 1. urbes Italica Spartano & Arcadico genere erant prognatæ: Et, ut Scaliger air, lib de Plantis. Romæ nomen Graca vox est, sicut etiam universa pene lingva Romana. Huc taciunt multa, qva afterunt Megiterus, Qvinctilianus, Varro & alii complures. Qvod si autem multas voces debeat Graca Lingva Ebrææ; Latina Græcæ; & Anglica, Gallica, Germanica & cetera Europea Lingva longè plures dictiones è Lano sumpserunt, necesse habent traduces hæ omnes Ebræam Lingvam matrem suam antiqvissimam & dignissimam agnoscere. Er merito judicandum est, Casparum Wa-serum in comment. ad Mithrid. Gesneri, rectissime existimasse Lingvam Gracam, Latinam, Gothithicam, Germanicam, Hispanicam, Gallicam, Anglicam, Ruthenicam, Sarmaticam, Vandalicam multa vocabula ab Ebræa lingva sumpsisse. Sed qvid plures autoritates opus est congerere? Urnemo qvôdam lingvæ Ebrææ præjudicio, qvod heic adstruo, aut reprehendat, aut insicias eat;

in rem præsentem vensamus.

Qvi lingvarum harmoniam indagârunt, hoc nobis ob oculos ita posuerunt, ut lippus & luscus sit, cui scripta eorum legenti hoc non sit persvassistimum. Joh. Camerarius Episcopus Wormaciensis & Rudolphus Agricola aliquot millia dictionum Gracarum (testante Th. Bibliandro lib. de ration. ling.) in linguam Germanicam i investas annotárunt. Sigismundus Gelenius Bohemus lexicon Symphonicum

† Unde fit ortum Germanicz Lingvæ cum Græca commercium? quærit Qvæst. x1. in Taciti German. Oprimus Berneggerus noster, & respondet sequentibus verbis: Vir de litteris, pracipue Gracis, optimemeritus, Henricus. Stephanus, Gallice tractatum in lucem emist, de lingva Graca cum Gallica conformitate, Si qui id opera laborifque sumere vellet, posset utique multô grandius de Germanica Graceque lingva cognatione volumen conficere. Non enim phrasin solum utriusque convenire : verum etiam vocabula Graca esse plurima, qua in Germanica lingua quasi coloniam traducta", nostra sunt facta, ignorare nemo potest, nisi qui lingvam utramqve simul ignorat. Ii certe qvi lingvas docendi rationem exactiorem profitentur, hâc ipsâ caussâmoti; Gracos autores non Latine, quod fit vulgo, sed Germanice pueru interpretandos existimant. Ne res exemplu, ego side careamus, videsis è solo Thucydide phrases quasdam Graco-Germanicas au nui sea, mit dem Tag, h. e. mane. aine ต่าร' ต่าชื่อดูง มบอิตัง: Mann gegen Mann auffgelöft. ส เมส ใจร ตบรอร: selb fünfft (qvomodo Galli, lui cinqviesme) βegχυς γνώμη: ein kurtzer, hoc cft, weniger Verstand. ω

66 TH. HAYNE DE LINGVIS

cum, impress. Basil 1537. edidit, in qvo vocabulorum Latinorum, Germanicorum, Slavonicorum

சீ தயிர்த்: er war deff Raths. வ் வே சீ சுறிக்கத் die auff der Statt (Gall. ceux de la ville) es resausoit, in die dressig, id est, circiter. Desvà imoiso : sie haben greulich gethan. ci τέτω: in diesem , h.e. intered , ανωλήφο εαυδο 2 vers: hat fich von der Kranckheit erholt. E Sear fuer: ist auff die schau gangen. imi woodbuale, wie im' A' Onrac id: unter dem Namen, als gieng er gen Athen. Et quid multis opus ? paucas è syntaxi Graca regulas à Latinu diversas invenire eff , que Germanica lingue non posint exemplis illustrari. Exipforum autem vocabulorum infimto nume-70 hac pairea sunto, alphabetico ordine disposita. Ab, est Gracorum Die: indeque compositum, Darrei Den, abstreiffen , Acht , oxla, & alia numerorum nomina. Aechter (proscriptus) ix beos. Almosen, idenporum. All, à que non abludit Belgicum heul aut heel, &A . Amelmeel, anunos (quod genus farina, ex amylum corruptisime alibi Umerdinn vocant) An, ava: & composita, Anfallen, aναθάλλει : anhaffren, ανάωθου. Angel, αγκύλιο. Arest, aperov. Arg, 2, vos. Art, apero. Athem, adua, vel atus. Auther vel Euter, (mamma beluarum proprie) Lone. Ax, agira. Bdan (Auftriaca dictio,) Bolen. Bertram, wues-Beer, O infinita herbarum, ut O fructuum animaliumque nomina alia. Bei , iwi. Bischoff , iwionow . Blat, willλου. Bret, πέτευρου, utrumqve per syncopen & methatesin. Bosch, βοσιού. Braut, πεωτυ. Brautigam, πεωθυαμώ. Brot , Cewer. Butter, Bervege. Buttin, wilden. Burd, dog-76. Büchs, mugic. Burg, mueyo. Chrisem, xeirua. Clyftier, & corrupie Criftier, xhuene. Danen, remen. Darren, (audere, Dörffen,) Sappeiv. Dailgen (Auft. di-Etio) De Ayeir. Daus, duas, per methatefin. Dann, em eeder, rejectis prioribus syllabis. Difch , dien. Dratzen . domoser. Dütt, 4700g. Düncken, doner. Eben, enimeder. Edel, a'édai. Eigen, oixe , x. in g. ut alias sape. Elend, ile. Entzengel , be xalivel . Erd , ieg. Elfen, i dies. Fallen.

rum cum Gracis concentum ostendit. Casp. Rothius, in Lampad. Orthog. fine, impres. Lips. 1615.

Fallen, Banea, vel opania. Faul, pavaG. Ferrn, πορρω, p. litera in cognatam f. versa: qvod fit etiam in Fust. หลัง: O Für, เอ: ejufqve composito, Fürfust, เอย สมร: O Fürstan, adisaray: unde Fürst, worans: O Feur, wue: & Fladen , πλαιδς: & Fort feu furt , woe @ : ceterisque. Fressen, Bewoner. Freud, copegouin. Garbe, κάς Φη. Gab, άγαση. Genug, iκανός. Gemahl, γαμήλι . Gembs, καμάς. Gelachen, γελάν. Gern, χάρεν. Gemach, elenua. Gew, yea. Gillen, xura. Glantz, αίγλα. Griffel, γομφείον. Gran, γίομο . Gumpen, xonwide. Hafften, awler. Hemat, inahor. Hell, ab nλι . Hehr (Sanctue. ut ψαλ. cx1. v. 9.) iepgs. Huften, aoθμα. Jagen, aydı, aspiratione accedente. Jahr, ab έας, à quo incipet annus. Jamer, ausein. Impffen, en pureud. Kemen, nouss. Keck, à ninus. Kritzen, neich. Knetten, zvárldr. Kirch, zvezazi. Kittel, zilar. Klang, κλαίγη. Knie, κτήμη. Knapp, γιαφεύς. Kören, κοεείν. Kranck, azegsfyns. Kröff, zegaris. Küffen, zuray. Küriff, à zoevs. Krimmig, (ut krimmig kalt) à zevu. b. e. gelu. Laichen , Ar zandr. Lauffen , i daurdr. der Lest , λοίω . Ligen , λύγφ. Lecken , λείχφ. Löfflen , Φιλείν, per metathesin. Luge, λόγοι. Malen, à μολιών. Mesten, μιτών. Meid. δμαή. Melcken, αμέλχον. Mischen, μίσγάν. Mit, μ. Mögen, μογείν. Mord, μός . Mühle, μύλη. Muth, Sunas, per metathef. Munck, μογος. New, vi . Nider, veia / . Nun, viv. Nest, veocria. Oder, ale. Palck, manani. Pfoten, (bestiarum pedes propriè) πόδες. Pfingston, πενηπιος η. Pfeil, βέλ@, aut πίλ@. Pfaulen, onown. Praten, agnetiv. Raft, pasain. Reisen, phoson. Rinnen, peir. Rock, pand. Sarck prior pars ex ι σαρχοφάγ . Schenck , ξένιον. Schlipfferig , γλιχερς, per metathesin. Schillen, oidairde. Schlemmen, darune, s afpir. addita. Schmücken, σμήχψ. Schädlich, χέτλι ... Schelm, (cadaver aridum & projectițium) onidelor. Sen-

É 2

Godale

68 TH. HAYNE DE LINGVIS

1615. è scriptis Scaligerorum, Lambini, Gifanii, &c. multas dictiones protulit è Græcis petiras.

gen, alandr. Sinnen, runieray. Stul, sul . Stern, asegr. Strang, segelγάλη. Störrisch, seppes. Stumm, αseμ. Sund, σίν . Thier, θης. Thure, θτος. Trumm, Bevuus. Uber, weig. Werck, egyor, adjecta afpirat. quod fit etiam in Weichen, end. Oc. Porro unde nata sit hac utriusque lingua conformitas & cognatio, magna sententiarum discrepantia est. Ac sunt initio non contemnendi autores, qui Druides Gallorum facerdotes, à Tiberio Cafare Gallià ejectos, in Germaniam commigrasse, & nostri majoribus religionem interpretatos fuisse scribunt: à qvibus numi Wurtzburgenses Drudensuss, & Nortwegiaurbs Drudheim no-men habent. Cum autem bis Graca lingva in usu fuerit, autore Julio Casare lib. VI. commentar. belli Gall. nostrates quadam Graca vocabula ab his mutuatos, est verisimile. Deinde sunt alii, qui Graca cum Germanica cognationem in-. de natam arbitrantur, quod Milesit, Gracia Asiatica populi, sedes suas Germanis conjunxerunt: ad Getas, & pracipue in urbem Tomitanam, coloniam deduxerunt. Quod testatur Ovidius, lib. 111. Trift, Eleg. Ix. 1. f.

Hic quoque sunt igitur Grajæ (quiscrederet?) urbes

Inter inhumanæ nomina barbariæ.

Huc quoque Miletô missi venêre coloni:

Înqve Getis Grajas constituêre domos.

Unde mixtam Gracorum lingvam Getica seu Germanica (nam: Getas, Germanos fuisse, Irenicus c. xxvIII. lib. I. Exeyes. Germ. consirmat) idem, lib. v. Trist. El. VII. II. autor est:

Mixta sit hæc quamvis inter Græcosque Getasque:

A malè pacatis plus trahit ora Getis.

Alia pratereà caussam referent in navigationem, Phocensium in Gallias Celticamque: alii innavigationem Doriensium Paonisque in Illyricis trastum: alii in reditum Galatarum dustore Pathanatio ad Istrum: alii in Brenni sociorumque irruptionem in Graciam: alii alias caussas adducunt: de quibus pron

tas. Christianus Nirmutan, Dictionar. Harmon. Francos. impress. 1630 librôsatis amplô harmoniam lingvæ Græcæ * cum Latina, ut & cum Gallica & Italica complexus est. Gulielm. Postellus

lixè W. Lazius, lib. 11. de migrationibus gentium. Videntur autem illa in speciem discrepantes sententia, inter se reverà non pugnare: sed omnes juxta vera esse possunt. Nam in genere hoc certum est, ex migrationibus & commixtionibus gentium, illam quoque linguarum commixtionem ortam. Sanè Gracos colonos in Germania olim alicubi consedisse non mirabitur, qui cogitabit, patrum memorià, in Caroli V. exercitu, Gracos Equites Epirotas in Belgico militasse. Hac Berneggerus. At & Josias Simlerus in Vita Conradi Gesneri scribit, ipsum illum Gesnerum meditari cæpise origines Germanicorum vocabulorum ex Hebraa,

Græca, & Latina Lingva

* Vide hic omnino Dan. Vechneri Aurimontani Hellenolexiam, lib. 1.c. 1.& 11. uti & Præfation. Optimi Berneggeri ei præmissam. Utor ea Lipsiæ edita M. DC. LXXX. in 8t. illa enim prioribus editionibus est auctior, & ratione auctorum laudatorum maxima ex parte accuratior. De Latini sermonis origine, inqvit Cathar. Dulcis in Scholis Italicis, p. 7. etsi non satis liquet, neque facile ausim adfirmare ex Graco fluxisse: mutuatum tamen esse unumera vocabula à Gracis, adfeitis etiam vicinarum gentium multis vocibus constat. Et Turneb. lib. xxiv. Adversar. c. xxvIII. p. m. 509. al. 820. Latini Gracanicum sermonem ore Romano amulari gaudebant. Confer cumdem lib. xv111.c.111. Francicam hodiernam Lingvam ottum Grzcz suum debere contendit Joach. Perionius & Henr. Stephani; de Hispanica id adfirmant Matutius in Prosapia Christi, Ætat. Mundi 11. c. 1v. §. 5. & Bern. Aldretus, lib. 111. de Orig. Castell. c. 1. de Italica Monosinius; de Anglica Steph. Skynnerus; qvi & verborum Caralogos subinde contexuêre, quæ profluxisse volunt è Græcia.

stellus breviter quasdam voces Gracas, Latinas, Gallicas, Arabicas, Indicas, ex Ebræo idiomate prognatas perstrinxit. Joh. Avenarius in Lexic. copiosissime Gracas & Latinas voces ex fonte E-braico promanantes, in qualibet radice Ebraa ex-plicanda congessit. Estien Guichardus in Harm. Etymol. Lingvar Paris edit. 1610. ex Ebraicis vocabulis multas eruit Latinas & Gallicas. Georg. Cruciger in Harm. quatuor linguar Francof. imprefl. 1616. quatuor lingvarum Ebraa, Graca Latinæ & Germanicæ Harmoniam copiosissimam & plenissimam concinnavit, & dextrè in tabulis perpetuis digessit. Qvibus liceat addere Gulielmum Lamplugh Anglum, langvarum scientia optimè instructum: qui vocabulà Graca, Latina, Anglica studiosissime & diligentissime collegit, & Ebraicis vocibus in Epitome Lexici Buxtorfiani adaptavit. Hic annum 49. agens, & longiore vità dignus obiit annô Dom. 1616. & mihi amoris in me sui urquéourer, suum hoc opus multis vigiliis exantlatum, nondum tamen omnibus nu-meris (qvod ipse fatebatur) absolutum reliqvit. Ne verò in privato aliquo lare deliteret tam egregius conatus & indefessum tot annorum studium in Nobilissima Bibliotheca Bodleiana apud Oxonienses, à Viro reverenaissimo Gulielm. Archiepiscopo Cantuariensi amplissimo, & Cancellario Oxoniensi honoratissimo sedem habet sibi destinatam. Sunt & alia virorum literatorum & de lingvis optimè meritorum opera, qvæ multa habent ad Harmo-niam lingvarum adornandam profutura. Qvalia funt Lexica Val. Schindleri, Fer. Megiseri, & Matth. Martinii: His accensenda sunt opera Christoph. Crinesii de confusione lingvarum, & Christop. Besoldi de natura populorum, & lingvarum ortu & immutatione; nec non que conscripsere Gulielmus Schick

Schickhardus, Rich. Verstegan, Andr. Helvigius, 70. Minshew, † & alii haud pauci Qvibus addendi funt Henr. Stephan, Perionius, Vandermylius, In hac arena labores impenderunt tor viri eruditifsimi & variarum lingvarum notitia conspicui, ut manifestum sit, quantum lingvæ Europææ idiomati tùm Graco tùm Ebrao debeant, & qvam multis in vocibus Graca etiam Ebraa respondeat. En admirandam & summa gratulatione deprædicandam Dei providentiam in sacris lingvis orbi communicandis: qvarum scientiam Judei Christianis inviderunt, & veternosis ut Reuchlin. lib. de accentibus edit. an. 1518. loqvitur) & ridiculi Sophista tanqvàm Romana pietati alienam criminati sunt: cùm Joh Reuchlinus primus omnium rudimenta Ebraica lingva Latine confecit annô 1518. & Budeue, Erasmus, & alii viri illustres ad Græcæ lingvæ. amorem & honorem in occidentalibus his mundi partibus animos eruditorum accenderunt. Nos verò pro summa Dei in nos bonitate cernimus radices (qvod & de primis Gaze, Chalcondyle, Argyropyli, &c. conatibus in lin-

† Joh. Henr. Höttingerus, Schottelius, Auctor Anonymus Laurez Lingvæ Germanicæ, Opitius in Aristarcho, Henischius in German. Lingva & sapientia, Speidelius in notabilib. D. Balthas. Scheidius in Diatribis Philologicis, continentibus enodationem qvorumdam vocabulotum Germanicor. in vulgus minus notorum, qvibus B. D. Lutherus in sua versione Bibliorum usus est, per seriem Alphabeticam digestorum, institutam cùm ex ipsa Lingvæ Germanicæ origine & indole, tùm ex Hebraico Græcoqve Textu, & consatione variarum Germanicar. translationum Argentor. M. DC. LXVI. in 4to.

72 TH. HAYNE DE LINGVIS

lingva Græca promovenda verissimum est) non modo in surculos; sed & in proceras alnos, lucos & filvas (qvod & ipse Reuchlinus in eodem lib. prædizit annis abbinc 120.) pullulasse. Ex illisolim initiis, ex laudatissimo in hunc usqve diem progressu suurum speramus, ut copiosior indies sacrarum lingvarum prodeat notitia; & sacrarum lingvarum cum lingvis Europæis Harmonia evadat multo instructior.

OCTAVA POSITIO.

It jam disquiratur qua ratione vocabula Ebræa in lingvis variarum nationum dignoscantur, ponimus octavo in loco. Voces Ebrææ in lingvas ceteras admissa variam subeunt mutationem, & pro varso ceterarum lingvarum ingenio variè interpolantur. Siquidem ut arborum surculi & animalium foetus in terras peregrinas & longinqvas asportati, sensim & paulatim à primæva matrum suarum natura dessectunt: sic & voces Ebrææ originis in alias lingvas receptæ sensim genuinam & pristinam sum faciem exuunt. Ita tamen ut nec species animalium & arborum depereat, aut originis ipsius forma, & vis pristina vocabulorum prorsus intereat.

Primo igitur in aliis lingvis fines & terminationes vocabulorum à terminationibus Ebraicis sapissime declinant. ut, "Dy E'Egas, Ebraus, Hebrew, Ebraus, metallum mettle, prassas, cornu, horn. metallum mettle. Pliab. Nec est quod qvisquam in his & similibus hæsitet: si dictionum Latinarum à Græcis petitarum variationem in earum sinibus trutinarit. Qvomodo autem voces Græcæ, finibus variatis, in lingvam Latinam, & voces

voces Latinæ in Gallicam & Italicam lingvam transièrint, ostendit Christianus Nirmutan, & regulas generales hac de re multas concinnavit.

Secundò, vocalis qualibet vocabulorum, Ebraorum vel Gracorum, qua in aliam transeunr lingvam, in quamlibet aliam vocalem in his vel illis dictionibus immutatur. Hoc ex continua serie vocum in harmonicis lexicis ita manifestum

est, ut exempla addere minime opus sit.

· Tertiò, Si mutatio consonantium ejusdem naturæ & organi in una endemqve lingva sit frequens & usitata, non potest non usu venire, ut consonantes ejusdem naturæ & organi in variis lingvis subinde mutentur. Qvalis verò sit hæc mutatio in eadem lingva, non est obscurum. Nam liqvidæ pro sua inter se cognatione mutuum præstant officium; tenues pro mediis vel aspiraris & contra; aspiratæ pro mediis & contra ponuntur; resolvuntur duplices in simplices, simplices in duplices transeunt : ut in his cernere licet exemplis. Imprimo, illocabilis, corripio, dux ducis, rex regis, fingo finxi fictum; & in his zuala, zuda, zéτυθα, τεθύφθαι, λέγω, λέξω, λέλεχα, λελέχθαι; έσω, ibdou. Eadem plane ratione in lingva Ebræa. אם אם ab/condere מכח & חפה veftem induere, סכר & סנר claudere, immutant literas quasdam eadem manente significatione. Si hæ literarum mutationes in una eademque lingva contingant similes etiam, ubi vox Ebræa, Græca, vel alterius lingvæ in aliammigrat, fieri mutationes est verisimillimum. In his igitur vocibus diversarum lingvarum manifeltiffima est originatio. במל אמעמא במל, camelus, a Camell, αctit (perfectio) μεγάλη, much, micle; שש, וֹבָ, sex, fix; נורן granum, granarium, grain, corn, garner; pegiruz, frater, brother, Bruder; hujulmodi infinita suppeditant Lexica E 5

harmonica. De literarum inter se commutatione copiosè tractarunt Theodorus Beza & Julius Scaliger † & alii non pauci viri eruditi. Nec est quod quisquam hanc literarum commutationem miretur: cum (ut Beza lib. de Pronunt. L. Gr. ait.) nulla pene sit litera, qua in aliam non mutetur. Scilicet idem heic vocabulis, quod vino contigit in alterum vel tertium vas transfusum; scil.ut aliquid genuini & pristini saporis deperdant.

Qvartò, multiplex & varia est commutatio spirituum & literarum in qvibus est asperior & distriction pronuntiatio: immo hæ literæ sæpe, vocabulò in aliam lingvam transeunte, prossus abjiciuntur. ut in τηπ, ενα, Ενα, Ενα, Ενα μαγι Ε΄- Εσοςώ, Ε΄- Εδραμε, νεί Ηεβναμε, an Ebrew; Ε΄- Την Ε΄- Εσοςώ, Ε΄- Ενα η Πυτο Μεσείας, Μεσείας, βαιοδιας, Ι΄- Αιοδιας, Γαιτίσια albus) σάνχας, βαιοδιας, βαιοδιας, γης τους, μας εξενω, μας τους, μας τους, μας εξενω, μας εξενω, μας τους, μας τους εμεθές, νουπίτως, τωτες, μαρετ, Ονετ.

Qvinto, Prosthesis Apharesis, Epenthesis, syncope, paragoge, Apocope, metathesis (ut in variis cujusvis lingvæ dictionibus, ita & multo magis) in vocabulis ex alia in aliam lingvam migrantibus locum habent. Prosthesis ut à was appropriaquait sit is prope: à mon denotante aliquid siniri & consummari sit εθιμφ perfectus, Paratus; ab iωίς, vesci; Sic Aphæresis, ut à τοι της είν, à πλατύς, latus; à σελήνη Luna; ab ἀναθός, good. Sic Epenthesis, ut à τω Σαρία; ab είνρφ vel άχω alter. Syncope ut à pour sit, l'ouax, Isaac; à λάκκ lacus à lake; à κάθοδος a chaire; à πλατώς lacus à lake; à κάθοδος a chaire; à πλατώς lacus à lake; à κάθοδος a chaire; à πλατως lacus à lake; à κάθοδος a chaire; à πλατως lacus à lake; à κάθοδος a chaire; à πλατως lacus à lake; à κάθοδος a chaire; à πλατως lacus à lac

† Ger. Jo. Vossius in peculiari Tractatu Etymologico Lingvæ Latinæ ejus præsixo. a Jewesse. Nihil verò est paragoge & Apocope ustatius in finibus propriis cujusque lingua addendis, & Ebraicis sinibus ratò, Gracis frequentiùs detrahendis. Metathesis verò nonhunquam occurrit: ut à υρο poposcit, venatus est, siunt posco, piscor, to sish; à του clausit, sit carcer; à γλύφω, sculpo; à νέεν, tener, tender; à νεῦκορ, πετυμε; à μοεφύω, formo; à φαιλόνη, panula.

Sextò, Observanda est Litera () vel (), qvam sux cujusdam potestatis literam esse perhibent Grammatici, & qvam Lucianus introducit à (7) in crimen meritò vocatam, qvia potestatis suæ limites qvô jure, qvave injurià nimis latè extendit, & non literam (1) folummodò, sed & alias literas sua statione deturbat, & earum locum fortitur ut ab wow fit ou frequentius qu'am 2υ; pelion fit refina, Rolin; έίχο fit enfis; χείρμείος fit Surgeon , Honor fit Honos. Est etiam , ubi qvædam literæ par pari reserant, & lege Talionis literam (f) locô suô pellant. ut שלש tres Chaldaice fit πλη, ωω fex fit πω, για terra fit για. Sic πράσω fit Attice πράτω, σύμβολοι fit ξύμβολοι. Idem observare licet in his vocibus; oculi ab d'ore, turris à rieris, medius à miro, pix à niora, tu thou à ou, te thee à oe, &c.

Septimo, Aliqvando fit commutatio alicujus literæ in aliam, cujus non est manifesta cognatio: ut in his, όδυσευν Ulysses, δάκευμα lacryma, δίς bis. δίπεις bipes, άμιος agnus, πίτυς pinus, βέλγερω better, βροχώς brevis breif, ζυδός jugum a yoake. Nam in his vocibus inter literas commutatas nulla aut parva admodum est affinitas. Sunt & vocum miræ quædam contractiones observander, ut cum ab ίλεημοτώνη fiat Almes; à κυστακή Church, Kirk; ab είχελυς angvilla Eele; ab άλωπης Vulpes, fine abjecto; & Fox, tribus prioribus

76 TH. HAYNE'DE LINGVIS

bus literis abscissis ab Avunculus Unkle finetantum servatô. Plura hujus generis licet reperire; at rariora sunt; atque ideireo aut non omnino, aut non temere in exempla a nobis trahenda. Qvare nisi vocum significatio, maxima ceterarum literarum convenientia, & eruditorum plurium suffragia pro nobis faciant, ita ut originatio nulli ingenuo censori sir deneganda, nihil debemus in hoc genere tentare. Ultimo (qvoniam heic re-gularum spicilegium, non messem asserre est animus) lingvæ ceteræ aliqvando non ipsius thematis Ebræi, aut Graci, aut Latini, sed alicujus casus seu vocis derivatæ à themate ipso formam ductúmque imitantur, ut μωκάω to mocke, & pondio (accuso) propiùs accedunt ad mono participium, qvam ad radicem רביי (increpare.) Hospes & Hospitium propius ad הושיב (habitare fecit) qvàm ad ישב (habitavit;) placenta ad πλακδν & accusativum, quam ad manoeis (ejus) nominativum; gusto ad γίωσα propiùs, quam ad seuw; claudo ad κλειδε propiùs quam ad κλείω vel κλείς unus one, propius ad seus genitivum, quam ad sis. Sic Anglice part & fountain, propiùs ad partis & fontis, qu'am ad pars & fons; oppresse, suppresse, ex-presse propius ad supinum pressu, qu'am ad premo; a ioynt, ad supinum junctu, qvam ad jungo; a flowre, propius ad floris quam ad flos; foot, feet propiùs ad mosos & pedes, quam ad mis & pes. Nolo hac de re plura : aut plures regulas accumulare. Joh. Avenarius, in Lexic. Ebr. Chr. Becman, in manuduct, & Georg Cruciger, in Prolegom. Harmon. longè plures tradidere; & satis copiosa exemplorum supellectili eas sirmarunt : ut minus opus sit Lectorem heic diutius retinere. Si eorum labores sagaciùs inter se conferantur, satis scio vauca admodum futura; quæ deudesiderer quispiam. Cui orium est & animus plura disquirendi, is eorum præfationes, quæ ad opera eorum viam præparant, sedulo evolvat.

NONA POSLTIO.

At inqviet qvispiam, cui bono?qvænam utili-tas ex harmonia ista magno eruditorum sudore & temporis impendiô eruta exsurget ? ut huic quasito respondeam, nona sit Positio: Non exiguum fructum studiosa juventuti & reip. litera-ria ex harmonicis his lexicis redundaturum. Primò, Lexica hac multum faciunt ad Lingva Ebraz cognitionem promovendam: ad cujus cognitionem qvi afpirant, 1. lingvam tenent, qva Deus & Patriarcha loquuti funt, qui Sancti Prophera: facra oracula conscripseruut, atque ideo antiqvisfimam, fapientissimam, facratissimam, dignissimam. 2. Certius & fine erroris metti verzan. tiqvitatis vestigia in sacris codicibus & sacra lingva intuentur. 3. Energiam & Emphases sacri: textus fideliùs percipium, & penitiùs intelligunt. 4. Ex fontibus ipsissimis dulcius & purius veritatem bibunt, non è rivulis interpretum forsan limosis aut turbatis sæpiusculè, & suis oculis (us Regina Shebæ Solomonis fapientiam in regni administratione, & Religionis gloria) non ab aliorum ore divina Spiritus Sancti hauriunt dictamina. 5. Faciliorem aditum habent ad dubia gvæqve solvenda, ad falsa sectariorum glossemata subru-enda, & adversarios veritatis resutandos. 6. Manifestius & liqvidius Ebraismos Nov. Testamenti intelligunt. 7. Inveniunt concordantias Ebraas Græcis, & Latinis multò certiores & utiliores. 8. A' diaplogia integritatem sacrorum codicum fa-

Digitized by GOOGLE

78 TH. HAYNE DE LINGVIS

cilius addiscunt. 9. Vident quantam cladem orbi invexit lingua Ebraa & Graca per annos complures amissio, quantam lucem asserat ejus restitutio. 10. Vident sine priscarum linguarum (inter quas primatum obtinet Ebraa) cognitione nec verborum nec rerum (quod ait Guilielmus Postellus, lib. de ling. orig.) constare rationem. 11. Vident (ut idem ait Postellus) originem nationum tradere, aut reste intelligere non posse eruditos, qui linguam Ebraam prorsus nesciunt. 12. Viam patesactam cerunat, qua Judei lingua, ut nos Gentes nostris, ad lucem Euangelii & sidem fesu Christi (quod maxime optandum & valde probabile) vocentur, & Christo (propitio humanis conazibus) adducantur.

At qua tandem ratione Lexica Harmonica Lingua Ebraica cognitionem reddunt faciliorem? Hoc, inquam, efficiunt, Primo, quia demonstrant, quid in lingua vernacula, aut Latina, aut Graca jam imbibitis, sit Ebraica originis; ita ut te discentem doceant tanquam ab effectis ad caussa ascendendo, quot voces Ebraza tibi illud nescienti sint jam ante percepta & cognita. II. Faciunt ut vocabula illa Ebraica memoria tenacius inhareant. IH. Exsuscitabunt mentea studiosorum ad radices reliquas Ebraicas ediscentidas, & perfectiorem lingua cognitionem assequendam. Tunc enim facilis & jucundus erit studiorum cursus, cum per gradus quosdam proceditur, & pracedentia viam parant sequentibus, nec omnia sesetanquam nova, & nunquam prius tentata offerunt.

Non solum autem Lexica Harmonica lingvæ Ebrææ cognitionem reddunt paratiorem, sed etiam Secundo, ostendunt qvibus vestigiis voces ex Ebræa lingva in Græcam, deinde in Latinam, tum etiam

etiam in alias omnes lingvas devenerint, & qva lingva in quovis vocabulo proximè ad Ebrzam accedat. 3. Monstrant, quibus in vocabulis relique lingue inter se conveniant & ad ceteras lingvas imbibendas viam sternunt compendiariam. 4. Rationem orthographiz immutatz vel restitutæ aperiunt, & ad hujus persectiorem & certiorem delineationem multum conducunt 5. Animum (ut ait Scaliger) fi in bis originationibus modus adhibeatur, ad contemplationes exquifitiores reddunt alacriorem. 6. Panditur heic via paratissima ad falsas & ineptas Originationes eliminandas, & veras certasque confirmandas, ut invento tritico, glandes rejiciantur. 7 Optime ostendunt Lexica Harmonica, qvam inani conatu mundi (ut perhiberi voluerum) Domini simul cum Imperii jugo, lingvæ suæ usum nationibus devichis tentârunt imponere: cum Christus longe alia Dominii sui administrationem & confirmationem aggressus vià, omnes omninò lingvas consecràrit: & ut Gentes plerasque, sic & linguas multis mo-dis inter sese miscuerit & consuderit; & velit, non ut una loqvamur lingva (qvod longe difficillimum esset humanis conatibus; sed squod multô facilius) ur unum loqvamur, unam religionem sub uno capire Christo amplectamur, & Dei nomen, regnum, gloriam una mente celebremus.

POSITIO DECIMA ET ULTIMA.

um tot ac tanta ex Lexicis Harmonicis oriantur commoda, decimo in loco duo sunt impensius optanda & à linguarum cultoribus expetenda. Ut in bac linguarum cum Ebraa affinitate & Harmonia magni indies extundenda & persicien-

TH. HAYNE DE LINGVIS

da elaborent. Ad hoc opus ut animosiùs & vigilantiùs insurgant, multa videntur adhortari. I. Qvòd felicissime hujus negotii posita sunt initia: bene autem capisse solet pro sacti dimidio reputari: neque illud immoritò; qvia nihil unquam egregium tentatur, cuius primus conatus miris calumniis non imperatun, & convitiorum plaustris oneretur. II. Nebulæistæ nubesque opprobriorum & oppositionum omnium difflantur, fuganturque crebris eruditorum fuffragiis, qvi summum lingvæ Ebrææ tum honorem, tum utilitasem egregiis & debitis encomiis ornarunt, & banc Harmoniam aut suô casculô comprobarunt, aut inico demonstrando desudârunt. III. A tempore Gelenii, qvi primus Lexicon hujusmodi plurium lingvarum typis mandavit, tum lingvarum facrarum cognitio, tum affinitatis earum explicatio tam magna acceperunt incrementa; ut illius rivuli videantur in flumina excrevisse. Constat auzem facile esse inventis addere; & bene inchoatas & feliciter promota, ad ulteriores perfectionis gradus perducere. IV. Qvia virieruditi, & lingvatum scientissimi, & in hoc argumento multum tem: paris insumentes, etfi præter spem in primo conas roum ingressu originationes plurimas ex Ebraicis & Gracis vocibus reperère; ingenue tamen in quibusdam originationibus sese dubios harere † affirmant, & eruditorum opem ingenuè petunt exspectantque. Scilic. Christian: Nirmutan, In multis,

[†] Digna sunt sequentia Isaaci Casauboni, quæ hic legantur Est invenire, inquit lib. 11. de Satir. c. IV. p. 251. nostræ editionis Lugdun. Batav. c10 10c xc1x. in omnibus lingvis similes voces, quarum alteram ab altera originem habunse, facilè sibi persuadeant qui levioribus consecturis duci amant: at qui maturius judicium adhibem, & harum

multis, inqvit in Prafat. metam optatam nen fum consequentus. Joh Avenarius, Lectorem moner, Siquid, inquiens, verrasse victor, illud cogita TON DIN I'N Non est quisquam qui nan errat. Et G. Cruciger, quo nemo in hoc negorio studiosior & plenior, In multi, inquit in Prasat. necdum mini satusseci. Si horum oculi in maxima sac omnium literarum suce monsihil caligârunt, mimme iniror Varronem fateri, Non omnium

harum rerum majorem usum, aliter sentiant. Toter Ebrais est, qui tegit: Gracis ousige totidem literis qui pro-tegit, O servat. O tamen nulla originis communione jungi Lus voces ratio utrinsque lingua ostendit. TVT ratzon est voluntas, que multis pro ratione est. racio tamen Latinorum, O nostrorum raison, nihil ad Ebraum vocabulum spettant. אצילה atztzila est magan, axilla. vox tamen Latina certam originem habet, ab ala: ut à palo paxillus: à male maxilla: à talo taxillus: qvod & Cicero indicat. mesura, mensura est. sed ab alia origine vox Latina deduj. cenda , & qua ab illa erta i ut Galtica & Italica. Segion Ter pro Cegizier purum putum Gracorum verbum, quô perturbatio & pavor denotatur. Thracum populus inquies & quem perturbandis vicinis natum, Graci crederent. quare de iis venuste Imperat. Justinianus initio Novella XXVI. cueva, inquit, T aroueddyn poor isin, ou meg eing she Deaxon οιομάσειε χώραν, δίθυς συνεισέρχε αμ το λόγω και μς ανδεία, η τραμωίκε πλίθες, ή πολέμων, η μάχης ewoia. non dubium allusionem sieri ad illud etymum quô docti Graci São 78 Segizay, nyer Gegizay vocem Opaz deduççbant : cui etymo non magis sidendum , quam illi Hellanici sive Ephori, qui l'epocatura & Sa ta lege ouadi voluit dicta. Sexcenta sunt hoc genus: quorum observatio nisi analogia legibus, 'G' historia cognitione fulciatur', dique adeo coerceatur; nihil mis monstruosas in literis hareseis poteft parereul cui.

22 TH. HAYNB DE LINGVIS

omnium vocum caussas posse reddi, & Socratem Platonicum in Originatione quorumdam (ut dixi) voca-bulorum, quò se verteret, nesciisse. Et cum Var-rone, de Ling Lat, lib. v1. rum de ejus, tum de nostra atate optime dici posse arbitror; Signia de wocum originibus multa commode dixerit, potius bo-ni consulendum, quam, si aliquid nequiverit, re-prehendendum. Cum verò Socrates multas vocabulorum origines proferens, & Cratylum ad plures eruendas adhortatus, fic loquutus fit apud Plat. in Cratyl. συσπάωζ χεξι ανθείως & κς εν, κς μη βαδίως λαιθέχειος, τω κον νεος εί κς ηλικίαν έχεις. Η μες απίπα forti & sedulo sunt trutinanda, nec enim facile est assentiendum. Juvenis adbuc es, & sufficit tibi aaliqvis ad lingvarum studium bene à natura & educatione paratus, & usu aliqvô satis promptus ad priora illa eruditorum virorum tentamina & progressus perseciendos invigilaret. Nam ut omne doctrinarum genus, sic vel maxime lingvarum soientia se juvenum mentibus, ut rasa tabula, facilius infinuar, & fidelius inharet; ita ut phora possit boc in opere prastare, qui in vita aurora hae incipit meditari. Nec sanè velim, ut qvisquam ad altiora & meliora natus se totum in verborum notitiam, rerum scientia neglecta, immergat & immoriatur. Certè sine hac cognitio rerum incerta est & impossibilia; sed multo est mobilior: utpote cujus caussa in verborum cognitione desudatur. Sed velim ut juvenis aliqvis bene positis hujus Harmoniz initiis, in reliqvo studiorum cursu observationes ad lingvarum affinitatem facientes, & sese obiter ingerentes annotet; quas in maturiori atate perficere, & orbi communicare possir. Non enim scholarum temporibus, sed vita spatio termi-natur (Grammatica ait Qvinctilianus Instit. lib.

1.) Harmonia bujus (inqvam ego) findium & usus. Cui verò potius est hac provincia committenda, qvàm Henr. Jacobio Collegii Merton. apud Oxoniens se socio. Qvi mihi inter colloquendi familiaritatem szpiùs infinuavit adeò se in verborum caussystema sibi fabricarit, & cùm docti priores uni-versi rem Etymologicam, aut carprim gvidem atque obiter tractarint, aut cùm plenissimè, non nisi voces ordine Alphabeticô Primitivas dispofuerint; iple profitetur se methodo sua & hactenus intentatà, per certas proprietatum classes subordinatim velle istas disponere, donec in paucissimis desinant Principiis: ut hac verborum Phi-losophia exacte imitetur illam rerum. Nam apud Grammaticos, ingvit, Alphabetaria vocum series non magis ad universam Atiologiam perducit, qu'am apud Physicos, Rerum. Hunc eqvidem icio pro summa inter nos per multos jam annos necessitudine, tum lingvarum Orientalium & Europæarum, tum Philologiz cognitione optimè excultum, multum operz in vocabulorum E-tymologia ventilanda, dum majora quedam in bonis literis minatur, & feliciter poluisse & jam ponere. Nam hæc testantur multæ & eruditæ in ejus advertariis observationes, quas congessit & reposuit publico bonarum literarum commodo tandem aliquando inservituras. Sic tandem (qvod primum mihi optandum videbatur) evadet hzc Harmonia lingvarum seu Ars Etymologica multò persectior, & lingvarum studiosis fructuofior.

Secundo autem cavendum existimo, idque I. iis qui parum aut nibil in bac Palestra tentârunt, ne temere judicium suum pracipitent, & qua prima intuitu dura aut absona videntur, rejiciant, vo ia-

4 TH HAYNE DE LINGVIS

Touris internet berettelig if it reitmund rentumb; att Plato in Symp. Scil. sepe quod pharmaca Medi-corum & architectorum instrumenta efficient, effici non posse credidecunt minus in his anibus versari. Igitur hanc ob caussam tacici sinimus medicos qua medicommittent promittere, & tractare fabrilia fabros. Quare eriam & eruditis diu multumqve in bujuc Harmonia fabrica occuparis, un artificibus in alies artibus, fides aliqua est habenda. Rarione savis evidenti ex originariones firmabuntur, & usu aliqvô mollienem, de quibus in mirio quifpian aut dubitet, aut à quibus prorfus abhorreat. Deinde II. cavendum est hujus harmoniæ artificibus, ne cariofiùs qu'am oportet, wocabulorum origines venentur: Est, ut ait Ho-rat. de Art. Poet + quadam prodire tenus, si non datur ultra. Studiosias veto hoc cavendum, qvia priora secula hôc nomine male audiverunt, & qvia non folum Varro, sed & Isiodorus Hispal. Epifc. & recentiores quidam meritò etiam culpaneur. Hoc igitur crimen decet locidiora hac tempora effugere : & certe prudenter fibi hae in re remperarunt viri cordari & ornditissimi. Becmannus, non omnium, inqvit in Manud. vocabulorum quærenda est erymologia; ut à Stoicis factum sant perperam & frustra Svader Jul. Scaliger , ut modul'adhibeatur. Joh. Seldenus, nolumno 3 in-qvit Proleg c 11 de D Syr. princip. ita profusam in ejusmodi originibus operam unpendere. Et alibi, ibid in fine capitis: Eas, inqvit, tantummodò diximus origines, que à fide dignis auteribus edecti potnimus, solo Numinis (nam de nominibus Deorum Gentilium agit) nomine, ubi non datur ultra, contenti; & ab Originationum effaniis, preserquam ubi res ipsa trahat, etiam cum religione abstinenses.

† Male, est enim locus lib. 1. Epist. 1. v. 32.

Et Barth. Mayerus, Prod. 1. part. c. Iv. monet, acri judiciô opus effe , siqvis unumquodque vocabulum ad bujus vel ilhus peculium velit referre. Cautiùs verò hic oportet studiosos evigilare; qvia sensim irrepsit in multas scientias, nimia qvædam & non-amanda dingentia: qvam his verbis Th. Linacer, lib. 111. princip. p. m. 133. graviter Scenerico eragitat: woofdem; inqviene, magistri dim cursostes arres tractant, & res in vio fusius dis-poirant à proprio arris sine solent retardare: atque boc visio utilissima & saluborrimas arres ad garrulitatem rediffe. Et rectiffime & prudentiffime Dom. Verulamius, de Augm. scient. judicat qvosdarti inimutiis fuis scientiarum quarumdam fregisse soliditatem. Summopereigitur in Originavis ingeniie contingere air Fabius, lib. 1. c. x. qvisqvain ad foedissima usqve sudibria labatur. Si hæc originum disqvisitio (qvod idem air Fabius) vsum habeat necessarium, & multam in se contineat eruditionem, est sanè liberali & ingenuô virô dignissima, & pro sua dignitate & usu solidè, & erudite pertractata, valde laudabilis, & à lingvarum studiosis, inter studia graviora seriô conatu promovenda.

F I N I S.

LAMBETHÆ.

Mart. 29. 1639.

Hæ Positiones de Lingvis in genere & variarum Lingvarum Harmonia, in commodum corum, qvi studio Lingvarum operam impendunt, digna junt, qvæ in publicum prodeant: atque ideo imprimantur.

> Johannes Oliver, reverendissime in Christo Patri ac Domino, Domino Arch. Cant. Sacell. Dom.

II.

MERICI CASAUBONI,

If. F.

DE:

VERBORUM USU,

Et accuratæ eorum cognitionis utilitate

DIATRIBA.

De hoc ita scribit Janus Gruterus ad Casp. Hofmann. in p. m. 547. Epist. Georgi Richteri. Casaubonum optime novi; non etiam filium. Intellexi, occupari potissimum Mathematicis; haut tamen nocuerit eidem scribere: Adolescentia enim ambitione ducta, multa sape persitit, qua temere expetimus ab disorum fastidio. Londini notos babeo plures è Proceribus doctrina celebres. Sed & evetussimis amicorum est Gvilelmus Cambens. Sed & evetussimis amicorum est Gvilelmus Cambens. Homo aurei seculi. Si cupis, ei scribam; aut etiam Thomz Jamesio. Bibliothecario Oxoniensi, mibi etiam cognito rerum usu, aque officiis; tantum indica: Statim ad te mittam meas. Cl. Grzevius in Præsat. Ciceron. ad Attic. Epistolis præmissa vocat Mericum Casaubonum silium patre tantu dignissimum, sisiqve cum superesset, studiosissimum.

URLI Alliance

dinoit..

6 1 P 1.

The control of the co

Same of Sec.

MERICUS CASAUBONUS,

IS. F.

JOANNI FILIO,

S. P.

n vamquam nolim ego te, mi Joannes, cum evi & judicii maturior eris, libros ullos vel ex mole, (que multorum fatuitas est:) vel ex modulo assimare; fateor tamen ex hoc libelli hujus modulo, in quem typographi pro suo arbitrio illum coneinnarunt, in eam primum cogitationem venisse me, ut tuum nomen bic inscriberem. Parvum parva decent, ait alicubi tuus Horatius. Iibi autem parva edbuc ætas; ut qui vix dum primam annorum ætatis decadem egressus sis: & pro atate corpus non ma-gnum. Ac memini valde adhuc infantem te nullis aded muneribus oblectari solitum, quam vel libris, aut que librorum speciem preferrent : quod parentibus tuis jam tum futuræ tuæ indolis lætum fuit augurium. Hactenus certe, quamquam crebra valetudinis infirmitas alacritati tua , ac bonitati ingenii non parum obstiterit; de te tamen ipso queri non possumus. Ceterum, quemadmodum Amilcar olim pater Annibalem filium, (illustria in Historia Romana nomina) adhuc impuberem, per altarium religionem & solemnia sacra ad odium populi Rom, quasi ad paternas artes obstrinxit; ita mihi visum publica bac & solemni compellatione ad bonarum artium ac literarum amorem porrò te obtestari. Et boc qui-

96 MER. CASAUB. PRÆFATIO.

dem tibi opto maxime ob ipsas literas, qua pramium veris & genuinis cultoribus amplissimum. The ta-men peculiaria quadam incitamenta & vincula: non avi tantum tui memoria, & exemplum, quod plurimum apud te valere debet ; sed etiam que suis propria reliquit industriæ suæ, singularis & inde-fesse, monumenta; Adversarsorum, ut vulgo vocant, multiplex supclex: quam certe, cum judicium & eruditio tibi suppetent, ut suo pretio astimare valeas, omni alià hæreditate (qvalem ex mesperare non magnam potes) longè tibi potiorem visum iri non dubito. Ad eruditionem verò non nisi per lingvas aditus tibi patebit. Qvatuor autem lingvarum studium præcipue tibi commendo: Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, & Saxonicæ: quarum singularum usum & dignitatem quo melius intelligeres, tractatum tibi de quatuor istis linguis adornavi; qui quia aliis quoque utilis esse potest, publicum propediem; Ded volente, faciam. Interim, si ad avitas laudes, imò si ad veram felicitatem adspiras, fac ut in pueritid tua Creatoris tui sis memor, & à primis, quod ajunt, ungviculis his cogitationibus adsvescas, vanum & ineptum effe omnem laborem conatumque, qui non ad Dei O. M. gloriam, & melioris vita confequent d.c spem refertur. Vale.

DE

VERBORUM USU,

Et accuratæ eorum cognitionis utilitate

DIATRIBA.

aud paucos reperire est, qvi cum de vocibus & verbis incidit qvæstio, eð statim, tanqvam ad Prætoris interdictum aut legitimam obnunciationem confugiant, ut non verbase, sed

res curare, ac de illis modo sollicitos esse contendant. Nec is # ==> tantum sermo est, sed interdum & illorum, qvi ab erudicione & humanitate, (qvales Seneca, Aulus Gellius, & Medicorum post Hippocratem sacile princeps Gale-

nus, aliiqve) celebres olim fuêre.

Honesta sanè (si commoda adhibeatur interpretatio) oratio, & ingeniis digna liberalibus. Sancto eniin, si qvis alius, Augustino libenter assentio, Bonorum ingeniorum insignem esse indolem, in verbis verum (res ipsas utiqve) amare, non verba. Nec minus arrident veteris cujusdam apud Aulum Gellium Grammatici verba, Nulla prefus bonæ salutis spet reliqua est, cùm vos philosophorum illustrissimi unbil jam aliud qu'am verba authoritates que verborum cerdi babeatis. Qvamqu'am autem alicubi Cicero qvemqvam literis mandare cogitationes suas, qvi eas nec disponere, nec illustrare verbis possis, hominis intemperanter abutentis.

MER. CASAUB: DE VERBORUM

tentis otio & literis esse pronuntiet; & alibi, qvi quemadmodum dicant ipsi non laborant, cur legendi sint nisi ipsi inter se, qui idem sentiunt, caullam non videre profitetur; que videtur, & Dionyssi Halicarn. mens suisse, ubi see social sanding and se social suisses, et un us aviñ nos un sanding and se social suisses social suisses suisse suisses delicati & fastidiosistomachi, ut scriptores quoscumqve vel impolitissimos & barbarismis (si qvi tales) scatentes non æqvô animô legerem, si qvod ad rerum cognitionem faciat, non ubivis obvium, ex isto verborum sterqvilinio colligere daretur. Sed qvoniam plerique qvi de verbis ita vulgo loquuntur, non tam quod rerum studio præter a-lios addicti verè sint, ita loquintur, quam ut Cham tegant ausolar & ignorantiam, ne dicam (qvod de nimium multis verè dici potest;) ignaviam; nè juvenes incauti, ex qvorum industria ad rem publicam fructus uberes aliquando redire possunt, speciosis his vocibus abrepti decipiantur; operam me navaturum nec inutilem per se, nec his temporibus intempestivam duxi, si qvid eis opponi posset, post alios qvidem sateor multos, sed auspiciis tamen nostris, & propria industria freti, peculiari hac Diatriba complecterer.

Atqve hoc primum de illis qvi res, res, qvafi toti in illarum contemplatione defixi, femper habent in ore, libenter reqvirerem; ecqvid unquam in mentem suspicio illa inciderit, ne forte qvod Ixioni, ut nubem pro Junone imprudens amplecteretur, idem & illis accidat? Nos enim fane philosophos & ingeniò & authoritate pracipuos ita fancire comperimus; Qvæ se cumqve oculis nostris objicinne, ea nos, resurique ipsas, ecemere vulgò dicimus & credimus; cum tamen haud ipsas res, sed externas tantum species (#dana Græ-

Græci vocant) & spectra cernamus; aut spectrorum potitus colores: immò nec colores, veros & finceros. Tair yourser an uder apailo eixix estes ofor esting and marte renegique eriegis: nullum colorem purum spectiamus, qualis plane est, sed omnes permistos, atque aliis consusos: ita Philosophus in lectissimo De Coloribus libello; & rationem suz sententiz pluribus ibi prosequitur. * Omnem porrò cognirionem mentis à corporis sentibus oriri, (qva Philosophorum non ignobilium sententia fuit) fi non university verum, in plerifqve tamen locum habere, & ca certissima esse zessínesa, in confesso apud omnes est, qvi non sensibus ipsi suis renunciaverint. Verba autem, qvæ Aristoteli symbola rerum; aliis, imagines & simulachra; Τύποι κ μιμήμαω: illis utiqve, qvi verba non ex instituto, (de qvibus alibi fusè videbimus;) sed ab ipsa natura rebus indita docent. Hæc nos in antecessu potius ut ακορδολίζον τος & justo certamini proludentes, qu'am quod firmum in ils caussa nostræ præsidium ponamus.

Ceterùm (ut inde initium faciamus) Seuecz, Gellio, Galeno, & si qvi sunt alii, qvi de verbis idem qvod illi sensiste videantur, promptum esset Platonis, Aristotelis, aliorumqve tum atate tum authoritate longè istos antecedentium judicia, qvi de verborum necessaria ad rerum cognitionem intelligentia plena tulêre sussiraja, illis oppomere. Sed illa qvia vulgò nota, ut qvæ ab omnibus qvi de verbis aliqvid, laudari folita, non gravatè prætermittimus. Hoc poriùs observabinus nos, hos ipsos qvi de verborum cura qvasi probrosè videntur interdum loqvi, verborum cu-

^{*} Vide Scalig. Exercit. de Subtilit. tum alibi, tum Exercit. CCCVII. n. 21. ubi inter alia, sicut vulpes clusa à Ciconia lambimus vitreum vas, pultem haud attingimus.

94 MER. CASAUB. DE VERBORUM

riosssimos interpretes & rimatores exstitisse. Certè si qvis ex A. Gellio, qvæ de verbis in illo sunt eximat, pauca admodum illi relinquat. Sed & in Galeno * qvam multa passim de verborum ortu, usu, abusu, proprietate, genere, & id genus

Galeno] Qvantam verborum curam Galenus habuerit, colligo è duplici verborum indice, quem ipse condidit Tom. 1. p. 14. primò in opusculo, de Libris ptopriis; in quo capite xvIII. cujus titulus, Qua communia Grammaticis, & Rhetoribus: ait, le letiplisse, De voca-bulis Atticorum Scriptorum libos XIVIII. de Forensibus vocabulis apud Eupolidem libros 111. de Forensibus vocabulis apud Aristophanem libros v. de Forensibus vocabulis apud Cratinum, lib. 11. de exemplis vocabulorum Comicis propriorum, unum. Num utilis iis, qui erudiuntur, lectio veteris comædia. Contra eos, qui incossunt soleccissantes voce libros VI. alii VII. Electus Atticorum unum. De perspicacitate, O obscuritate. Num idem possit esse Criticus O Grammaticus. Deinde in opusculo de ordine suorum librorum ad Eugenianum, Tom. 1. p. 15. ubi dicit se sub patre doctum, Arithmetica, Logistice, Grammaticaque fuille institutum, & in humanioribus ufque ad ætatis annum decimumqvintum enutritum : & qvia fama. erat, eum Libros de vocabulis Atticiscomposuisse, quasi Grammaticaliter omnes Atticissare vellet, respondet ea de re quærenti Eugeniano. In eo tractatu, non hoc agimus, quod nostro seculo multi, qui amnibus Attice loquendi necessitatem imponunt (nimirum jubebant Grammaticorum Præsides, omnes Atticissare) sive illi Medici, sive Philofophi, five Geometrici, five Musici, five Jurisconsulti; aut mihil etiam horum , sed alioqvi , vel opulenti , vel divites fint: verum contrarium intendo, neminem prorsus ob vocis, seu orationis soleccismos, esse reprehendendum, incessendumve. Seqvitut sententia Christiano digna Grammatico: Praslat eienim lingva aut voce; qvam vita solceismos, burbarismosque

sus aliis? Ut Glossaria ejus omittam, & Hippo-craticarum dictionum, qvæ supersunt adhuc, in-terpretationes; qvæqve solis nunc superant nomi-nibus & titulis; De Verbis Atticis; De Verbis Eu-polidis; De Verbis Aristophanis; De Verbis Cratini; De Comscorum propriis; ingentia volumina. In Seneca quoque non pauca super verbis. uno De Beneficiis opere, ad verba verborumqve distinctiones confugere non semel cogitur. Sed & ipía quam proficetur Philosophia Scoica, in iis maxime, qvibus illi σεμιύτεας foliti, qvam fæpe non tam in rebus, qvam verbis fundara ? qvalia ista apud Senecam II. de Clem. c v. Sapiens non miseretur, quia est sine miseria. Et eodem libro, C. VII. Parcit Suprens, consulit, & corrigit. Optimè! qvid porro? At idem non ignoscit. Idem tame! qvid porro? At idem non ignoscis, idem ta-men facit, ac si ignosceret: quoniam qui ignoscit, fatetur aliquid se quod sieri debuit omisisse. Qvid hoc, quaio, nisi verba? Non ignoravit hoc Se-neca; & verè alicubi ipse sibi objicit; Hac sunt qua authoritatem praceptis vestrus detrabunt: Ma-gna promittitis, &c. Ita sublato altè supercilio, in

que committere. Similis est illa Augustini, lib. de Catechi. rud. c. 12. Monendi sunt Grammatici, ut humanitate induti Christiana, discunt non contemere, quos cognoverint moruns vitia, quam verborum, amplius devitare. Pergit Galenus: Qvin O libellus aliquando mibi scriptus est, contra eos, qui in solecissantes, voce invehuntur; tantum abest, ut eruditionis esse partem aliquam Atticismos asseram. Quare ergo scripsit? propter multos (inquit) & Medicorum, & Philosophorum, quorum alii novas nobis vocabulorum Gracorum significationes prascribunt, alii aliud: scriptum igitur est propter significationes, &, ut qui legunt, simul & Atticorum nominum notitiam adipicantur: qua ipsa (subdit) per se quidem nibil magno sludio dignum habet.

96 MER. CASAUB. DE VERBORUM

eadem que ceteri descenditis, mutatis rerum nomemibus. Objecta conatur diluere; sed qvi accuratiùs expenderit, eum conari tantum (in multis saltem) intelliget. Sed verior illa responsio, qua Seneca de verbis objicir, ea pleraque non ad hanc, de qua quarimus hic, verborum curam pertinere, sed ad Dialectorum resessius & argutias; ur eum

legenti statim apparebit.

Clementem Alexandrinum fortasse, aut Platonem potius apud Clementem, Strom. 1. objiciat aliqvis. Ibi enim ex non uno Platonis Dialogo gravissima hac de verborum cura dicta monitaque: Καν φυλάξης (φησιν ὁ Πυθαγόρει & τῶ Πλάστων Φιλιλικῶ) τὸ σπαδάζην μη θπὶ τοῖς ὁνόμαστι, πλασιώτερ είς γηρας ἀναφανήση φεονήσεως. Καὶ ἐνγε τῷ Θεαιντω δίροις ἀν πάλιν; Τὸ ἡ δίρερες τὰ ὁνομάτων τε κὰ ἐημαστων, κὰ μη διὶ ἀπομβείας ἐξεωζομενον, τὰ μὴν πολλα καν ἀγεννὲς, ἀλλα μάλλον τὸ τάτα ἐνανίον, ἀνελδίθερον είν δίρους ἀν πάλιν. Ετ si caveris, (inquit Pythagorem in Platonis Politico,) ne sis de nominibus nimium sollicitus, prudentia locupletior apparebis in senettute. Et rur su invenies in Theateto; Nominum autem & verborum facilitas, & non nimis accurata examinatio, ut plurimùm non est sordida diliberain, sed ejus potius contrarium: est autem nonnunquàm etiam necessaria.

Hac igitur Platonis fiqvis hic objecerit, frufira fuerit, non enim ad hanc, (ne hac qvidem) de qva nos agimus hic, verborum accuratam cognitionem, qva ad ad rerum cognitionem ducit, ista pertinent, sedad eloquentis & elegantis orationis, qvam ingram Clement ibi indigitar, studium; ut ex ipsius Clementis lectione, cuivis liquere liquere possit: de quo quidem studio multain utramque partem dici possunt, quibus aliàs fortasse suus erit locus proprius; nune verò prætermittentur.

Platonis autem famigeratissimum illum Cratylum, de qvo mirum qvam sibi placeant & plaudant qvicumqve ferè verborum patrocinium sirsceperunt, nos hîc consultô consiliô præterimus; consilii nostri rationem locô magis opportunô aliàs reddituri.

Sancti Augustini de verbis integer exstat, qvi De Magistre liber inscribitur, sed totus de natura iermonis & verborum uíu & abulu constat. Qvô verò sanctus ille vir consiliò id opus aggressus sir, non erit abs re quarere; vel cô certe nomine. gvod in toto Augustino vix aliud exstare putem, cujus tanta sit obscuritas & occulta propositi ra-Ipfe qvidem in Rastationibus Augustinus eum sibi fuille scriptionis istius scopum profitetur, (ur. & extremô librô colligit) ut doceat, Magistrum non esse qui docet hominem scientiam, nisse Deum. Sed neque hoc ipsum quò tendat quod palam prositetur, satis manisestum; & per quas verborum subtilissimarumqve qvæstionum ambages & labyrinthos eò perveniatur, legentibus ap-parebit. Immo verò perplexz & involutz scri-ptionis conscientiam parens ipse non uno loco prodit. c. viii. Sed quonam tantis ambagibus te-cum pervenire meliar, &c. C. x. Quantô tamen circuitu, &c. Ceterum qvisqvis animum in rem intender ipsam, id Augustino propositum suisse facile perspicier, ut que de sermonis & orationis inter homines usu (qualia in antiquorum scri-pris haud pauca hodiéque reperire est:) magnisi-cè vulgò jactabantur, ea convelleret & elevaret omnia. Hoc ipse clarè satis agnoscit tum capite

xIII. ubi post iniquiora quædam contra yerba, non ex ipsorum natura aut culpa verborum, sed audientium vitio, allegata; ipse se reprimit his verbis : Sed hac omittamus, ne calumniam verbis de audiendi negligentia, vel etiam de surditate hominum videamur commovere: tum verò c. xIv. apertius, ubi suscepti operis invidiam deprecatur his verbis; sed de tota utilitate verborum que si benè consideratur non parva est, aliàs, si deus sive-rit, requiremus. Nunc autem ne plus en qu'am oportet tribueremus, &c. quæ quorsum, quæso, nisi contra verba hoc quicquid operis ab illo susce-ptum esset? Cum autem inter præcipua quibus hominem benignus conditor ornavit & instruxit non postremum locum, (ut & Ethnici plures a-gnoverunt) sibi sermo vindicet; nihil minùs Au-gustinum, virum sanctum & pium, qvàm obtre-ctare dei dona voluisse pertissimum est; sed an tam cautô confiliô, quam piô animô fit ea scriptio instituta, non æqvè facilè dixerim. Certè, eô maximè tempore, ut & superioribus aliquor seculis, hominum genus latè per orbem pervasisse, qvi inani verborum scientia tumentes, alios qvoscumque despicerent, & nudz veritatis fimplicitati proterviùs illuderent; ex multis qvi per ea tempora scripsere, licet colligere: de qvibus A. Gellium, Latinum; & Sextum Empiricum, Græcum scriptorem, nominasse sufficiat. Et a-pud illum qvidem, crebræ ae sestivæ de Grammaticis narrationes, ut in nullo argumento festivior aut acrior Gellius: ex quo prætered & illud discamus, familiarem Magistri * compellationem, aut in familiari potius compellatione solennem Magistri titulum, si non Grammaticis unis

^{*} Magistri] De variis Magistrorum generibus diligenter dissert optimus Berneggerus noster in Orat. 1.

proprium, iisdem tamen pracipuâ qvâdam ratione competiisse & abjisadmissum libentissime. Sexti autem Empirici verba, quia non adeò notus author, (qvamqvam dignus qvi nocturna diurnaque manu ab antique liferature studiosis versetur:) & ad rem quam volumus appolitissima, hie apponemus. Ait igitui ille; Διά ποπα μο κ α κα δίκουον ές: μετά συνδής έξεταζει των γεσμμαλικίω τεχνολογίαν μάλιτα ή απάντων 212 τὸ ἐπ΄ αὐτή κομᾶν ή μέγα Φεονείν τὰς χεμμα-ὑκὰς ' ἀεὶ ζ τ κατά τὰ λοισά κοσμαμένων μα-Ohudle notargezen, &c. Propeer multa quidem . alia eft diligenter examinandum Grammatica artisicium; maxime autem, quod de eo sibi placeant & se magnissie jactent Grammatici; eos autem semper insectantur qui sunt alies or hati disciplines, &c. Qvod igitur antea Platoni in Crarylo (de qvo Dialogoqvam longe alla cenfeamus, qvam vulgo folent pleriqve, alibi dicturi funius) propositum, id &: Augustino, ni fallor, hic, ut isti hominum generi occurreret, & infultandi gloriandique materiam detraherer.

Hunc Augustini librum leccuro multum proderit Epilogum sive avans pala antedictorum, que in caput septimum ab ipso congesta est, diligenter expendere: que ramen & ipsa quia paullo consussor & obscurior est, præstiterit fortasse ab issis que c.x. occurrunt, Quanto tandem circuitu res tantilla peracta sit; &c. ubi paucis verbis summam scopumque libri complectitur, incipere. Nobis sufficiat tantum hie de eo dixisse. Si qvid enim minus cautum, aut censoria virgula dignum; id tanti viri ianctitati pioque proposito condonari aquum est. Erit esiam in altera, De

ortu & natura sermonio, Diatriba, huic argumento qvi tractatur illic ab Augustino, locus opportunior.

His que nobis obstare pracipue, aut ab aliis objici posse videbantur, ita delibatis ac depulsis; nostra de verbis hæc est sententia: Accuratam verborum cognitionem non Philologis folum & humaniores literas professis esse necessariam; sed in omnibus & fingulis scientiis artibusque percipiendis adeò locum habere, ut in singulis exillorum ignorantia gravissimi interdum & perniciofissimi oriantur errores: in vita verò (qvod præcipuum) communi rebusque civilibus & politicis tanti esse momenti, ut maximarum in utramqve partem momenta rerum exillorum prayo rectove pendeant usu & intellectu.

Priusquam autem ad particulares scientias accedimus, aliqvid priùs, qvod ad omnes aqvè scien-

tias pertineat pramittemus.

Qvis ex omnibus ubivis gentium ethnicis proprii fœtus ingenii, qvi alteri fæculo prodessent, chartæ, qvasi terræ, δια καλάμε, ου νοακ μέλανι (ut alicubi Plato loqvitur) primus mandaverit, five ille Anaxagoras, five Pherecydes, (nam de Pissistrato qvi affirmant ex A. Gellio, malè men-tem illius ceperunt:) sive qvis alius, non est hu-jus loci quarere. Ubi primum capit literarum usus, ibi libros (libros inqvam, συλγεώμμαζε, soluta scilicet oratione scripta: nam poematum a-lia ratio:) scribi capisse, rationi maxime consentaneum videtur ut credamus. Literas autem qvis Grzcos primus docuerit, apud omnes in confesso est. At literae Assyrias semper fuisse non vanis adductus conjecturis etiam Plinius in Naturali sua Historia author est; quod Josephus in libris contra Appionem pluribus adstruit & prosequitur. Sed quicumque primus (non enim id nunc agi-Digitized by Google mus:)

mus:) statuatur; qvod ab antiqvis non Philosophis tantum, sed & Historicis alissave passim in-culcatur, ou aingention avador inaso amoin & peraκισμός ω Squasways, unicuique humanorum bonorum fraudem ac fallaciam in propinquo esse positam; adeò universim verum, ut hic quoque locum habuerit. Non enim priùs exstitere qui de posteris benè mereri scribendo conati sunt, quam starim exorti sunt, tum qvi ab aliis scripta incrustare & pro suo arbitrio interpolare auderent; tum verò qvi à se consicta, captata vel antiquitatis, vel magni alicujus nominis authoritate; aliis inscriberent: qva fingendi & refingendi licentia qvantum labis in humanum genus redundârit, vix qvisqvam cogitando, nisi qvi sit in hoc eruditionis genere bene versatus, assequatur. Qveritur vir gravissimus, idemqve philosophus inter paucos sapientissimus, in sua Republica Plato, fuisse suò tempore genus hominum (agyrtas, infami nullo non faculo nomine, vocat ipfe:) qvi non privatas opulentorum domos tantum, sed & urbes, hominum frequentia celebres, errando obirent, librorum opador (fasces alicubi Gellius interpretatur) circumferentes, qvi celeberrima Mulai & Orphei (Σελένης κ. Μεσων ελεγόνων) ΠΟmina præferebant. Ingens ad legendum illecebra, tam splendida nomina: sed plerisque, (19 yasel perezer nj rois aigisots rhu evdamotar,) longe major, librorum argumentum. Eò enim spectabant illi libri, ut si qvis propudiosæ vitæ sibi con-scius, aut aliqvô aliô qvalicumqve scelere se impiasser, ultoresque deos vel vivens, vel certe post mortem perhorresceret, certarum (& qvidem, si fides impostoribus, certissimarum) expiationum formulas docerent, qvibus ossensa numina placarentur. Artem scilicet (qu'a nulla hominum vulgo

go arsacception:) impunè peccandi tradebant. Nè longum faciam; Ut nulla tempora supposititiorum id genus scriptorum feraciora fuisse, quam que ortum Euangelii proxime consecuta sunt, vel celebris illa Gelassi Pape proscriptio (si fas ita loqui) sidem faciat: ita nulla unquam tempora melius doceant qu'am perniciosa sit ista licentia, si quis hæreses haud paucas inde enatas, offensiones insidelium, dissidia, contentiones, supersitiones, & cetera mala cogitet, qvx ab hoc (non u-no qvidem fateor, fed & hoc, inter alios, haud obscuro) fonte promanâsse certum est. Hæc autem qvorsum? Adulterinos & supposititios utique dignoscendi libros ratio non una: sed istà (modò qvi verè doctus & pari judició præditus rem aggrediatur:) nulla certior, cum non stylus in genere tantum, sed verba & voces expenduntur singulæ, qvam tali scriptori, ssi alia ejus opera non suspecta exstent;) qvam seculo & loco, qvæ titulus prositerur, conveniant. Sunt enim non hominum tantum, sed remporum locorumqve certi qvidam idiotismi; sunt verba propria; qvæ qvi in legendis veteribus diligenter observarit, non facile fibi imponi patietur: ut exempli caus-sa verbum ens, essentia, reatus, munerarius; & id genus haud pauca qvi primi usurparint, nota-tum Qvinctiliano aliisque. Multa qvidem cautio-ne contra impostorum in imitando solertiam, multà circumspectione opus esse non distiteor : nec facilè illis veteribus assentior, qvi ex uno aliquo (ut olim nescio qvis apud A. Gellium de Piauti-nis sabulis; & Galenus alicubi de libro Hippocrati adscripto) verbo, de integro libro pronuntiari certò posse censent. Non eruditione tantum, quod modò dicebamus, sed & judiciò planè singulari opus est. His instructus qui ad judicandum accef-

accesserit, vix dici potest quantum in verbis ad verum tuendum præsidii inventurus sit. Hac præcipua ratione, & hispotissimum præsidiis instrudus, b. m. parens Isaacus Casaubonus spurium illum Mercurium Tri/megistum, qvi per tot secula orbi illusit, & multorum ingenia futilissimis speculationibus occupavit, nonnullorum etiam depravavit; larvam detraxit, & impostorem certissimis indiciis deprehensum, omnibus, qvibus ad claram lucem oculos claudere fixum non est, videndum exposuir.

Hac de verbis in genere. Ad pracipuas, aut qvarum saltem præcipuus nuncest usus, scientias accedamus; summa rerum, qvæ nostra cumprimis animadversione dignæ mihi visæ sunt, capita delibaturi: plenior earum tractatio justo, si forte, operi reservabitur; aut aliis certe, ab otio &

ingenio paratioribus relinquetur.

A THEOLOGIA (quam Galenus, de Usu part. lib. ult. Aristotelem, de Partib. Animal. lib. 1. c. y. lecutus, கலிம் முர்லோ ஜி மெய்ராறு கடிவியா, omni humana re aut scientia, dignitate & sublimitate longè potiorem, meritò sciscit) feliciter auspicabimur. Theologiam autem cum dicimus, veram intelligimus & solidam, id est Christianam. Ethnicam enim qvod attinet ad Theologiam, five Mythologiam potius, (qvæ tamen erudirionis Philologica pars jucundissima, sed & utilissima.) si id nunc ageremus, nihil factu facilius, qvam totam illam, aut certè maximam illius partem, ex verbis aut non intellectis, aut callide obtrusis repetere. Observatum non uni, fed uni præ ceteris undiquaque doctiffuno & in hoc argumento accuratissimo, D. Seldeno, in laudatissimo De Diu Syris Opere; vetera pleraque Gentilium numina (quorum ramen in cultu, bo-G 4

ne Deus! qvàm seria, qvam servida generis humani pars multò maxima!) mera suisse nominia: ex nominibus inqvam & verbis, errore aut superstirione colentium, sacta numina. Qvò etiam pertiner qvod Dio Chrysostomus, aut apud eum Diogenes, de Damonibus & Geniis per rhetoricam rapadiaries essiciar essicia

Sed his omiss; Nostræ Theologiæ pars jam olim hodieqve non pænitenda, (non minima, volui dicere) rixæ & contentiones. Harum autem, si qvis positis assectibus res ipsas attentè consideret, pars haud exigua qvid aliud qvàm doyenaxia; * sentit idem Aristo qvod Xenocrates, qvod Aristoteles; loqvitur aliò modò. Ex hac autem non rerum, sed verborum discordia, controversia nata est, &c. Ita olim Cicero de qvibusdam sui temporis controversiis, qvæ magna contendentium utrinqve animositate agitabantur. Nec multò aliter Seneca; Primum deposità contentione, depositòque odiò, qvod implasabile diversa sequent bus indiximus, videamus an hæc omnia ad idem sub alio titu-

^{*} Aretius Felinus, aliàs, Martinus Bucerus, vir doctiss. in Psal. 1. 6. Sui simile verum est à quocumque dicatur; O latet sape senientia eadem sub verbis in seciem diversis. Usu compertum habeo praccipuas tam apud priscos, qu'am recentes dissensiones tantum in verbis, non in re sitas; quibus . tamen interim calum terra, O terra calo miscetur. Edit. Argentor. a. d. 1532.

USU, DIAMERIBA. 100

titulo perveniant. Qvod igitur olim Plato; Ver-ba, res levu; sed ex levi initio non leves inimicitie; (πεωτον μεν εκ λόγων, κέφε πεάγματ@, ξε-γω η μισητή η έχθεω βαεύταται γίγνονται.) qvis non hic agnoscit usu venisse?

Scholastica que vocatur Theologia, Grammaticis, ut in verbis occupatis plerumqve infestis-sima, si qvis eam propius inspiciat, qvam tota sæpe sit in verbis, nisi qvi longa consvetudine pe-nitus occalluit, agnoscer. Exstant in eam rem non nostrorum tantum, † fed & illorum qvi in caussa religionis alia sentiunt, querela satis libere, & nora; ut verbo rem tetigisse sufficiat.

Ad ipsos finceræ omnis Theologiæ fontes nune veniamus, & Seowvierses yempas. Qvot verba, * ajunt, tot mysteria. Ita passim veteres : inter

alios

† Vide quæ dixi part. 1. Methodor. nostrar. n. xIV.

c. xix. n. 22. p. 625. f.

* Lege B. Glass. in Dedicat. Christolog. Mosaic. p. 1. 2. nostræ Lugdun. Batav. edit. cro 10c xc1x. in 4to. Inseram hic verba licet prolixiora Georgi Richteri è p. 94. Epistolar, ejus, quia præsens de necessitate Lingvarum cognitionis in Theologia præclarè explicant argumentum : Præclare, inqvit, ut nosti, Magnus ille Erasmus: Sit sane, inqvit, Regina Theologia: Sed nulla Regina tam potens, quæ pedissequarum recuset officium : Ab aliis admoneri se patitur, ab aliis comi, & ad suam gloriam pertinere credit, si famulas habeat honestissimas. Ita tamen, admonet idem paulio post, adhibeantur literæ politiores, non ut depraventur disciplinæ, qvæ, cum maximo generis humani bono, traduntur in Academiis, sed ut purgatiores sint, magisque sobriæ: Neque enim Dominæ ancillam præferre decet. De Scipione quoque nostro Gentili, pia memoria? Dostore olim meo Juru Excel-lentissimo, non ignoras, quam pie O erudite in elegantissimo

illo, in D. Paulli Apostoli ad Philemonem Epistolam, commentario, demonstret, & ineptos pariter esse & impios, qui Paullinas Epistolas, quasi ab omni elegantia artificioque nudas, fastidiunt, quorum stultitic refellenda (verba illius agno-(cis formalia) judicium maximi illius, & harum in primu literarum, qua ab humanitate nomen habent, intelligentissimi accerrimique censoru, Desiderii Erasmi, (quem jam antè laudave, quamvis omni laude sit superior) objiciendum censuit. Qvin & hoc quoque apud cordatiores liquet, vel potius, teste experientis, apud omnes conftat, artium tiberalium & lingvarum intelligentiam non solum ad divine scientia cognitionemesse necessariam, verum etiam ad Christiana dittonis pomaria vel propaganda vel stabilienda plurimum conducere: Cum nullum unquam regnum aut coaluerit aut diuturuum fuerit absque disciplinarum istarum lingvarumque glutino. Atque hoc est , quod Nicephorus & Sozomenus de antique Ecclesia Prafectis memorant, existimasse Viros pietate & doctrina maxime Conspicuos, liberales artes ceterasque Philosophorum scientias multum ad Theologia studia conferre. Qua caussa etiam suit; gvod , Eusebia teste , Anatholius , Episcopus Constantinopokitanus, Schola quoque Aristotelica, omnium Philosophicarum perfectissima, prafectus fuerit. Et de Carthagine, Urbu Roma amula, Salvianus, Episcopus Massiliensis, (quem Rittershusus noster, beata memoria Sacerdos Justitia venerandu O literarum grande decus, immortali nominis sui fama, in lucem redire fecit) illud inter alia potissimum commendat, quod artium liberalium Scholas, Philosophorum officinas & lingvarum Gymnafia optime conftituta babuerit, ita, ut eam quali

USU, DIATRIBA.

107

scimus nos, & ultra addimus, utcumque in eruendis his mysteriorum thesauris, tot hominum, imò tot ætatum desudaverit industria; infinita tamen adhuc superesse, qvæ doctissmorum exerceant ingenia, & vel avidissmæ vetera fastidientium cupiditati possint abundè satisfacere. Sed, proh dolor!

quasi Romam in Africano Orbe nomingre non dubitaverit. Qvid Chrysostomus, Svada illa ac medulla sacra eloquentia, non tantum aureo suo dicendi flumine, sed etiam acumine ingenii Philosophine studiu probe subacto; quid Hieronymus, ejus Discipulus, Romana lingva eloquentissimus, magnum O Caleste Ecclesia columen, inustata diligentia lingvarum sudis adberende, prastiterit, notius eft, quam ut inculcari de-Origenis, Basilii, Nazianzeni, Athanasii, Cyrilli, Ambrafii, Hilarii, Augustini, Tertulliani, Lactantii, aliorumque id genus tam Graca quam Latina Ecclesia Doctorum laudes, quas ex Philosophia quoque & elegantiorum literarum exacta scientia ita consequati sunt, ut nonnulli ex Philosophis & Oratoribus, Episcopi & Ecclesia Antistites facti fuerint, vix Volumen, nedum Epistola caperet : De qvibus constat, eos Grammaticorum, R betorum, Poetarum ac Philosophorum libris adeò operam dedisse, ut quam solam laudem Ecclesia hostes ea tempestate sibi vindicabant, eam ipsis, ex propriis corum scriptis, non minore Utilitate quam animo, praripuerint atque extorserint. Quid? quod ipse DEI Filius, unus omnes omnis sapientia atque cognitionis thesauros in se ipso reconditos babens, cum in calum Homo ascendisset, ubi cum Patre DEUS erat ab aterno, non priùs Euangelii sui precones ; Apostolos Divinos , Verbum sidei Orbi terrarum anunciare voluit, quam à Spiritu Sancto, omnium scientiarum atque artium autore ipso, necessaria linguarum cognitione calitus, instructi effent : Nimirum DeodidanGe, quia omni humana eruditione ante Divinam erant destituti, adeò, ut postes Hierofolymis summus Pontifex, Annas, cum Caipha, Joanne & Alexandro, (at quantis apud Judaos Viris!) totoque eru-

dolor! dum verborum ignari, aut certè incuriofi, ostentando ingenio, aut proposito suo inservientes, in singulis sacræ Scripturæ verbis qværunt mysteria; qvàm sæpe accidit, ut doctrina
cælestis in meram vertatur μαζακολογίας & λεαβλογίας; & ressacræ, tractantium imperitia, peritiorum

eruditorum Senatu, hominum antea illiteratorum repentinam simul atque profundam scientiam, O dicendi facundiam inu-sitatam ad stuporem usque admirati fuerint. Sic instrumentum illud à DEO peculiariter electum, Paullus Apostolorum Phænix, qua ex Poetis atque Philosophis didicerat, Divinis scriptis suis inserere non dubitavit: Qvi etiam, ut nullâ re præcipuis Apostolorum inferior, ita non tantum supra ceteros omnes, lingvarum gnarus fuit, sed etiam Philosuphis acutissimis, quales in primis erant Athenienses, doctrinam Euangelii Divinam instillare laborans, proprio Philosophia gladio eos jugulare, neqve intempestivum neqve professione sua indi-gnum judicavit. Verum instituti mei non est, in campum tam patentem latius nunc excurrere. Neque illo, Juliani, Christiana veritatis desertoris & oppugnatoris infensissimi, exem-plo, fidem dictis astruere volo: De quo novimus, eum astutâ impictate prohibuisse, ne Christiani amplius ingenuas disciplinas studiaque Philosophia aut discerent, aut docerent; cum bonas literas tam ad interpretationem facrarum scripturarum, quam ad refellendos impiorum. O hareticorum errores, in primis conducere, compertum haberet. Sed illud faltem Studiosorum animis dictum esse cupio, non esse, quod Gratiani palea imponi sibi patiantur, qui Can. VII. distinct. XXXVII. scriptitare non crubuit, Divum Hieronymum (cujus ut eruditionem suprà laudatam in scriptie, ita pietatem in vita nemo vel aumirari vel prædicare satus potest, ut qvi gemitibus ac lachrymu frequentius quam verbis de peccaiu suis DEU M compellavit) cum libros legeret Ciceronis, ab Angelo correprum fuisse, quòd Vir Christianus paganorum sigmentu inten-deret. Qua fabula tantum apud nonnullos valuit, ut ad aliud figmen-

rum (ni pietas contineat,) ludibrio exponantur: aut ipsi certè vel modestissimis, sive lectoribus, five auditoribus, ludibrium debeant? Non novum hoc, fateor, malum; sed nunc tamen ed magis pudendum, qvò nobis ad verborum cognitionem, longè majora in mundo præsidia, qvam veteribus. Sed vereor nè hic gvoque in loco mi-

nús jucundo verser.

Jam si quis hareticis contrà ire voluerit, quan necessaria sit accurata verborum cognitio, vel unus Socinus exemplo sit; adeò subtilis verborum rimator, ut frustra sit futurus qvisqvis ex ejus laqueis expedire se, aut alios irretitos liberare voluerir, nisi pari subtilitate instructus in arenam. descenderir. Agnoscent hoc qui scripta ab illo vel per transennam inspexerunt. De verbis quosois, ouoiseis; de, natura, substantia, subsistentia, & similibus, quam turbatum olim in Ecclesia, quantôque populorum moru; (gravissima quidem in re, sed interdum tamen non adeò gravi de caussa, cum neque qui eadem sentirent, eadem semper loquerentur; neque qui in verbis conveniebant, in re semper consentirent;) testes illo-

figmentum prolapsi , quod Bariholomaus Scala ad Angelum Politianum scripsit , aliquando in corona colloquio , beatissimum illum Virum, quod Ciceronianus fuisset, ante Literni Judicis tribunal vapulare dixerint, non impie minus, quam imperite. Qvin potius illum canonem audiant, qvi, eodem, quem dixi, Gratiano referente, ita habet: De quibusdam locu ad nos refertur, neque Magistros, neque curaminveniri, pro studio literarum. Idcirco in Universis Episcopu, subjectifque plebibus & aliis locis, in quibus necessitas occurrerit, omnino cura & diligentia adhibeatur, ut Magistri & Doctores constituantur, qui studia literarum liberaliumque artium dogmata assiduè doceant, quia in his maxime Divina manifestanțur atque declarantur mandata. Can. XII. ibid. "

illorum remporum scriptores, & ex illis recen-

tiores, qui res tractarunt Ecclesiasticas.

Sed pfæsticerit fortasse uno aliquo de multis infigniori exemplo, qu'am necessaria sit accurata verborassi cognitio ad sacra scriptura explicatio-

nem , confirmare.

Sancte Pauli ad Philippenses scribentis c. 11.
v 5.6.7. hac de salutis authore Christo verba suur:
Τέτο Τό φεσείοθω & υμίνο διλ εν Χελεω Ινόξ.
Ος ελ μορφή Θεε το άρχων, έχ ἀρταγμου ηγήσατο το είναι δια Θεῷ. Α΄λλ ἐἀυτον, ἐκένωσε, μορφ μοὶ δέκε λαβων ἐν ομοιώμαλ ἀνθρώπων γενούενων: (Vulgatus interpres, ita vertit; Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esfet, non rapinam arbitatus est, esfe se aqualem Deo, sed senetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitadinem hominum sactus. Recentiores autem, aliquanto clarius, sed in candem sententiam: Itaque is se affectus in vobis qui fuit in Christo Jesu: Qui cum essentius forma Dei non duxit rapinam parem esse cum Deo: Sed ipse se exinanivit formâ servi assumes sactus.

Ex obscurissimis sacra seriptura locis hic meritò locus censeatur; quod qui ex ipso verborum contextu stingva sortasse Graca ignari) minus; certè ex diversis interpretum commentationibus sacilè intelligant. Vix alius in disceptationibus cum Phorimanis, imò & Lutheranis, nobilior, aut magis decantatus locus. Longum esset omnia colligere, & cuivis in promptu libri. Becmannus nuper vir doctus, in Theologicis Exercitationibus haud pauca congessit. † Receptissima vulgo

† Tu vide B. D. Fewrbornium, Fascic. 111. Dissertat.

Digitized by Google Theo-

USU, DIATRIBA: 111

est illorum sententia, qvi verba ista, în qvibus maxima dissicultas, aenarno ex infoas; în hune exponunt sensum: Christus cum esset în everna illa (Bezz sunt verba) deitatis gloriu constitutus, non ignoravit se în ea re (id est, qvoid D. Patri conqualis esset,) nullam injuriam cuiquam facere, sed sub jure uti: nibilo minus tamen quasi sub jure cessit, cum ipse se velui în hibitum redigeret; furmă servi acceptă, &c. Optima certe, si per se secur,

Theologic. n. 11. 111. 1v. v. vr. vr. p. m. 38.1. -- fine Joh. Schröderum in c. x. Sceptri Regalis Christi p. 124. f. & B. Dorscheum in Detectione malæ fidei Papalis, Class. 111. Sect. x.p. 121. s. in Auctario Pentadecadis, Differt. 111. 6. 5. f. p. m.607. f. B. Dannhawerum in Hodosophia, Phænom, viri. p. m. 695. s. Excell. Dn. D. Joh. Olearii Exercitation Philolog. xxx. p. m. 193. f. Non placent, inquit B. Joh. Cons. Digterious in Illustram. Novi Testam. p. m. 147. b. qui phtasin illam Paullinam aewaludo nysidž i rodovausio putant atque cam-dem cum aewallo esse contendunt, negye hoc probari potest autoritate Thucydidis, qvi qvidem lib. VIII. hanc habet phrasin aemunuon noision, sed ut vocibus, ita & sensu different aemanuon noision & aemanuon nysion. Illud vere & proprie expones per tapete, hoc verò proprie per tapinas arbitrari, pro rapina reputare, ut rapinain Altimare, atque ut talis emergat sensus: Hoc ipsum qvod Deo erat aqualis, non ita reputavit aut possedit, ut solent, qvi aliqvid per rapinam & non justo possident titulo. Hi emperpetuo metuunt, ne per vim eripiatur illis, qvod aliqvando violenter rapuerunt. At Christus non ita Divinitatem suam possedit. Cum enim hutura Deus effet, non abhorruit Humanitatem af famere , utpote qui non nesciebat virtutem Div. nulla re posse vel obseurari vel ipsi eripi. Allust itaque ad ingeniust tyrantiorum quorumdam, qui malis artibus ad imperium venientes, cum veri reges non sint, misere sui metunut, no boc occupetur, G ipsi expellantur, Digitized by Google

112 MER. CASAUB. DE VERBORUM ctetur, sententia, & veritati tam consona, qvam qvæ maximè: sed qvæ syntaxi verborum parum congruat, ne dicam plané repugnet; ut alia omittam contra hanc interpretationem, qvæ apud E-rasmum magni judicii virum, legant, qvibus ani-mus & orium. Nec sane veteres, Græci præcipue, eo redacti fuissent, ut tam mira commini-scerentur in hunc locum, si verba ipsa, verborumqve contextus hanc interpretationem ferrent. Qvalis hac Chryfostomi interpretatio Tomô vI. λόγω ό. Τί έςιν, Ούχ άς παγμον ήγήσαλο, &C. ο άς πάσει λημή περοσηκόνλων, κατέχε τέτε διίωεnus; Rindre Beas con av Exorto, dedornus, mi Sappen con έχων ύπες τ κίνσεως, ο ή αναφαί-μετος έχων αγαθον, καν ώπερυπη τέτο, ε δε-dameri Opitto cetera, qvæ ab illo tum hic, tum Commentariis in Epist. bene multa afferuntur, qvibus hanc confirmet expositionem. Alli igitur ut contextui melius consulerent, hanc interpretationem commenti funt. Non rapuit equalitatem dei. i. c. non est usus sud potentid contra vocationem; non exercuit suas vires, sedsemetipsum humiliavit, & exinanivit, formam servi accipiens, &c. Ut ro agway μον έχ ηγέτα perinde fit ac fi dixisser Apostolus, & newaral; ut in E-stola ad Hebraos, zonor zynraud. pro zonoras, zonwrande. Et hanc quidem interpretationem verbis ipsis si coherentia cum sequentibus spectetur, aptiorem, qvam priorem, nemo lingvæ Græcæ peritus inficias iverit. Sed interim qvô dici possit exemplo rapere, qvi qvod suum est sibi sumit, in dubium si qvis revocet, qvid responderi possit, ego non video. Non nova est hæc interpretatio, jam olim notata à Chrysostomo, & ab ipso explosa. Dices de Christo, ut Deo,

Digitized by Google

non

non ista voluisse Paullum. Hoc eqvidem velint Arriani, & magnô mercentur qvicumqve ab illis, ur sibi concederetur. Agnoscit Erasmus his verbis Apostoli, ut præcipuâ qvadam clavâ, veteres contra Arrianos pugnâsse. Quam tamen ipse repudiat, ne vim S. Scripturæ qvamqvam in

bona caussa, inferre cogatur.

Qvid igitur nos? hoc utique: duarum istarum vocularum demayuoc & vyfiat non fatis animadversam vim, tantas huic loco tenebras offudisse. A emaluos vel zemayn (nam cadem esse nemo dubitat) haud raro Gracis pro prada aut spoliu, qva, parta victoria aut expugnata urbe, victoribus cedunt. Vel unicus Polybii locus id abunde doceat. Polybius igitur Historiæ suæ librô x. ubi de direpta Carthagine, & ea occasione de more tractat (in qvo exponendo multus est) in dividendis spoliis à Romanis observari solito, tribus diversis ad unam eamdemqve rem, prædam scilicet, exprimendam verbis utitur. Verba illa, άφελόα, αξωαγή, λάφυερι. Exempli caussa, cùm paullo ante dixisset, undi meis les apeasies aquer, &c. paucis post lineis idem extulit, agunous de கூட், வீர் வர்களுள், &c. Spoliorum autem vel prædæ commemoratione insolitam qvamvis exsultationem *aeginiunos ab Hebrais exprimi foliram, non pauca veteris Testamenti loca, qvz dubitanti fidem faciant.

Isaiæ c. 1x. 3. Latabuntur coram te, sicut qui latantur in messe, sicut exultant (victores sc.) quan-

do dividunt speliar

Ejusdem, cui III. 12. Ideireo partem dabo ei pro multie (vel ut alii mehùs, dabo ei partem eximiam:) ut cum robustiu partiatur prædam (qvod alii, ubi inter præliatores spolia dividentur:) pro eo quod profundit in mortem seipsum, &c. Pſalmô

Pfalmô cx1x. 162. Latabor ego super eloquia tva , seut qui invenit spolin multa.

Prov. xv1. 19. Melius oft bumiliari cum mitibus,

קיצמי dividere spolia cum superbis.

Huc etiam faciunt haud dubiè & ista, etsi longè aliter à multis exposita, Psal. Lxxvi. 4.
קיצור ארור ארור ארור מהררישנה, magnificus, pre montibus prede. quod optime vulgata moltra Anglicana, Thou art more glorious and excellent

then the mountains of prey.

Eodem quoque fer. xLv. 5. & multis aliis locis was recriaere qvis dubitet? Ait ibi propheta, aut per prophetam Deus potius, דנתרי לך Dabo tibi unimam tuam pro fpolio in omnibus locis quò abiturus es. Qvorum verborum summa est elegantia, & emphasis mira. Intercodente enim apud Deum pro Barachia suo propheta Jeremia, (qvid autem fibi de tam gratiofo apud omniporentem dominum parario non promitteret ille?) responder Deus, qvamqvam temporis universim (ex irrevocabili jam sententia:) tristissimi ratio non ferat, ut alia Barachize concedat; fe tamen vitam illi propriam largiturum, que in tantis periculis, in tanta perdentiem ac percuntium undique multitudine, in non minorem cellura fit ipfi læritiam & exsultationem , quam si de victis hostibus spolia ampla reportisset. Græci interpretes elegantissime, eis inproce. Ita enim non Xenophon taneum, sed Thucydides & alii nonnulli & evenue usurpant, pro co quod magis vulgare, & ienaior, aliis.

Ad vocem aurem was quod weiner; or Apo-Atolus hic, & denufuer nywood, plane fimiliter & Cicero foum illud, oftentationem putare; ut com 11. Tufoul, hand procul ab initio dicit: Quotas enim quisque Philosophotum invenieur, qui site

moratus, ita animô ac vità constitutus, ut ratio postulat; qui disciplinam suam non ostentationem scientia, sed legem vita putet: qui obtemperet ipse sibi, & decretu suis pareat? Verbi autem irroad cum diverse alius substantivis et notione conjuncti, varia passim apud varios exempla. Dionyfius Halicarnasseus Antiquit. Roman. libre 111. ubi de Romuli morte disserit, variisque pro cu-jusque assecu super éa opinionibus: Qi π κεπμαλι (μον (inqvit:) ηγέμενοι τ πόλεμον, η μεγάλων పπος ερείος νομίζον ες ώφελασν, κίς όπι-**Ευλίω κ, Φίονον ανθεώσων το έργον μετέφερον** &c. Vertit interpres, Alu qui questus gratia geri bella judicabant, seque magnis privari commo-dis existimabant, humanis delis & invidia imputabant totum negotium, &c. Simplicius erat cum Cicerone dicere, Qui verò bellum quastum pata-bant, & se magnis commodis (sociatio, ex pradatione scilicet & spoliis, ut modò in Polybii loco vidimus:) privari reputabant.

Idem schema loquendi, quamvis non idem. verbum, 1. Tim. 1.6. Παραδιατειδα δκφθαςμένων ανθρώσσων νομιζόνδων ποριζμόν είναι τίκο έυσέ Ceran: Ubi contra proprietatem Græci sermonis ita vertunt qvidam, ut rlu ivribeiar, qvod subjectum est, (ur cum Dialecticis loquamur) ipsi prædicatum faciant. Non ovum ovo similius, qvam est ista phrasis Paullina Dionysianæ phrasi; articuli in utroque idem situs, eadem vis. Sunt antem qui & moissouat, pro systemat codem sensu usurpent. Ita Gregorius Nyslenus contra Eunomium, librô primô, o' 🖛 accessour a poeculu Ilui F Soluaro acorarias moinrapho. Verift Gretlerus: Qvi doctrina sua professionem pro quastu ba-

buit.

Porrò qvod Cicero, ut modò videbamus, enunciavit, qvi disciplinam suam non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet, &c. id Cornelius Nepos in Vita Attici xxv. xv11. 3. sic expressir: Num & principum philosophorum ita percepta habuerat præcepta, ut his ad vitam agendam, non ad

ostentationem uteretur.

Hoc igitur dicit Apostolus: Christum hominem verum, cum verus esset idem deus, non eum tamen assectibus humanis indussisse, ut divinitatem, vel deitatem suam spolium, (i. e ostentationis & exsultationis materiam:) putaret: vel, ut cum Cornelio Nepote loqvamur; Christum hominem, cum interris ageret, non duxisse sibi faciendum, ut numine suo ad ostentationem uteretur; sed contrà, exinantionis statum prætusisse, &c. Maluit autem fortasse Apostolus & esinas som suajor qvadam videtur ostentationis esse significatio.

Non puto cuiqvam scrupulum jam superesse ullum de vero & germano sensu horum verborum; cùm prætereà liceat observare, ipsum verborum contextum & tenorem tantum per se potuisse, ut hanc interpretationem qvibusdam vel invitis, ut ita dicam; nullis alioqvi, cerse qvibus eam tuerentur aut lectori probarent argumentis sussultis, extorquerer. Cornelius à Lapide vir doctissimus & diligentissimus, post commemoratas priores interpretationes, quas tres ille (ego duas tantum, quæ aliquid disserunt, animaduerto:) numerò constituit; hæc addit:

Nota. Rapina hæc, est arrogantia, vel arrogantiæ effectus. Rapere enim alterius gloriam, est eam sibi arrogare. Ita Augustinus ubi supra. Secun-

do, ut Chrysostomus & Vatablus per metalepsin rapere fignificat rem aliquam perinde ac si rapta esset, studiose & contentiose retinere. q. d. Christus non rapuit, non ambivit, ut Lucifer Is. XIV. 13. æqualitatem dei, nec ut raptores solent raptum (dum male sibi conscii metuunt ne illud amittant:) studiose servavit, & ambitiose defendit, sed potius sponte, quasi legitimus dominus deposuit i.e. celavit, seque exinanivit, &c. Hoc enim exigit particula adversativa, sed, que sequitur, cum ait, sed semenpsum exinanivit. Alioquin non tam adversativa erit, qu'am explicativa, capieturque improprie, sed, pro, veruntamen. Hactenus il-

Joannes Camero i panueirne, vir eruditissimus, & in solvendis & wiegen sacræ scripturæ & obscuris elucidandis plerumqve solertissimus & a-

cutifimus, hoc ipsum, qvod nos hic, dudum vidit, & clarissime expressit, his verbis:

Vers. 6. εχ ας ακαινο κρουαίς, &c. Phrasis est sumpta ab eo quod tum fieri solebat: Victores nempe hostium spolia detracta atque erepta in trophaum erigebant. Itaque optime ista sic Gallice vertas; Il ne sit point de triumphe (ou, trophee) de ce qv'il estoit egal à Dieu. h. e non jactavit, non visus est gloriars & insolescere. Hortatur nempe fideles Apostolus ad humilitatem, argumento ab ex-emplo Christi ducto, qui cum Deus esset, non ut Deum sese gessit, non id palam patesecit, ab osten-tatione & gloria alienus, sed servi formam assumpfit.

Non igitur nova est hac interpretatio, nec eam mihi vindico; qvamqvam qvi idoneis aut ullis omnino argumentis eam fulciret & adstrue-ret, hactenus, qvod sciam, nemo suerit. Ad Syriacam horum verborum versionem qvod

atti-H 3

atrinet, ur planè non ausim præstare verba Apostoli, ut à nobis exposira sunt, ab illo interprete accepta esse; ita nihil video, cur ita rem hahere verisimile non sir. Verba enim sun & zuna
qvibus ille utitur, in hanc sententiam non incommoda; qvorum, posterioris præcipuè, in
sacra scriptura exempla qværentibus erunt obvia,
Ceterum, syriaca hæc, qvæ vertens Tremellius,
vir alioqvi doctissimus, ad receptam, smore
nimis receptô:) vulgo sententiam detorserat;
Junius in Notis verius & simplicius expressit;
Non suit rapinam assimans illud, qvod esset aqualis Deo; sed animam suam exinanivit, &c, †

† Si Germanica & Belgica intellexit Casaubonus, mirum quòd D. Lutheri & Versionem Belgicam non adduxerit ; illa enim : hielt ers nicht vor einen raub ; hac verò habet : geenen roof geacht. Optime Fewtbornius noster, p.m. 66. §. 59. l.c. Rapinam non duxisse bic, inquit, innuit, Christum certò & solide, & optimo jure scivisse & statusf-se, sibi esse integrum sway ioa Sea, aqvaliter Deo sese gevere, adeoque summa & infinita gloria, & pari majestatu divina fulgore, sine sui inantitione & imminutione, & absque ullius injuria perpetuò permanere, & in illo hominibus totaliter apparere. Diabolus equidem, ipsiusque similes, qui Dev volunt effe pares, id quidem non arbitrantur rapinam, sed non certo & irrefragabiliter, verum fallaciter & mendaciter. Conscientia namque propria, saltem in fine, ipsos refellit. At Christus certo & vere scivit, se effe parsa Deo. Recle igitur bic monet B. Lutherus , none, Paulle effe, cer. tissime statuere (quemadmodum sumatur doviced, Rom. 111. 28. O doueir I. Cor. VII. 49. ubi dongor incertam non intelligit Aposolui : qvemadmodum alias deneir notat probabiliter arbitrari) Et proinde merito redarguendu est Erasmus, qvi qvarit, qvid magni tribuat Paullus Christo, si, cum Deus esset natura, intellexit, id non esse rapinæ,

USU, DIATRIBA. 119 DUDUM est, cum hac scripta, & rypographo tradira. Interim dum ego domo absum, & ille redi-

rapinæ, id est, seipsum novit ? Nam magnum qvid eô ipsô Paullus indicat, nempe & Christi deitatem, quamnatura, O non rapina, habeat, & Christi spontaneam submissionem, quia u scienter, & non ignoranter, se inamverit formà Dei, in qua sciverit se existere, ac proinde jure se gerere poffe ut gloriosum Deum, 6.60 Innuit izibur, uti dexi, ilta phrasis, Christum verè & reche seivisse, sine ultius injuria , & sine rapina nota , sibi , si voluisset , licere divinam istam majestatem plene exserere, O in illa bominibus eximie O gloriose apparere, sed immediate notat O indicat, Christum non duxisse rapinam, nec voluisse ad se rapere, & esse aqualia Deo, & aqualiter Deo esse, vivere, & totaliter facere. Et proinde ostendit ista notabilu phrasis. 1. Non sicut diaboli, aut homines protoplasti seducti secère (aut etiam adbuc Antichristus facit) ita quoque Christum divinam gloriam sibi rapuisse. In illorum enim intuitu Paullus bac emphatica phrasi est usus, ut illos redargues tanquam raptores (qvoad pessimam ipsorum intentionem) aqvalitatu divine. Respeciu Christi verò Paullus non necesse habuit isto logvendi genere uti , sametsi Christi & aliorum differentiam boc ipso quoque demonstret. Christus enim jure est in forma Dei, & quidem per se seu naturaliter, qua Deus; personaliter verò seu per unionem personalem, qua homo est. Preinde Christus rapinam nec duxit, nec ducere potuit, esse aquelia D o: quousam omnino certus erat, se in forma Dei simul habere ipfam veram deitatem, per aternam ex substantia Patris generationem, quaterus Deus est; O simul se, ut homo est, in ejusdem (non alius, quippe que alia nec est, nec esse potest) destatis & xole O quidem totius plenetudinis deitatis , realem namerian devenisse, per unionem hypostaticam. §.61. 2. Non sicut tyranni furaces rapta bona , quibus cupidesime inhiarunt, & qua avidisime arripuerunt, tenaciser tenent, eaque pompose jactant, & splendide, sed pesime, usurpant : Ita quoque acceptam divinam majestatem velut alienam ap

reditum meum, qvò emendatiora prodirent, qvæ tradita fuerunt, exspectat; qvod alicubi Poëta,
Dif-

petivisse, & raptam splendide ac superbe Christum exscruisse. Sciens enim (ut inquit hie Ambrossus) in forma Dei se esse, non furatus est, ut diceret : Ego & Pater unum fumus &c. Si qvis qvid rapuerit (inqvit hic Theoph. abbreviator Chrysostomi) metuit deponere illud, ne amittat tanqvam ipsius non sit. Sin qvicqvam à natura habeat, facile illud aspernatur, sciens, id se habere, quod amitti nequeat: quare etiamsi videatur deponere, rursum ipsum recipiet. Hic ergo, Filius Dei non metuit descendere ex propria dignitate, quandoquidem eam non habebat ex rapina, nimirum quod esset æqualis Deo Patri, sed naturalem dignitatem hanc agnoscebat fuam &c. 6.62. Flacius super hunc locum p. 969. ut & 1. parte Clav. scriptura, p. 53. adfert hanc etiam ex aliis explicationem: Non rapinam arbitratus est & civaçioa Sec, id est, non abusus est cô honore ut rapina, nec invasit eum, ut solent raptores rapinam cupidissimè occupare. Ratio, inqvit, hujus locutionis est, qviariis, qvæ per rapinam consequimur, temerè ac pro libitu abutimur: at contra, que magnô pretiô aut sudore consequimur, iis parcè fruimur, perinde fermè, ac si non essent in nostra potestate. Convenit cum hac phrasi locutio Germanica, cum abutentibus quapiam re, dicimus: Opinor, te eam furatum esse, aut certe reperisse, veletiam lusu acqvisivisse. Recitatque ibidem hunc canonem: Arbitrari verbum crebrò id significat, qvod adjunctum nomen, ut arbitrari tapinam, se esse aqvalem Deo Phil. 11. pro rapere id libi , aut instar rapina usurpare, eove pro libitu abuti. Sangvinem Testamenti arbitrari prophanum, Heb. x. 28. pro, prophanare sangvinem. Vide ibi exempla plura, que ipse citat. 6.63. Certum equidem est, Christum non rapuisse divinam gloriam, nec eam, ritu raptorum, usurpasse: Et hactenus hac Flacii explicatio cum reliquis amicè potest conjunci (sicut & alibi dixi) non verò illis debet opponi

USU, DIATRIBA. 121 Differ, habent parvæ commoda magna moræ; id hic usu mihi, (Lectori qvoqve non incommode for-

(Siqvidem verbum wysia) retinendum hic est in nativa sua significatione) verumtamen monendum est, quantum h.e. ex-positio distet ab illa, quam hæretici vel tempore Chrysostomi & Augustini protulerunt. 6.64. Chrysoft. enim super bunc locum ait: Diximus de hæreticis, oportunum fuerit deinceps, & qva nos concernunt, dicere. Illi dicunt, qvod illud, non est rapinam arbitratus, idem sit, atque non rapuit. Oftendimus, omnino vanu illud & absurdum esse, & gvod neque ad animi humilitatem hinc qvisqvam adhortetur, neqve Deum ita celebret, qvin neque hominem. Qvid est igitur dilecti. Attendite, qvæ nune dicantur. Qvoniam multi homines putant, fi animo fuerint humili, privandos se fore dignitate sua, minorandosque & humiliandos, hunc metum eximens Apostolus, quid dicit? Ostendit, quòd non ita sentiendum sit, quod Deus unigenitus in forma Der existens, nihil minus habens à patre, æqvalis illi, non rapinam arbitratus fit æqvalem Deo effe &c. §.65. Existimatigitur Chry/ostomus, ideo Paullum non dixisse, non rapuit, sed, rapinam non est arbitratus, ut Filii Dei sententia & scientia omni metu carens, subinnuatur, nempe ipsum non metusse, ne quis sibi suam gloriam eriperet, nec erubuisse, se inaniri (quia certò sciverit, senserit, O statuerit, non esse rapinam, se esse aqualia Deo) O proinde eum sponte O ultrò se inanivisse. § 66. Maximinus Arianorum Episcopus, etiam docuit, verba hac: non rapinam arbitratus est, டேர்வு சேவ செல், sic esse explicanda: Non arbitratus est, esse rapiendam æqvalitatem Dei, eò qvòd ab illo suerit aliena. Raptorenim rei alienz ufurpatorest, tangvam hoc Filius, quum posset, rapere noluisset. Vide August. Tom. v1. lib. 11. contra Maximinum, c.v. § 67. Qvin & Transylvani Ministri, lib. 11. c. v1. dicunt, Paullum non dicere, Christum esse aqualem Deo Patri, sed contra-rium ponus; Hunc enim & illi volunt esse sensum: Nonra-Η〈 pinan'

raz. MER. CASAUB. DE VERBORUM fortaffe) venisse spero. Ita enim certe contigit, ut interim Viri summi, Hugonis Grotti, Auntetatio-

pinam arbitratus eft, nimirum faciendam, ut effet novalis Deo. Vide de his Bellarm. lib. 1. de Chrifta c. vI. \$ 68. Atave bine constat, hereticos verba Paulli, non arbitratus est rapinam , elle æqualia Deo, ideo per bac verba, non rapuit æqualitatem Dei, explicasse, ut bine Christi deitatem destruerent. Conati namque hinc sunt elicere, deitatem & aqvalitatem divinam procul à Christo abesse, nec Christum istantapapuisse: proindéque ipsum non esse Deum altissimum. 6. 69. Al & nos hic merito respondeamus, quod Augustinus respondit Maximino, ipsos hareticos videre, quanta cum insipientia hoc sentiatur. Nam, us urgeam argumentum Chryfostomi, si ista bareticorum glofla valere deberet, tum incideretur nervus argumenti Apo-Stoli, ab example Christi, wangzor @ cu poson Des , Svadentis nobs hunulitatem. Sic emm concludit Apollolus: Christus, etst exstiterit in forma Dei (CP prainde fuerit altissimus) tamen se humilem præhuit. E. multo mayis vos tetsi sitis in sublimi dignitatis gradu constituti) estote bumiles. 5. 70. Multis itaque parasangis Flacii interpretatio distat ab explicatione hac hareticorum, quos ipse quoque dammat. Ille enim flatuit , & siray if a Seg vere quidem Christo competere, verumtamen id illum non arbitratum eße rapinam i.e. instar rapina non adhibuisse palàm & superbè. Hi verò illud negant, sed perperam, ut jam liqvet. §.71. Priùs adseram @ Zanchit explicationem, quam ad alia transeam. Putat ille, per ro siray ira Dem, equalitatem personalem etiam intelligi , boc fensu : Christus Jesus non duxit hanc sibi faciendam rapinam, ut simpliciter, quatenus etiam Filius, effet, seu esse vellet Patri zqualis, nolens mitti, & fieri homo. Allegat enim ex Basilio, Filium, qua Deus est, esse æqualem Patri, sed quà Filius est, esse minorem Patre: qvia Pater à seipso sit, Filius à Patre. Ma-jus autem qviddam sit, esse à seipso, qvamabalio, & gonerare, quam generari, O mittere, quam mitti Oc. Vide ipsum.

USU, DIATRIBA. 122

tationum in N.T. tomus secundus insperato se mihi conspiciendum potiendumqve præberet. Qvam-qvam

ipfum Zanchium,lib.1.de Incarnatione,p.23. Seqq. August. Tom.1v.lib.LXXXIII Qvxst.Q. LXXIII etiam ait: Cum Apostolus de unigenito Dei Filio loqueretur, quantum pertinet ad ejus divinitatem, secundum id, qvod verissimus Deus est, æqvalem dixit esse Patri, quod non ei fuit tanqvam rapinam, id est, qvasi alienum appetere, fi semper manens in ea æqualitate, nollet hominem indui, & hominibus, ut homo apparere &c. 5.72. Refp. At istam Balilii (que & Hilarii & Nazianzeni est) sententiam judicamus deflectere à simplicitate fidei & divina veritate. Nam si Christus, quia est à Patte, ideò eô minor est, tum & Spiritus S. ideò minor erit Deo Patre & Filio, quòd ab ipsis sit. Quam tamen ejus minoritatem nuspiam S. Scriptura docet. Adde, gvod Christus Joh. v. 18. 19. O segg. sonore inculcet, se non tantum ut Deum , sed & ut Filium (Sicut se aliquoties nominat) esse Deo Patri suo aqualem. Et nonne Christus, quia est aternus Dei Patris Filius, ideo est Deus? Hoc certè ita est. Si ergò ipsi proptere a quapiam competit inserioritas & minoritas, quod sit aternus Dei Patris Filius , tum eadem ipsi ideò etiam adscribenda erit, qvòd sit Deus. Qvod est 26xvs. \$.73. Hsc ergò notemus canonem : Notiones divinarum personarum characteristica non inferunt in Trinitatem avicorna, disparitatem, five majoritatem, sive minoritatem: sed potitis personas divinas diftingvunt. At averegoia, yeniglie, z chariossoris sunt notiones characteristica divinarum personarum. E. Et proinde ro esse à Patre ab æterno genitum, non minorem Patre facit Filium, sed hunc ab illo distinguit. Confer Syntagma mearum Sacrarum Disqvisitionum part. 111. diff. 1. p. 462. Oc. §.74. Non diçam, qvod ista Zanchii explicatio non quadret ad textum Paullinum. Nam Paullus de Nova incarnato, O proinde de eo, qui in mundum mif-sus, erat homo factus, pradicat, quod non duxerit essera-. pinam, esse aqualia Dea. Oportet ergo banc phrasin notare ulud.

qvàm erant alia passim, ut in Opere tam eximio, qvæ oculos meos volvenris allicerent, ad hunc tamen Apostoli ad Philippenses locum, qvi, ut infignis præter alios & maximi momenti locus, menti mex pracipuè tum obversabatur, qvam potut, properavi. Qvod ipsô vivente præ me tuli semper, id jam de vita functo profiteri palam non pigebit, eum esse me, qui scripta Grotii peculiari qvadam, ob admirationem judicii & ingenii, (qvæ summa in illo, si qvid ego judico; præter inassectatam purissimi styli simplicitatem, fuerunt,) veneratione prosecutus sum. Nutationes ejus & fluctuationes in religionis negotio non excuso: qvamqvam illum alioqvin de re & Veritate Christiana aded bene meritum censeam, ut si qvid illi fecus acciderit aut exciderit, id commodî potius, qvoad ejus fieri possit, interpreratione leniri debeat ab iis quibus pietas cordi est, qu'am summi rigore juris exaggerari. Ce-terum, nullius unqu'am (qu'i non afflatus cælitus) mortalis hominis authoritas apud me tanti; nullius admiratio tantum potuit, ut ab illo dissen-tire, si probabilis ratio svaderet, religioni esset. Lectis igitur quæ Vir summus & incomparabilis in hunc locum scripsit, cum graves in re gravisfima dissentiendi caussas habere me perivasum haberem, eas hic pro debito promovendæ tuen-dæqve Veritatis studio, exponere, & æqvo Le-

illud, quod to dése incarnato, O proinde et post assumptam carnem, competit. Hæ prolixiùs è B. Fewrhornio nostro adscrips, utpote qui in paucorum manibus & Bibliothecis hic est. Simul ut & discerent Dn. Studioss non adeò indoctos & contemnendos esse libros illos, talibus qui ex Academiis & Germaniæ officinis prodièrunt, quales Gissensensis, Tübingensis, Wittebergensis, Lipsiensis &c. fuère.

ctori perpendendas proponere visum est.

Non jam de sensu verborum illorum, deraluir irrical (de qvibus hactenus,) agemus tantum, qvæ non multo aliter, (qvamqvam aliis innixus fundamentis) interpretatur & ipse Grotius, qvam ut nos debuisse contendimus; sed de scopo totaqve integræ illius pericopæ sententia, qva de Christi ex alto fastigio ad postremam serè humilitatem Exinanitione tractat Apostolus.

Primò igitur, quò Lectori sit facilius judicium; sed eò præcipuè, ne forte aliquam summo viro in sententia ejus exponenda vel imprudentes injuriam faciamus, integra ipsius verba hic apponemus; posteà verò, quæ nos illis opponenda

judicavimus.

Hugo Grot. Annot. in N. T. Tom. 11. p. 606. &c.

Philipp. 11. 6. &c. Ος εν μορφή 918 υσάρχων]

Mορφή in nostris libris non significat internum & occultum aliqvid, sed id qvod in oculos incurrit, qvalis erat eximia in Christo potestas sanandi morbos omnes, ejiciendi dæmonas, excitandi mortuos, mutandi rerum naturas: qvæ verè divina sunt, ita ut Moses, qvi tam magna non secit, dictus ob id suerit Deus Pharaonis. Vocem μορφής qvô dixi sensu habes Marci xvi. 12. Esaiæ xl. v. 13. ubi in Hebræo πυση. Daniel. 19.33. v. 6. 10. vi. 28. ubi in Chaldæo γι Job. 19.16. ubi in Hebræo πυση.

Ούχ ἀξπαιμόν ήγήσατο το είναι ίσα θεῶ] ἀξπαιμόν ήγειως est locutio Syriaca. In Liturgia Syriaca Johannes Baptista Christo baptismum

ab ipso experenti dicit, sentu पान को non assumam rapinam. Solent qui aliquid virtute bellica peperère id omnibus ostentare, ut Romani in triumpho facere solebant. Non multo aliter Plutarchus in Timoleonte, se demaylo instrud. Sensus est, non venditavit Christus, non jactavit islam potestatem: quin sape etiam imperavit, ne quod secerat, vulgaretur. I'va hic est adverbium. Sic Odyst. o, Tèrrir iva Proj I'va più celt adverbium. Sic Odyst. o, Tèrrir iva Proj I'va più dixit scriptor n. Macc. Ix. 12. Eing seu Proj est spectari tanqu'am Deum. Vide hujus loci usum egregium Eusebii v. 2.

A ma invert chinare | pm. Plane idem femius,

II. Cor. v111. 9. ότι δι ἡμᾶς ἐπθάχοδος πλέσιθο ἀν.

Naminopes dicuntur κειοί Gen. xxx1.42. Luc. I.

53. Jud. x1.3. ubi in Hebræo est, ביקים craco, ἀνδρες κενοί: Latinus vertit, viri inopes.

Itaque ἐποδον καιωσε est, libenter duxit vitam

inopem: Matth. v111. 20.

Mogolio ປະຄອ ກລະພິດ] Similis factus est servis, qvi nihil proprium possident. Hic ponenda ລຸໄພລະ ອາດກຸ້, incepit enim jam ລະເປັດເຜົ່າ aliud.

Ev ouoimal avlewaw yevoure [Cùm fimilis esset hominibus, illis nempe primis, id est,

peccati expers 11. Cor. v. 21,

Kai ampada evpeteis us antewas o antemas dientras conspicua, ne apud Graza cos sape, quam vocem hic servavit Syrus, & ingates; est conspectus est, ais antemas conspectus est, ais antemas of conspectus est, ais antemas dam, qui a agaito antemas. Dignitate talis apparuit qualis Adam, id est dominio in omnes creaturas in mare, ventos, panes, aquam, ob quam caussam id quod de Adamo dictum suerat in Ps. viii. Christo μυσικώς applicatur.

E & m sir war i aulòi] Non pro ea dignitate se ges-

USU, DIATRIBA. 127

sit, sed humiliter admodum, ita ut & pedes discipulis lavaret Joh. x 111. 12. 13. Sicut custums, ita i and ita i a

dicunt, comem se facere.

Terespo varinos neixes sancies Factus est obediens, nempe hominibus, tam Judzis, qvam Romanis. Non opposuir vim illam divinam capientibus so, damnantibus, intersicientibus. Tantas injurias libenter pertulit bono humani generis.

Omaire 3 saves] Qvod supplicium & summe atrox (nam & inde cruciare, & cruciatus,) & maxime despectum. Appianus, Civilium 11.

εκεεκκόνται ότοι βεράποιλει ήται. Servus apud Plau-

tum, Scio ego crucem fore mihi fepulchrum.

Hactenus ille. Priinquam ad fingulas voces acredimus, hoc in genere de illo qvi maximè controvertitur verborum sensu præfari liber, & authoritate veterum, quorum notatus aliis hac in re consensus, (ur recentiores omirtam:) & ex ipso verborum tenore persvasissimum nobis esse, cam divinam quam humanam Christi naturam his verbis ab Apostolo adstrui: divinam qvidem illis, ος εν μοςΦή θες τω άςχων έχ άςπ. ήγησ. τὸ ఈναι τω θεω humanam antem, aliis quæ sequunrur haud unis; de quo vix quisquam dubirat : sed qvibus tamen potistimum, cum alii poequi déλω; alii autem, ἐν ὁμοιώμαλ τ ανθεώπων, &, Authory enteger me auflema . in can rem beacipuè laudent & urgeant, nec in eo prima nota Protoftantibus inter le planè conveniat, nos quoque judicii nostri libertate, que præcipue sencentia minime incommodatura est, utemur scilicer. Itaigirur sentimus; Apostolum stupendam

iliam Christi Dei xévaru à duobus pracipuè capiribus commendare: primò qvidem, qvod homo factus sit, vel humanam potius naturam Dens assumpserit : secundò autem, qvdd homine asfumpto, abjectissimam conditionem, servilem scilicet elegerit. Hac duo, opportuna, in re tanta & tam incredibili, imiporni, continuis duobus versiculis repetit. In priore versiculo, μορφω δέλε λαβών, ον ομοιώμαλ άνθρ. γενόμενος, (nili ita vertas, forma servi accepta, cum similis bominibus factus esset;) videtur esse qvoddam vision accirego; cujus generis plura observarunt in his libris erudiri. Hac ordinis caussa qvamvis ita statuamus, non tamen humanam naturam à noech orde excludinus: imò si sola hac essent, non alia verba reqvireremus, qvibus illam assereremus. Non enim potest (præcipuè cum unum idemqve moepi verbum utrumqve fignificet) à conditione servili, humana; ut nee à majestate Dei (ut hic recte non unus disputat) divina natura separari. Nunc singula expendamus.

Ο'ς εν μορφή θεε τσάρχων η μορφή, ait vir maximus. in nostris libris, non significat internum & occultum aliqvid: &c. Recte, modò nihil obitet, qvò minùs usitata verbi significatio reti-Tum enim certè ustratam significationem minus usitatæ præferre rectum est. Nam alioqvin nullum non scriptorum genus earum vocum exempla suppeditat, que vel rarò, vel fortaffe apud eumdem scriptorem non omninò nisi semel tali notione, quam contextus ibi ratio manifestò reqvirit, occurrant. Imò non pauca, qvæ longè diversô, vel etiam contrariô sensu una eademque pagina, ne dicam sententia: quale qvod apud Thucydidem, θέως & ὅπλα, pro arma sumere, & deponere, intra unius ambitum fenten-

sententia, à doctis notatum. Ita fert communis loquentium usus Ecce, ne-longe abeamus,in his Apostoli verbis ista duo, χημα, & άνθεωwo, novô plane fensu, cujus in facris libris nulla alibi sunt exempla, accipit V. M. ur posteà, videbimus. hoc autem qu'am verè, nihil attiner bic dicere. Certè Joh. xv11.17 & 19. in Chrifti prece, & ayrach, aliter cum de Christo dicitur, aliter cum de discipulis; non Grotius tan-tum, sed quantum est opinor interpretum, exponunt. Talia non pauca aliis animadversa, qvæ non hic congeram. Hic autem cur μοςφή non de exteriore tantum specie sumendum sit, VOX τω άςχων, (si propiùs vis illius, non tamen obvia valde fateor, attendatur) non leve argumentum. Qvamqvam si per uocolo, divinæ qvidam splendor Majestatis extra sese quoquò modò manifestans, & creaturis quibuscumque visendus intelligatur; nihil ultra postulamus. Sed in eo præcipue caussa vertitur, utrum hæc Apostolus de Christo Jesu ante, vel post Incarnationem; seu assumptam naturam humanam. Si enim de Christo nondum naro vel incarnaro hac dici concedantur, noron bis iplam Dei Briar fi non exprimi, certe innui & includi nemo dubitaverit. Sed hoc non concedunt qvi in hac caussa nobis adversi sunt; non μος φω οθέλω tantum, sed & qvz sequentur, εν εμειώμαλ Τάνθεωσων, &c. ad conditionem servilem restringentes. At V. M. il. lorum exceptiones, in quibus, ut videtur, satis fibi fore præsidii desperabat, nihil morarus, novam, propriò fisus ingeniò, rem conficiendi rattionem excogitavit: nullò authore veteri; nullà, qvod sciam, vel vetere, vel nova versione susfragante. Sed de eo posteà suô locô. Qvod au-tem per μος φιώ 315 Christi miracula innui censet. non

non primus hoc ille censuit, & miror in re tanta tam facile sibi persvaderi sivisse. Ego libenter de verere aliquo scriptore locum proferri mihi velim, ubi potestas eximia talis, qvalis hic descri-bitur, μορφή 3εξ nuncupetur. Notissima siqvidema & vulgatissima (qvod valde solent urgere, qvi nobis hunc locum conantur eripere) fignificatione, μορφί est exterior forma, speciesve, que ex vultu, gestu, cultuve in oculos incurrit; non qvæ ex factis. Imò, μορφή, propriè talis forma, qvæ gestis admirandis & eximiæ potestati non raro apud probatissimos scrippores opponitur. Miran-da erant, si non miracula, Alexandri Magni gesta, que qui videbant, audiebantve, tanquam numen aliquod suspiciebant. An igitur qvisquana ita locururus, ut hæc Alexandri gesta, hanc vir-tutem & fortunam, seine pagolin, aut ses pagolin in Alexandro dicurus fuerit ? Certe Alexandri ipsius popor simpliciter longe alia res: de qua ita Q. Curtius; vi. v. 29. Interrité miltu Regem Thalestris intuebatur, habitum ejus haudqvaqvam resum sama parem oculis perlustrans. Quippe bominibus Barbaris in corporum majestate veneratio oft; magnerumque operum non alies capaces putunt, quam quos eximia specia donare natura dignata eft. En, ut eximin species, (Soin vel Irongens nocoli, id oft, weregoor non male vertas) eximie poteftati opponatur. Atque îta in omnibus illis locisquos indicavit. V. M. 14400 de forma corporis externa propriè, non de eximia aliqua potestate accipi-Nec igitur in Christo pegos sis, non vulgari saltem notione, de miraculis ems & eximia potenate exponi debuit; aut co nomine altera illa megors, de forma essentiali, fignificatio, quòd minus esset vulgaris & umata, repudiari. Qvod autem præterea V. M. de Mole, Dem Phoraonis dicto.

dicto, adfert, quamquam non desunt viri doctissimi qui asiam nuncupationis ejus rationem reddant; non tamen juvat ipsius caussam, quod sciam, si concedarur illi, qui divina operentur. Deos olim apud multos esse nuncupatos, aut habitos; cum non de voce Dei, sed de voce poem sit omnis controversia. Ecce, Act. xiv. 11. 12. Paullus & Barnabas divina inter Lycaonas operati, Dii nuncupari ab atronito vulgo meruère; qui tamen vulgus non popolio dissi ideò iis tribuit, sed exsertè sunique squod tantumdem ac si poepolio dixisset)

F angeren. Sed pergamus.

மிழ் க்கையும் ந்திக்கி In uno illo, quod ex Liturgia Syriaca, à Fabr. Boderiano edita profert W. M. exemplo, nihil admodum video, cur tur Syriaca: ne id qvidem, cur rapinam assumemere, vel, per rapinam sumere, pro, alienum jus, vel contra jus aliquid usurpare, sit Syrorum proprium. Verborum Apostoli longè alia ratio. Ex iis que in priore disputatione attulimus liquere possit, occom islam partim esse Hebraicam, partim verò Gracam : imò & Latinam Ad fentim verborum quod attiner, quem probat V.M. Cameronem, de quo nos antes, videtur expreflifie; & de hoc ipfius consensa, quò nostra sententia confirmetur, admodum letamur. Qvam-qvam jam olim & Theodoretus ita interpretatus, qvi & ώρπ. έχ ήγήσ. per, ε μέγα του τατέλαθε, exponit. Non multo aliter, air V. M. Plut. in Timoleome, ex apauylu irrhous. Ego ista verba in Plucarchi Timoleome quesivi, pec inveni hacteurs. Qvz proxime ad hzc accederent, illa fe mihi obtulere ; Que nowavar oi Koeinios shu xxmegia. Favent hac verba illorum interpretationi , qvi sh ipir. idem elle volunt ac fi dixiffer T. 2

xisset Apostolus, & nomari, aut nomaras: ad hanc quam tnetur V. M. quomodo pertineant, non satis assequor. Sed potest sieri ut alibi in Plutarcho occurrant, qua in Timoleonte non invenio. Sin aliter res habet, suspicor V. M. ità poriùs scripsisse, Non multo aliter Plutarchus in Timoleonte. A' way. Ex rywale, sensus est, &c. & loco alieno vel ab exseriptore, vel à typotheta distinctiones esse positas. Aliud huic planè ge-

minum naegeaux paullo post notamus,

A'm' invior chivare | Cur vo nevon ad paupertatem, 'quamquam interdum ita usurpatum inveniatur, hic restringatur, nulla caussa est. Laxior illa vocis inanitionis in genere fignificatio, advilitatem & solvedar humana conditionis, fi cum divina comparetur, exprimendam ut est magis apposita, ita & Apostoli proposito magis accommoda. Apostolo propositum, incredibilem Chris iti & weirweir ob oculos ponere, qvi ex μορφή 9:5; ad μορφίω δέλε, susceptô homine, descenderit. Deo, qvi tà ma ci mari, propriè competit omne πλήρωμα. Homine autem natô qvid levius, aut มทะตา ? quod graphice admodum divinus Plaltes ita expressio Pfal. 1x11. 10 Tantummodo vanitas funt (utor versione Junii) nati plebeio homine; mendacium funt nati præstante viro: lancibus illi simul impositi, ascensuri essent supra vanitatem: Qvod autem notat V. M eumdem esse verborum istorum sensum, qvi & illorum 11. Cor. v111.9. อัน di ทุนตีร เตาผ่าง ประเ สายาเอา ผ่า: eamdem lane argumenti vim esse, à Christi exemplo sumptam, libenter illi concedam; non & eumdem planè utrobique scopum. Hic enim propositum Paulli, ad humilitatem; illic, ad beneficentiam cohortari. Ibi igitur Christum proponit πλέσιοι, id est, in exuberantissima felicitatis possessione, ut Deum,

Deum, constitutum, pauvertatem, ut nos ditaret, non detrectantem : hic autem eumdem in æternæ fastigio Majestatis, ad humanæ naturæ conditionem, sortemque ex humanis abjectissi-mam sese demittentem. At ibi quoque V M. vocem adio aliò trahit; qvasi miraculorum potestas, & divitiæ effent natura affinia. longè aliter exempla in Sacra Scriptura proposi-Qvid Eliz potestare magnificentius? Ejus autem vita quantum à postrema paupertate plerumqve aberat? Annon & alii pariter non pauci, qvi cum Petro dicere potuerunt, Ap vesore xpurior ex varapxd iniv, o de exopp, see disapp, &c. Act. 111.6. Inde est, quod famosus ille in Historia Sacra & Ecclesiastica Simon, dira extecrationis carmen audire meruit, qvod donum Spiritus Sancti qu'o miracula (ut ex versu 13 colligere est:) patrarentur, pecuniaria æstimatione fibî comparare voluerit Act, vIII. 18 19. 20. Christus autem quatenus Deus, optime ansige indigitetur, ut qvi fons omnis boni unicus, verus dolip icon, seculares aliis divirias dispenser. 1. Chron. xx 1x. 12. cujus, terra & plenitudo ejus; Pf. xxIv. 1. alibique.

Moρφίω δέλα λαθωή Per μορφίω ε]. conditionem hominis abjectissimam & insimam qua suprema, Deitatis, opponatur, multo probabilius hic indicari, quam eo propriè respici, quad servi nihil proprium possideant, ut censet V. M. Huc pertinent verba Ciceronisi. I. Offic. c. x111. Meminerimus autem & udversus insimos justitiam esse servandam. Est autem insima conditio & fortuna servorum. Pergit V. M. Hic ponenda, ait, Agrenda incipit enim jam andesse aliud. Imò, hic incipit novum commentum, cujus alium quemvis potius authorem (si tamen ille author) suis-

fe optarem, qu'am tanti ingenii virum.

E' ομοιώμα α άθρ. γενόμ.] Notum est, & à viris doctis susè probatum, has voces, ως , ωιοιώμα, & alias similes, apud Hebræos rem ipsam passim denotare. Ita interdum & vox effigies apud Latinos, ut & imago, rem ipsam significant. Quamqu'am non dispiret qu'od ex Græcis scholiis à nonnullis hic affertur; Δια l' είπεν, ομοιωμας είνθεωων, ολι είχε hua τωτες άνθεωπον το ανίνων χια βεον το ανά (μυκοίως τεχθήναι. Εὸ igitur spectant istæ exceptiones, ut Christum, qu'i exteriori specie non alius qu'am purus putus homo apparebat, non ψιλοι ανθ, suisse innuant, nec aliorum hominum lege natum. Huc etiam tacit, qu'od scriptor Epist ad Hebr. c. x. 20 carnem Christi, Divinitati ipsus oppansam, ut Gro-

tii ipsius verbis utar, καίωπίωσμα & Græci Patres, σθαάλυμμα, nuncupant. Qvamqvam enim utraque in Christo natura pari veritate, ratio tamen & usus loquendi postular, ut à nobiliore & poriore potissimum censeatur & denomine-tur. Qvod autem V. M. per ave paure, primos homines; & per desensor, Adamum, à Paullo innui sciscit, id, ut libere dicam quod sentio, sive rem spectes, sive verba, nulla mihi veri similitudine niti videtur. Nam nullibi , qvod sciam, de primis illis hominibus, aut Adamo separatim tam divina & magnifica prædicantur, ut Christus, cui modò uopon 918 peculiari quadam rarione, tribuebatur, idem nunc Adamo & primis hominibus comparetur. Qvæ Psalmo viii. gloriose de homine canuntur, multo plures sune, qvi de toto genere, qvam qvi de Adamo † uno

† Adamo] At Pfalmum vIII. de Christo agese tâm mani-

Digitized by Google

expo-

exponunt. Adamus ad illam dignitatem, si innocens perstitisset; in Adamo autem universum genus humanum creatum. Si jus itaqve spectemus primigenium, cadem omnium hominum ratio est. Si possessionem, ne Adam qvidem tam diu suit in possessione, ut ei jure qvisqvam priva-

manifestum est, ut negati citra impudentiam vix possit. Ipse Servator nostet cum ingressu regió intraret in urbem Hierosolym, clarè completum perhibet tertium hujus Psalmi comma in sua persona & in actu isto. Matth xx1. 16. Paullus incifum Pfalmi feptimum 1 Cor. xv. 27. Eph. 1. 22. adducit & Christo ad dextram DEI sedenti adplicat pracise. Imo Hebr. 11.6. 7. 8. non obiter versus hujus Psalmi qvinctus, sextus & sequens adducitur, sed veluti ex prosesso pars ista Psalmi tractatur & ad Christum adcommodatur. D Joh. Bugenbagius, p. m. 42. extr. Interpretationis Pfalmor. edit. Bafil. M. D. XXIV. in 4to; Solent, inqvit, Pfalmum interpretare de Christi adscensione, & recte, modo Christi adscensionem intelligant ejus glorificationem, & in calis, & in terru. quando ei dichum est : sede à dextrus meu. Vide ipsum totum hunc de Christo Psalmum exponentem, quem ideo hic adduco, quia Joan. Oecolampadius in præsat. in Jesaiam, p. m. 12. sequens de Doctore nostro Bugenhagio tulit judicium : Dicitur hôc ipsô annô & 30annes Bugenhagius Pomeranus Wittemberga in eodem studio cucurriffe, bunc inquam Prophetam (Jesaiam) pralegisse, qui, si talem se gessit, id quod mihi polliceor, qualem in enarra-tione vel Psalmorum, vel Epistolarum, Deuteronomii, O aliorum sacrorum librorum, fatebor ingenue supervacaneam mean sucubrationem. Et certe illius donu non invideo, us-que aded, ut sucrum censeam à mustis talibus vinci. Hæc fi juventus imprudens nostra docta esset, & ipsi cognitio librorum & scriptorum accuratior suppeteret, eru-ditius haberemus seculum. At qvoniam Veterum scri-

privatim gratulari debuerit. Qvamqvam ne nunc qvidem adeò penitus exciderunt ea dignitate homines, ut non illa tam magnifica hominibus universim modò qvôdam competant. Hinc est qvod & apud Ethnicos haud minus magnifica de hominis dignitate & absoluto qvodam in cetera qvævis animalia imperio reperire est. Legantur qvæ Plutarchus hac de re in tractatu τος τύχης, & Plinius, Natur. Hist. lib. viii c. iv. ut alios omittam. Adami inter priscos heroas, qvorum laudes proseqvitur, c. xLiv. 16. s. xLv. XLvi. xLvii. xLviii. xLix. L. non meminit author Ecclesiastici. Aliqvid author Sapientiæ, c. x. I. s. sed parcè. Noster autem Apostolus i. Cor. xv. Christum cum Adamo ita contendit, ut discrimen inter illos immane qvantum statuat. Qvis verò credat, si de Adamo aut primis adeò parentibus cogitisset hic Apostolus, eum, τος στος aut κοθεφων s nudè ac simpliciter dicturum suisse, cùm illò, qvem diximus, locò de Adamo acturus,

pta speciem non præ se ferunt, nec à docentibus commendantur, jacent & contemnuntur velut thesaurus' abiconditus. Adde & Salom, Geiner, nostrum, in p.m. 89. Commentat. in Pialm. edit. Witteb. 1609. in fol. item Tilem. Heshus. (huncenim Theologum non facile præterire soleo, ubi ipsô uti possum) p. m. 57. Commentar. in Pfalm, edit. Helmstad. M. p. 1 xxxvx. Victorin. Strigelium, part. 1. p. m. 62. Hypomnem. in Pialinos, edit. Lipsiens. M. D. LXVII in St. B. Daniel, Cramerum, Class. Iv. Schola Prophet. Vaticin. vii. p. m. 186. f. edit. opt. Hamburg. c12 12c 1x. in 8t. D Joh. Tarnov. in Comment. in Plalmos Passional. p. m. 4. s. edit. Rostoch. 1628. Celeberr. Coccejum & Calovium in h. Pfalm. B. Joh. Muller, in Judaifm. part. 1. lib. 111. c. 111. § 27. p. m. 1360. f. & in concionib. Germanic. in hunc Pfalm. vIII. edit. Hamburg. 1628. in 12.

non contentus dixisse, açuis anteum , qvod sufficere poterat; proprium etiam nomen Adam addiderit? Tuam fidem libenter, si liceret, Vir magne, convenirem, serione in animum tuum inducere potueris ita intellecta à primis illis, ad ques scribebat, Christianis Apostoli verba; vel Apostolum in re tanta ita consultô consiliô socutum, ut à nemine intelligeretur? Certe si uspiam in N. T. isti & மிழம்க்க acceptioni locus, ibi maxime, vel Matth. vIII. 20. αι αλώ ω εκες Φωλεες έχεσι, &c. όδε ήὸς ξ άνθρώων σοκ έχή πε τω κεφαλω κλίνη vel certe, Joh. v. 27. η έξεσίαν έδωκεν αντώ η μείσιν ποιείν, όλι ψές άνθεώων έςί. At utrobique per vocem άνθεωω 🚱 abject fortis hominem V. M. intelligit, & exponit. Imò verò, qvod meritò mireris, istorum qvos indicavimus locorum posteriore, hæc ipía, de qvibus agimus nunc, Apostoli verba profert V. M. & ut nos exponimus hic, exponit & ille plane; ut à posterioribus, que non semper sapientiores, ejus cogitationibus, ad priores provocare nobis liceat libeatque. Ceterum, quod in Plutarcho laudato modò suspicabamur, illic in Daniele, aut Græcis potius interpretibus palam admiffum, qvibus ista Paulli, gnuak ivpibeis வ் வீசிழல்க டு, perperam à V. M. tribuuntur, Annot. in Euangel. p. 894. In Graco Danielis est, χήμαλι ευρεθείς ως ανθρωπ.

καὶ αχήμαι ευρεθείς ως ανθεωπ [αχήμα fimpliciter pro αξίωμα, non ignota, fateor, Grzcis locutio, observata doctis; interalios, si benè memini, & b. m. parenti non uno loco: nec ea tamen adeò frequens, ut usurparet hic Apostolus ea notione, si qvidem se volebat (qvod opinor volebat) intelligi, cùm usitata & magis.

1 5 obvia

obvia significatio filo orationis & sententiz tam benè congrueret. Εχήμα apud Grzcos interpretes, qvi ixx vulgò dicunur, semel tantùm, si sides Concordantiis illis, qvarum side passim nituntar & eruditissimi:) occurrit, & rem sædam designat, cujus in publico conspectus & expositio, abjectissimz in sacris libris & deploratissimz conditionis indicium esse solet. Nempe, qvod Esaiz c. 111. 17. in Hebrzo, runy rung vertunt illi, κ κύριο κάπαλυψή δ χήμα ανίδι. In N. qvoqve T. semel occurrit, (I. Cor. vII. 31. Σάνος δ χήμα δ κόσμο δίντε) in Paulli nostri verbis: qvô ille verbô rerum mundanarum δ κικέν & inane, (ut Grzci patres observant) egregiè perstrinxit. Cum voce & πρίδι, & & ωπέσωτιε νοκ χήμα conjuncta sape apud Grzcos scriptores reperitur: ut apud Plutarchum, χήμαλι ἀταπείνωτω, in vita Coriolani.

Octave de saupe Sunt qui contendant (ut hoc en 3 meins de saupe sunt qui contendant (ut hoc en 3 meins de dam) crucem, servile supplicium non rectè dici, cùm neque omnes servi, & qui non servi haud pauci eò suppliciò assecti sint se sed argumentò, si quid ego judico, levissimò se cùm ita serat omnium lingvarum consvetudo, nt ab eis que vi simì so mon que semper ac necessariò, nomina rebus indantur, & loquendi modi sluant. Nam crux alioquin non propriè fupplicium servorum quatenus servi, sed quatenus

[†] Non proprie] Pæna verò plerumque erat erux, ad quam verberibus agebantur scelerati. Unde Manius Acilius Prætot apud Livium, lib. xxxIII. e. xxxvI. servorum, qvi Hetruriam insessam secrant, alios pugnando vecisse, alios verberatos crucibus adsixisse, qvi principes conjura-

mus λμεσι & κακθεγοι, five facinorosi. Propriè igitur locurus est Plutarchus, cùm de tyranno quodam cruci assixo, aut eo certè suplicii genere, qvod apud Gracos Romana crucis rationem habebat, assecto, τη ζών απαχθείς, του λρεσι λρεσι λεσι του τους; non, οι δύλοι dixit.

Hæc erant, qvæ V. M. commentationi, folo veritatis studio, opponenda credidimus. Qvoniam autem memoriam ejus bonis omnibus & doctis pro maximis ejus in Rempublicam litera-

riam

jurationis suerant, dicitur. Sie servi, qui conjurârant de occupandis arcibus & Urbe locis aliquot incendenda, αιεσκολοπίωθησαν άπαν/ες, omnes in cruces acti funt; dicit Dionys. Halicarn. lib. v. p. m. 317. v. 47. edit. Lipfiens. M. DC. XCI. in fol. Apud Appianum Alexande. hb. 14. Bellor. Civil. p. m. 1018. edit Amstelod. 1670. in 8t. cum servus qvidam aurum a domino abditum prodidiffet Centurioni Bruti in id millo, cumqve omnes domestici ducerentur, filente domino, mater, ut filium servaret, exclamat, à se aurum absconditum: ubi servus non rogatus, mentiri matrem, & à filio aurum occultatum coarguit, Brutus, laudatâ tûm juvenis patientia, tum matris pietate, utrumqve cum auro dimist incolumem : 🕈 3 olzórlw , we sou F agayna. 👁 imibuddomie bis demirais, ongemarer, ferrum, qui negviter heris infidias struxerat, cruci suffixit: atqve adeò Gracchus in oratione sua apud Livium, lib. xxIV. c. xIV. crucem supplicium servile vocat. Variatum, côdem auctore, lib. xxx. c. xxxx. extr. ubi, de perfugis gravius, inquit, quam de fugitivis consultum: nominis Latini qui erant, securi percussi, Romani in crucem sublati. Appianus sub initium libri tettii Bell. Civil. p. m. 85%. supplicium servorum tradit suspendium, ingenuorum verò de rupe Tarpeja vertiginem. Quicumque capi potuerunt, scribit de Scytharum servis Justinus, 11. v. 6. supplicia crucibus lucrum.

riam meritis optamus esse charam, qvæ de tanti viri & 1826, & vitæ catastrophe amicorum qvorumdam ope & beneficio ad nos pervenerunt, eorum Lectori candido & ingenuo, prout Amstelodami sunt edita, copiam ut sacerem, & hic insererem, facile à me impetravi.

Hugonis Grotii † p. m. ultima; qvibus Joanni Qvistorpio, S. S. Theol. D. Profesfori, Facultatis ejusdem Seniori, & Primarii Templi Rostochiensium Pastori, suum ob peccata dolorem, & spem salutis confessus est.

Vontendis à me , N. N. ut perscribam , quem , mundo huic valedicturus, Literatorum Phænix Hugo Grotius se gesserit. En, paucis id babe. Conscenderat ille Stockholmia navim, qua Lubecam ferretur, vehementibus per triduum in mari jactatus procellis, naufragium patitur. & æger ad Cassubiæ litora appellit. Inde perquam incommodô curru, pluvià tempestate, per Lx. & plura millia-ria, tandem Rostochium nostrum devehitur. Dever: tit ad Balemanniam. D. Stocmannum Medicum advocari curat, qui ætate, ndufragio, incommodis itineris fractas vires advertens, vite terminum imminere præsagit. Secundô ab ingressu in banc urbem die (qui St. Vet. erat XVIII. Augusti) me borâ nonâ vespertina ad se vocat. Accessi, propemodum in agone Virum constitutum offendi : compellavi,

† Habes hanc ipsam B. Qvistorpii epistolam in B. Joh. Adami Osiandri Prolegom. in Hugon. Grot, de Jure Belli & Pacis, p. m. 29. s. è cujus stilo Nathanis Chytrai discipulum agnosco.

vi, & me nihil maluisse affirmavi, quam ut mihi cum ipso incolumi sermones sociare licuisset. Regeris ille, Ita Deo vilum fuit. Pergo: ut ad beatam emigrationem se componat, peccatorem agnoscat, super commissa doleat, moneo; quumque inter loquendum Publicani peccatorem se fatentio, & us Deus sui misereretur precantis, meminissem : Respondet , Ego ille sum Publicanus. Progredior , ad Christum, extra quem nulla est salus, ipsum remit-Subjicit ille, In solo Christo omnis spes mea est reposita. Ego clarà voce precationem illam Germanice recitabam ; Herr Jesu Christ wahrer Mensch und Gott, &c. Ille complicatis manibus, submissa voce me insequebatur. Quum finivissem, quesivi an me intellexisset: Respondit, Probe intellexi. Pergo illa recitare ex verbo Dei , que jamjam morituru in memoriam revocari solent. Queros an me intelligat? Resp. Vocem tuam audio, sed qvæ singula dicas, difficulter intelligo. Quum bæc dixisset, plane conticuit, & brevi post, spiritum exhalavit, in puncto duodecimæ nocturnæ. Habes Catastrophen vitæ, ab Grotio summo Viro attæ. Cadaver Medicis post commissum est. Intessina lebert abeneo imposita, ut in templi apud nos primaris Mariæ Virgini sacri locum honoratissimum reponerentur, à templi præsectis facile impetravi. Molliter cineres cubent. Vale. Dabam Rostothis propridie Michaelis, Annô CIO IOC XLV.

Amsterodami, Anno c12 120xLv.

Tuus,

J. QVISTORPIUS:

Longior fui in his Apostoli verbis qu'à explicandis, qu'à vindicandis, qu'am fore me initiò credideram; aut certè pravidere poieram. Sed cum quanti res momenti agatur cogito, & quali quantoque cum vivo res mihi fuerit, impensa opera minimè poenitet,

Poterat hoc exemplum sufficere. Sed quia de Verbis hac opella nobis suscepta est, locum de verbis in Euangelio, non saus, ut nos quidem puramus, hactenus explicatum, & super eo loco sententiam nostram superpondii quasi loco ad-

jicere visum est.

Domini nostri & sove illius zterni & srades de verbis in communi virá prolatis hac est sententia, Matth. x11.26.

Λέγω ύμιν, ότι πων ρήμα δογον ο έαν λαλήσωση οι άνθεωποι, Σποδώσεσι αθλ αυτέ λόγου

εν ήμερα κρίσεως.

Açvov pinus de otiosis verbis, quatenus seriis opponuntur, accipiunt uno consensu interpretes. Sunt qui ad falsos sermones extendunt; sed extendunt tantum. Eò enim & ipsi relabuntur, ut de minimis per aggravationem peccatis ad maxima, Christi procedat argumentum. Aggravationis autem in his verbis statuendæ hæc illis caussa, ut sit aliqua cum præcedentibus verbis cohærentia. Quæ tamen per hanc interpretationem tum præcedentibus, meò judiciò, obscura; cum sequentibus verò, si quis animum diligenter advertat, omninò nulla. Nisi quis id Christum præcisè voluisse, (quod alibi non semel ab ipso negatur:) crediderit, non tam ex sactis unumquemque quam ex sermone suo serio vel otioso à Deo judicandum. Doctissimus Chemitius ad hunc locum; (c.lix. p. m 597.b.) Videtur

sur enim longa illa oratio Christi perturbata esse, in qua argumenta non satis cobæreant: sed planissima erit, si observetur eam reservi ad singulorum judicia, &c. Haud absimilia & alii nonnulli interpretes: quà quidem connectendi ratione vel Sibyllæ solia cohærere possint. Adde quod γνο ρόμω vel χρος λόγφ de otioso, ut vulgò capimus, sermone apud veteres scriptores Græcos non adeò vilgare. Λ'εγος autem ille λόγφ, veterum scriptis & disputationibus in caussa de arbitrii libertate

celeberrimus, alia longè res est.

Qvid igitur, inqvis, servis hic? qvod ipsa vis verbi svadet, & etymologia; sermo re cassius; aser , sine opere: non ex intimis animi sensibus promptus, sed in ore natus; sictus & simulatus: vel, ut vulgò loquunur, hypocriticus. Ita enim vulgò contingit, ut veros sermones ex corde promptos opera sequantur illis consona; & inde servis, pro sicto quoque & simulato sermone sumi possit. Solere autem serias opponi si ciservia, vel ex uno discamus Hierocle. Verba ipsius quia sunt eximia, & eò quidem libentius ut de præstantissimo opere benè mereamur, adscribere non pigebit.

Hierocles igitur in Carmina que vulgo perhibentur, Aurea Pythagore, quodam loço ita commentatur: Οὐτε βο μόνον στοθυμικός δώ τὰ καλὰ, ὡς ἐφ' ἐαυτοῖς ὄντα κατορθώσαι ἢ χωρὸς β ઉτε συνεργείας ' ἔτε ψίλῆς τὰ Εὐχῆς τοῦς λογισμοῖς ἐρκῶκ, μηδὲν ωτὸς τἰω κῆσίν τοῦς λογισμοῖς ἐρκῶκ, μηδὲν ωτὸς τἰω κῆσίν το ἀτηθέντων στοσφέροντας ' ἔτω βο ἢ ἄθεον ἐγετίω, ἀ οἴόνὶε τῦτο ἀπῶν, ὅπιτηδόσομψι. ἢ ἀνενέργητον Εὐχίω' ἀποις ἐργὸν, ἀκλύσς τὸ ἐκοκῶς τὰ ἐργὸν, ἀκλύσς τὸ ἐκοκῶς τὰ ἐκοκῶς τὰ

Euxis to deashplov. Vertit ibi interpres ; Nes que enim que bonesta sunt ita solum debemus suscipere, tanquam ea ipst per nos nulla Dei ope possimus gerere: neque rursum ita nuda Precum rutione contenti effe, ut nibil ad ed paranda, que petuntur, adjiciamus. Ita enim aut virtutem, qua Dei sit expers (si fas id dicere) amplectemur; aut preces inefficaces: quorum quidem alterum eo ipso, quod Deo careat , virtutis naturam prafocat : alterum autem, quia iners, precum resolvit efficaciam. Decepit interpretem falsa lectio. Legendum enim, non f iven, fed & duyns co deusheron. & vertendum , Alterum autem , animæ resulvit vigorem ; vel si mavis, efficaciam. Sed & illud averignete έυχίω, preces inefficaces, ambiguum est & obicurum. Verte potius, preces ignavas & inertes; in πολυθεύ καθο illum λέγου λόγου, de quo supra; interpretatur Cicero ignavam & inertem rationem.

Idem ibidem aliô locô, Διχῶς ης ὁμαρτάνομνω ἢ τὸ μὴ δέον ποιήσαντες, ὁ Διὰ ξ παρέθων
δηλαται ἢ τὸ δεόν μὴ ποιήσαντες, ος ἐω΄ αὐτῆς
κεται λέξεως ΄ ἀιλο ρ το για ξ καλα, ἢ ἀκο
ἐνέργεια ξ αἰαρεξ. Peccamus enim duplici ratione: vel cùm facimus quod non decet; quod tranfgressionis verbò significatur: vel cùm non facimus
quod decet; sicuti verbis exprimitur. Aliud enim
est ab eo cessare quod honestum est; & aliud id facere quod turpe.

In his τω αρίαν opponi palam τη συσγείω, vel '
ηη πεωξή inemo non videt: Sed & in N. Τ΄ tam
in Christi verbis, τι ωδε ες ήκατε δλίω τω ήμεεαν γογοί; Matth. xx. 6. qvam Petri verbis,
ταῦτα γο ύμιν ἀπάρχονια η πλεονάζοντα, σου
χέγες

ઝુંજુ પ્રેક હેતે દે તાર્ત્વ તારક મની દાવાર લંદુ ની &c. 11. Petri 1. 8. VOX αργοί côdem plane sensu occurrit.

Qvid multa? Qvod Demostheni μάται λόγΦ, id Christo, nisi valde fallor, ἀρον hìc ρῆμα. Demosthenes in Olynthiaca secunda: ἄπας μξω λόγΦ, ἀν ἀπῆ τὰ πεάγμαλα, μάταιον h Φαίνεται κὰ κενὸν id est, Omnis sermo, quem resipsæ non consequentur, vanum quid & inane deprebenditur. Idem in oratione ad Philippi Epistolam, Μάται Εάπας ές) λόγΦ, πεάξεων ἀμοιρΦγενόμενΦ. i. e. Omnis sermo, factorum expers, vanus & inanis est. Qvæ Demosthenis, elegans seriptor Philo Judzus in Vita Mosis lib. 111. ita pluribus expressit: Λόγκ δ΄ ἀρα κόξεν όφελΦ ξε τὰ καλὰ κὰ σωκδαῖα σεμνηγορενίΦ, μὰ μὰ σείσες το οκείων ἀκολκθεία πεάξεων.

Hic expositione, verborum cohærentiæ qvàm bene consulatur videamus. Christus igitur postqvàm qvàm grave sit contra conscientiam in rebus maximis, id est, in rebus sidei, qvæ ad Deum proximè referuntur, aliqvid aut agere aut loqvi, docuit; eamdem porrò materiam de cordis & oris in vita communi dissidio latiùs proseqvitur. Progenies, inqvit ille, viperarum, qvomodo potestis (i. e. sustinetis: insignes illos hypocritas fuisse satis notum est:) benè loqvi, cùm vestra vos opera & vita malos este convincant? Cur naturæ ordinem pervertitis, cùm ita f natura

[†] Omnu enim motus animi suum quemdam à natura habet vultum, & sonum & gestum, totumque corpus hominu, & ejus omnu vultus omnesque voces, ut nervi in siddou, ita sonant, ut à motu animi quoque sunt pulsa. Cic. de Orat, lib. 111. C. 1911.

comparatum sit, & ideo sit institutus sermo, ut verba cogitationum cordis essent symbola, & quasi vehicula. Ita solent homines vulgo ex penu fuo qualicumque non alia depromere, quam qvalia condidere: boni, bona; mali, mala. Vos aliter, qvibus alia loqvi, alia sentire nulla religio est. Ego verò dico vobis, omnis omnino verbi qvod contra animi vestri sententiam temerè & vafrè profestur à vobis, reddendam vobis olim coram tremendo Dei tribunali rationem. Et hac ipsa vestra speciosa oratio in certissimam vobis cessura est perniciem. Inde enim palam convincemini non vos quod rectum effer, (unde enim alioqvin speciosa illa oratio?) ignorasse; sed quod faciendum esset, rebus ipsis & opere præstare noluisse.

Conferantur hæc Christi cum iis qvæ S. Jacobus c 111. à v 7. ad 14. Non parum lucis inde foenerari licet, si qvis singula accurate componat. Non igitur de minimis, & ut Tertullianus alicubi, qvotidianæ incursionis peccatis loqvitur Christus; sed, ut ego sentio, de gravissimo eodemqve communissimo; hypocrisi nimirum, fucata-

que ad decipiendum oratione.

Porrò id genus homines apud omnes cordatos & probos qu'am malè semper audierint, liqueat vel ex celebratissimo illo Poetarum principis di-

sticho, Od. z. v. 156.

Εχθρος γάρ μοι κείν & όμως άτδαο πύλησι, * Ος γέτερον μεν κούθη όνι φρέσιν, άπλο δε είπη Homerum imitatus est, qvi vulgo Phocylides. Γλώρτη νεν έχεμεν, κρύπτον λόγον όν φρέσιν ία dv: Lingua mentem proferto: occultum autem in animo fermonem vitato. Verbi έχειν ambigua significatio dece-

^{*} Hunc versum in Homero adhuc qværo.

decepit interpretes Phocylidis, ut in contrariam plane sententiam verterent. Idem paullo post,

Μηδ' ετερον κεύθης κραδίη νόον, αλλ' αλορεύων. Μηδ' ως πείροφυής πολύπης κατα χώραν αμείθε:

Mirifice huc facit veteris poetæ Pacuvii gnome, qvam Macedo Philosophus vir bonus (ut de eo testatur A. Gellius †:) scribi debere censebat pro foribus omnium templorum: Ego odi bomines ignava opera, & philosophica sententia, Nihil enim-fieri posse indignius, (ut ibidem Gellius,) neque intolerantius dicebat, quam quod homines ignavi ac desides, operti barba & pallio, mores ac emolumenta philosophiæ in lingvæ verborumque artes converterent, & vitia facundissime accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes. His verbis, pulcherrime & uberrime vis vocis après explicatur. Hi sunt quos Epictetus, vita laudatissimus ipse philosophus, philosophos केंग्डी गर्ड महर्का निया महिर्द्ध गर्छ diven, factis procul, verbis tenus, solebat appellare, ut pluribus docet idem Gellius, lib. xv11. C. XIX.

Hæc nostra super hoc loco sententia: qvam qvidem non eò animò proponimus, ut pro ratis & sixis habeat qvisqvam, qvæ nobis verisimilia videntur: sed ut accuratiùs expendendi & ampliùs de iss cogitandi materia aliis suggeratur: & refellere, (qvod ait ille) sine pertinacia, & refelli sine iracundia semper parati

Claudam hoc de Sacra Scriptura & Theologia caput, Niceph. Gregora de Sacra Scriptura stylo verbis, & observatione ab hoc loco non aliena: qvi Nicephorus in aliquum librorum penuria hac ipsa scribenti sortè erat ad manum. Ita igitur ille; K 2

Ευρίσπομεν ποχαχή το θέας γραφής επίκου ψίν Ινα τοις ονόμασιν σποκαθημίμω ως το εικός διο το Εφικών θάλαμοι κο όπόσα άνθρωποις ιεράτε κο Ιμια το εξακαθημίμω ως το εικός λα άλλοις καλύπονται, ίνα μήτε δήμοις άνοσίοις πορκέμενα κιβθηλεύηται, μήτε πελφρονήται διώ το τλαταλή μεως πρόχειρόντε κο άπονον. Ετω το καταλή μεως πρόχειρόντε κο άπονον. Ετω το καταλή μεως πρόχειρόντε κο άπονον. Ετω το καταλή μεως πρόχειρόντε κο άπονον επω το καθάπες σο είνος μοσιν το πετά (μασι καλύπονται τοις τοι ετοις ονόμασιν στα πολύν τηνόφον δητούρονται, κο πύκλω αὐτων την προφηνήν αὐτων. Ιθενται, κο κύκλω αὐτων την σκηνήν αὐτων.

Ove ibidem Latine ita redduntur: Sape in sacra Scriptura verbis nonnulla involvuntur, uti consentaneum est. Ut enim regum thalami, aliaqve qua sancta & magno in pretio habentur, aliis atque aliis velis occultantur, ne à rudi vulgo profanentur, aut quia omnibus absque labore pateant, contemnantur: Sic etiam plurimi S. Scriptura loci, ii prasertim in quibus arcana quapiam doctrina continetur, tamquam velis quibusdam, ita serbis talibus absconduntur, qua multam caliginem secum trahunt, & tenebras lectorum oculis offundunte.

† Alludit ad Plal. xv11. 12. secundum versione m Græcorum : qvod non advertisse videtur Interpres No.

* Adjiciam ego memorabilem locum Conradi Pells cani è præfatione ejus in Tomum I. Comment. Bibl. p. m. 5. edit. Tigurin, m. p. xxxII. in fol. Qvanqvam verò divinitus hac inspirata scriptura Canonica plantanda pietati.

USU; DIATRIBA. 149 A THEOLOGIA ad JURISPRUDEN-TIAM, transcamus: qvam, si qvis in ejus, qvalis

tati unice destinata sit, contineásque verba vitalia, unhu ad docendum, arguendum, corrigendum, erudiendum in justitia. ut ad omne opus bonum homo Dei paratus T integer sit: qua-stionibus tamen alicubi difficilibus respersa est, non omnibus obvia solutionis, sed que poscant altiorem investigationem, uon ut simpliciores T hebetiores arceantur: cupit enim pater luminis omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, sed probabiles ob caussas. Primum enim adfert admirationem obscuritas circumfusa scriptura sacra & reverentiam, ne ut trivialis contemnatur. Que doctiorum etiam ingenia exercet, nimirum sapientissimum suum authorem referens. Unde homines in admirationem eloqviorum O majestatis divina tracti, diligentius inquirant de rebus illus saluberrims : sicut & David ait , Pl. cx1x. 129. Mirabilia testimonia tua domine: ideo scrutata est ea anima mea. Dein-de per involucta sacrarum literarum, homines iguavi & socordes, ut indigni margarite incomparabilis excluduntur, quod sacra scriptura intellectus obvenire tantum solet cupidis, O studiosis pervestigatoribu justitia O veritatis. Vobis, inqvit Christus, Matth. XIII. 11. datum est nosse mysteria regni calorum. Ad hac sortis nostra nos admonet eloquio-rum Dei difficultas, & commendat auxilium domini requirendum, ut resistentes velut ad obstaculum quoddam, cogitemus quam sit obtusa acies mentis nostræ, quam infirmus captus rerum calestium, quam simus omnino nihil, nisi gratia-nobis Dei adsistat, ad quam confugientes foutem omnis scientia O virtutis agnoscamus, grati ad benesicia Dei. Prastat prætereà hæc scripturarum obscuritas piis, ut res percepta jucundiores sint, O tenacius memoria hareant, gratiora sint, que non contigerint otiosis & dormientibus, verum in-dustria, curà, vigiliis, laboribusque nostris parta sint. Po-stremò ne sit omnium scriptura interpretatio, quum pro pul-chra varietate in vita mortalium permutationeque officiorum, alter alterius opera indigens, von omnia prastari possint ab K 3

lis ubique ferè obrinet, usum inquirat, fontesque adeò ipsos penitus introspiciar, in verbis eam ple-

omnibus. Dum illum Deus vult terram colere, alium opificium fabrile agitare, hunc merces circumvehere, istum jus civile tractare, hunc forenses caussas dicere, hunc valetudinem corporis procurare, alium alli arti bonz deditum effe, ad instituendam, conservandam, O excolendam vitam. qua distinctione munerum suboritur materia & sovenda charitatis occasio sese inter homines obligandi. Sic placuit etiam sapientia aterna, religionis quossam antistites esse, C 1859-steriorum calestium dispensatores. Qui ab omnibus aliis ne-gotiis vacui, sotos se impendant divinarum scripturarum meditationi, eas versantes die noctuque, qui prompta memoria O judició exercitato, per omnes sacrorum tibrorum qua-stiones, facile ad interrogata quavis respondere queant, O mentem Dei exponere. Hot ceteri observent tamqvam pu-blicos magistros calestis philosophia, audiant, obtemperent veluti spiritualibus parentibus, ad illos reserant, si quando nodus incidat vindice dignus, ac quod ex oraculis Dei responsum fuerit, gruti recipiant. Quales olim sacerdoies erant Levita & Propheta, de quibus Malachias, c.11.7. Labra facerdotis cuftodiunt scientiam, & legem requirent ex ore illius, quia angelus domini exercituum est. Hujus ordinis sunt euangelii manife-stati temporibus Apostolici viri, Episcopi, & doctores Ecclesiastici: hoc muneris gerentes, ut leges divinas, canones scripturarum divinarum, verbum Dei pie interpretentur, homines in via salutis dirigant, errantibus iter monstrent, repugnantibus veritati os obstruant, & delatus ad se res dubias ex sententia verbi divini decidant. Sed nec inter illos verbi Dei ministros cadem distributa est mensura spiritus, ad scripturarum sacramenta eruendum. Uni namqve uberiorem gratiam Deus impertitus est, alteri parciorem: buic ut gratior & accommodatior eset concionibus publicis, illi non ita. Qvin & eidem praconi, O scripturarum divinarum explanatori, non omni tempore affluit par facultas dißerendi res celesles. Un-le qvidam intra septa Ecclesia sua viventes, seduli in sacris fui s Digitized by Google '

plerumque vel ambiguis distinguendis, vel obscuris elucidandis versari intelliget. Ipsas qvidem leges, que verz tales, id est, rationi consenta-nez sunt, ab alio longè sonte, naturali zterno-que, repetendas, divinis illis suis Cicero, quos de Legibu post Platonem conscripsit, libris accurate probavit. Nos verò cum Jurisprudentiam dicimus, eam intelligimus artem sive peritiam, quæ legum non conditrix, sed interpres est. Cùm verò in tanta verborum paucitate, rerum (ut non unus queritur Aristoteles:) infinitati minime respondentium, mutatis præsertim moribus, facile subrepat ambiguitas; atque ipsa vetustate tanquèm sipariô quodam veterum legum sermo obductus à paucis intelligatur; latus hinc consulto-

rum Juris industriæ pareat campus necesse est.

In pactis etiam, federibusque, quorum vel privatis inter se, vel integris populis & regnis ad tuenda commercia quotidianus usus est, concipiendis & interpretandis, magnæ interdum oriuntur super verbis controversiæ, in quibus ad Juris

con'-

suis officiis, populo suo spiritualia pabula sufficienter exhi-buerunt, non tamen sic splendide ac opipare, ut ab alio quo-que ecclesastico grege simili fructu resectionis percipi potue-rint. Quorumdam verò interpretationes tamà gratia promanarunt, ut non unam duntaxat credentium congregationem rigarint, sed velut torrentes impetu decurrentes etiam procul positus foecundarint, exceptoris vel dictatoris styli opera derivata. Quadam non per illud solum tempus in pretto suerunt, quò sunt edita, sed tanto savore atque auctoritate recepta, ut omnis posteritatis approbationem meruerint, velut Commentaria Origenis, Chrysostomi, Basilii, Cyrilli, Hieronymi, Augustini, Ambrosii, & similium qvi leguntur in omnibus Ecclesiis Dei , ut scripturarum interpretes maxime divini, ernditi orthodoxi catholici. . K 4

consultos recurrendum est. Quale quod alicubi notatum Ciceroni de vera verbi comiter significatione, quod in sedere quodam Romanorum pro communiter esse positum nescio quis, in caussa ipsi adversus, contendebat. Nuperque adeò de verbi Conventus usu verò legitimoque diu multumque in Synodo Tridentina, pendentibus interim maximi momenti rebus suspensisque ob hanc unam voculam potentissimorum principum literis & ne-

gotiationibus, litigatum est.

Sunt preterea à Juris consultis excogitate partim ad pompam, partim ad questum formule, in quibus non tam rem ipsam, qu'am solennia verba spectari, ut à qu'ibus vel in minimo apice discedere sit nesas, res ipsa loquitur. Non immerito igitur Labeo Antistes Jurisconsultus antiquis celeberrimus, ab hac verborum peritia ab A Gellio lib. x111.c.x. precipuè celebratur; In Grammaticam, inquit, sese atque Dialetticam literasque antiquiores altioresque penetravarat, Latinarumque vocum origines rationesque percalluerat, eaque pracipuè scientià ad enodandos pierosque juria laqueos utebatur.

Hinc etiam qvod non modò De verborum fignificatione peculiaris exstat & accuratus in Pandečis tractatus: sed in reliqvis etiam Juris istius libris, ut & Principum Constitutionibus de verbis tam multa passim reperiuntur. In Justiniani certè, ut alia omittam, Novellis, καὶ ὀξεδιής οιρμάτου, item καὶ τ τ παλαιών οιομάτων στιμότου, insignes aliqvot loci: Δια]. 17'. Τὸ τ λαμακονιάτων, &c. Δια]. 11'. Εἰ μὴ βᾶτ]οι ἐπανάγοιμὸμ, &c. & alibi passim. adeò non contemnenda aut otiosa resest, verborum cura; qvam ad suam curam pertinere magni Imperatores sibi laudi duxerunt, & adeò publici interesse crediderunt, ut qvibus legibus

gibus publicæ saluti & securitati providebant, iisdem & verborum proprietati, non minori prope

follicitudine, caverent.

Ceterum locus hic de verborum minutiis & apicibus ad Juris controversias decidendas qvia à Cicerone in Oratione pro Cacina in utramqve partem accuratissime pertractatus est; ista autem Oratio qvia ob verborum qvorumdam rituumqve veterum ignorantiam multa caligine obsepta est, nec adhuc à qvoqvam, qvod sciam, satis illustrata: nonnulla qvæ ad ejus intelligentiam b. m. parens sibi commentatus in Adversaria sua retulit, hic in usum lectoris depromere non pigebit.

I Ex jure manu consertum vocare.

In rem præsentem venire. Interdictum, Unde vi.

Moribus de fundo deduci. Veteris suris Romani cui

Veteris suris Romani cum alia sunt qvæ per sicionem qvamdam gerebantur: tum inprimis qvæ ad bonorum possessionis controversias perti-Moris enim fuit quoties de agro quopiam instituebatur controversia, ut litigatores de amicorum sententia diem inter se sumerent, qui die in rem prasentem, h. e. in agrum illum una venirent, & in eo agro vim alter alteri faceret, & de fundo deduceret. sic enim ait Cicero 11. 228. de Cacina, eum voluisse, de fundo moribus deduci vel detrudi, qvod fuit olim verbum legitimum. 2. p. 223. Atque hoc vocabant, Ex jure manu consertum vocare vide Gell. lib. xx. c. x. qvi vim hanc non veram & solidam, sed sictam & simulatam, vim civilem & festucariam vocat. Notandum verò quod ille ait, olim prætorem cum reis in rem præsentem venire solitos: posteà institutum ut vis festucaria sine, eo sieret, & ut inde aliqvid, pura glebam, in urbem ad prætorem K 5

deferrent, & in ea gleba tanqvàm in toto agro vindicarent. Deinde qui detrusus erat à Pratore ex edicto ipsius postulabat, ut unde vi dejectus esset, cum possideret, eò restitueretur. Prztor de-cernebat, ut in caussa Czcinz sactum: Czcina verò qvi jussus erat restitui, cum ab Æebutiopeteret, ut se restitueret; respondebat adversarius, se restituisse; Cæcina verò se restitutum negante, sponsio facta est de more. Porro mens Æebutii se restituisse dicentis suit, se edicto Przetoris paruisse, qvi non aliter scilicet restitui juberet, nisi fuisser ejectus: atqve ejectum fuisse aut omnino potuisse ejici ex eo fundo Czcinam negabat Aebutius: cum qvidem, inqviebat, fundum illum Cacina nunquam possederit. Post sponsionem factam Recuperatores sumebantur, apud qvos qværebatur restitutusne esser annon, qvi suerat jussus restitui Hôc autem judiciô ita adumbratê reverà nihil aliud quarebatur, qu'am uter possideret. Nam si dejector adversarium dejectum non possedisse probare poterat, vincebat, & edi-cto prætoris paruisse judicabatur. Qvippe qvi non aliter restituere jussifiet, nisi possessor verus fuisset dejectus. Obsecto verò quanta hic am-bages & circumductiones ut tandem ad suum jus posset avis pervenire.

Sape autem factum ut pro ficta vi, vera fieret; & adhiberentur armati; qvod ab Aebutio fuit factum, tum erat locus Pratoris interdicto DE VI HOMINIBUS armatis. Cicero. 11.229. At ex ejus p.232. apparet solitum fieri, cum ad vim faciendam moribus veniretur, si qvos armatos qvamvis procul conspexissent, ut statim testificati discederent, optimeque sponsionem facere possent, NI ADVERSUS pratoris edictum vis sales effet: Multa ad hanc tem videbis Ciceron. 11.

Digitized by Google P, 341.

p. 341. Ubi sane verissimè mihi videtur Cicero

istiusmodi Juris figmenta, &c. Hæcille.

A JURISPRUDENTIA ad MEDICINAM transitum faciemus, illustri elogiò in jure Romano nobilitatam; Hieronymo, severo alioqvin centori, scientiam mortalibus vel utilissimam. Ut autem nulla omnino est scientia, nulla ars sive liberalis sive sellularia, que non habeat sua inferre vocabula, quorum cognitio ad artis perceptionem plane necessaria *; ita nulla que tot ejusmodi verbis & nomenclaturis abundet, quot ars Medica. Vel fola morborum nomina, quanta turba, qvàm densum agmen, cum unius alicujus particula ultra centum vel bis centum varia πάθη proclive sit enumerare. Jam herbæ, jam pharmaca simplicia & composita, jam rei anatomicæ propria: qvalis & qvantus apparatus, qvam infinita supellex, si qvis omnia diligenter percen-seat? Horum omnium proprietates & differentias accurate pernoscere operosum magis sit, an docto medico necessarium, non facile dixerim. Qvod vulgò perhibetur ad rerum cognitionem verba conducere, de Medicorum verbis id tanto magis dixerim, qvod pleraque, cum Grzcz fint originis, qvz in componendis verbis supra omnes alias lingvas audax, & felix est; naturam aut proprietatem aliqvam rei, cui sunt imposita, magnam partem satis feliciter indicant & exhibent.

Sed difficultatem non parum auger, qvòd verba antiqva cùm remaneant, usus tamen in multis immutatus est, ut idem verbum, (herbæ puta, aut radicis alicujus; vet etiam morbi fortasse:) aliud

^{*} Cic. lib. 111. De Fin. c. 11. Ut omittam has artes elegantes & ingenuas, ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi vocabulu uterentur nobis incognitis, usitatu si-

aliud nunc vulgò significet, qu'àm olim vel Hip pocratis ærate, vel Galeni. Qu'a de re cum multa passim notata sint à Medicis, tum verò non contemnenda quadam à doctissimo Bellonio, Observationum suarum lib. 1. c. 11. Qu'àm periculosus autem error in istis sit, in qu'ibus vitæ ac necis res agitur, qu'is non intelligit? ut si vel herba aliqua, cum in multis magna sit literarum assinitas, qu'arum tamen est natura diversissima; vel etiam morbus, in tanta caterva nominum,

alius pro alio fumatur.

Imperitiam sui temporis Medicorum notat alicubi Galenus, qvi cum servyees † in Hippocrate
suo legerent, nec & vyee puram putam vocis esse (ut loqvuntur Grammatici) terminationem
intelligerent, sed vyee nescio qvid à divino sene
qvasi composità voce innui (qvod Galenus allatis
ex poetis veteribus exemplis refellit,) somniarent: homines ridiculi, sed non ridendo ab illis, qvorum intererat, errore, agrotis suis sua
somnia propinabant. Comperi vulgò, air Plinius, lib. xxix. c. i. Historia Naturalis conditor, pro cinnabari Indica in medicamenta minium
addi, inscitià nomini, qvod esse venenum docebimui inter pigmenta.

Hoc Plinii in mentem mihi reducit qvod nuper in Gallico libro, de auripigmento legebam. Solent multi, qvibusdam non de plebe medicis ita jubentibus, ad amoliendum pestis contagium, ersenici sive auripigmenti (qvod orpin vel orpi-

ment

[†] Hze eadem vox, sed in contraria notione posita, Aristomacho Duci, non intellecta suit exitio: κ το Α-Ειτόμαχω κ τινοηκώς των εινόηρων, τ μων πόςθων κ ως Γριάς καθιλοίκ, τ βίου καθιλοίκ. Τheodor. Θεραπ. lib. x. Vide & Euseb. Prapar. Euangel. lib. v.

ment ex auripigmento corruptô contractôqve vocabulô vulgo vocant) facculos de collo suspendere. Hunc autem morem celebris libri qvi Mediens Pins inscribitur, Author vehementer abominatur, idqve planè contrà non paucis cessisse, qvi hoc amuletum gestantes, vim ejus non salutarem, sed exitiosam sint experti, ex aliorum side comprobat. Qvia autem nulla plane ratione niti hunc usum contendit, qvis tam fatuo mori invehendo caussam error præbuerit, inqvirit; & hanc suam (ingeniosam certe, an & veram, aliorum esto, qvi profitentur ista, judicium:) conjecturam proponit. Cassiam aromaticam, ait ille, vocant Arabes Darsen; nos, auripigmentum vulgo (quod nemo nescit) arsenicum. igitur aliqvis cum pulverem Darseni, sive cassia aromatica ad hunc usum ab Arabe aliquo commendatum legisset; ad notum sibi arsenicum (vel ut Galli scribunt Darsenic:) in verbo hallucinatus imprudens transtulit ? Íd autem posteà subtilior aliqvis physiologus (ut in pluribus aliis qvæ ab errore nominum profecta sunt :) rationibus adstruere conatus est; quem alii postea, authoritate ipsius inducti, secuti sint? Cetera apud ipsum legantur. Meum autem non est de istis pronuntiare; nec eô animô refero, ut ipsius litem meam faciam. Sed cum multa talia, sexcenta ausim dicere, in medicina aliisque artibus, ex errore nominum verborumqve nata, contigifse certum sit; & ex recenti lectione docti viri conjectura memoria hareret, & se ultrò offerret, non indigna visa est, quam lectori impertirem.

Qvod autem asserit vir doctus Cassiam ab Arabibus Darseni nuncupari; Cinnamomum certè مار صابن Darsini ab illis dici docet vir do-Etissimus, & de lingvis orientalibus meritissimus,

Digitized by Google

Tho-

Thomas Erpenius, quali dicas, Domum Chinen-fem: an eò respexerit, incertum mihi. Sed qvod à viro docto omissum miror, ut qvod ad ejus conjecturæ confirmationem non parum facere mihi videtur, arsenicum vocant Arabes iidem (an ex græco apressuo, an porius ex illo Græcum:)

Zarnich , qvod magnam cum arfenice habet affinitatem, ut alterum pro altero ab osci-

tante lectore sumi facile potuerit.

Ad PHILOSOPHIAM, transeamus. Atque hic ipsô starim vestibulô Dialectica occurrit; cujus in verbis aut circa verba præcipuus labor: utinam non & irritus in perquam multis, inanisque. Non id quidem ex ipsius adeo natura, qvæ aliud profitetur; qvam ex colentium pravitare: unde Senecæ aliorumqve graviorum qvorumqve philosophorum crebrz qverelz & justa indignatio. Sed hic qvoqve locum haber illud, longam constantemqve consvetudinem in naturam vertere. Certè si qvis illam qvæ veteribus in usu maximè, qvæqve Stoicos philosophosaucores & propugnatores præciduos habuit, dialecticam, cum recentiore, qua sequioribus seculis ex Aristotele emersit, & hodie viget ut pluri-mum, conserat; discrimen agnoscet mirum quantum, vix eadem res ut videri possit : id tamen utrique fatale comperiet, ut non tam scientiarum instrumenta, quam verbalium, si fas ita loqvi, præstigiarum & λεωβλογιών promptuaria meritò censeantur. Sed hôc prætereà peculiari laborat infortunio recentior Dialectica, quòd ex malè intellectis aut versis, ob imperitiam lingvæ Græcæ, Aristotelis locis innumeræ qvæstiones enatæ funt, que nullum non in rebus modò, sed nec in verbis, veris & rectis, habent fundamentum: ut si qvis pravailla verborum, Iliados initio, v.6.

Marishu leirales, lectione, de Steta muliere, fi Diis placet, Homerica, qvægenus, unde loco, & id genus alia prolixè quareret & commenta-retur; cum nec ulla talis mulier, sed nec ullum tale nomen vel commune vel proprium, poëta, qvod qvidem sciamus, vel per somnium in mentem venerit. Nominalium † prætereà nota secta est, qvibus, qvæ pro rebus alii seriis & gravibus sectantur & amplectuntur, voces & verba mera

funt. Sed hæc ab aliis observata.

Qvid? qvod in hoc ipso Dialectice, five Alghente-≈ที่ vocabulo ob ambiguitatem verbi non pauci impingunt? Non enim eô nomine ars illa tantùm, qvæ aliô nomine vulgò Logica nuncupatur, insignita est : sed ipsa scientiarum scientia Metaphysica, aut si qvid supra Metaphysicam. qvod scientem ac prudentem Universi quam late patet, (T le ovlar se T ngarlophow,) ex rationis præscripto, ad usum vitæ, contemplationem complectitur: quô sensu etiam verbum algativear apud veteres philosophos non rarò occurrit: ut mirum non sit, si maxima qvæqve huic arti (ita enim vocant,) à veteribus tribuuntur, qua ad vulgarem dialecticam ab imperitis, aut minus attentis quibusdam traducta sunt.

De morali Stoicorum philosophia, qua olim florentibus ingeniis & studiis maximarum dissensionum & contentionum materia fuit, jain aliqvid anteà, cùm de Seneca loqueremur. attigi-mus. Sed liber Ciceronis qvi De finibus inscribitur quartus totus ejus argumenti elt, ut probet Stoicos folà verborum pompà & subtilitate, non rebus ipsis, à reliquis philosophis dissentisse. *

[†] Nominalium] Vide de his Cl. Thomasium in Continuatione in Ger. Jo. Vossii librum de Philosophor. Sectis, c. VIII. §. 20. p. 191. * forte dissensisse. -Digitized by Google

Nempe quod alii bona, illi produtta, vel prapofita; qua mala, illi rejettanea malebant appellare: qua expetere se fatebantur alii, ipsi, non rebus, sed verbis indictò odiò, legere se prositebantur: quod aliis erat optare, ipsis sumere; quod sugere, illis secernere. Hac quidem argutia, quis neget? & prastigia verborum. Sint sanè: sed ex bis verborum prastigiis & regna nata sunt vobu, & imperia, & divitia: dicebat ille olim. Et dicebat ille quidem ad decantatissima illa disciplina istius paradoxa, sive mirabilia, pracipuè respiciens. Sed seriò & extra jocum ita sape contigisse, ut per has aut similes verborum prastigias ad magnas opes & imperia sive dignitates via pateret, testes illorum temporum historia.

In naturali Philosophia qu'am multa peccata sint; qu'am multa tradita à veteribus, à posteris autem ex imperitia verborum non intellecta, contra natura leges in censum natura vulgò recepta sint, qu'i de rebus natura, cum judicio & diligentia scripsère, passim observant. Unum nominare sussiciat nunqu'am satis laudatum, Julium Scaligerum, qu'i eò nomine verborum incuriosis non uno locò graviter succenset. Sed qu'id multa? Qu'am rerum maximè sublimium & reconditarum studium à verborum cura separari non possit, haud aliunde meliùs discamus qu'am ex incomparabili natura mysta, Aristotele, qu'i in divino Metaphysicorum opere integrum librum terminorum explicationi dicavit.

Ceterum quia ex omnibus Physicorum sive Metaphysicorum terminis obscuris nusii sunt in quibus explicandis vel doctissimis aqua magis hereat; nusii verò, si res ipsa spectetur, explicatu digniores, quam sunt isti duo, & 2 h sing & co-lesses: qua b. m. parentis Isaaci Casauboni super

per iis sententia suerit; aut saltem, qvod ad ila lorum explicationem pertineat; ex locupletissimis ejus Adversaris in candidi lectoris, antique philosophie & Aristotelis amantis gratiam non pigebit hic adscribere: sed hac tamen (ut & alia, si que posteà ex illispariter publicabimus:) conditione, ut si quid vel in verbis, vel in rebus ipsis, ipsò & ceteris ejus scriptis minus dignum occurrat, ad me culpa pertineat, qvi inconsultò aliis gratiscandi studiò publicaverim; non ad illum, qvi non eò animò, nec ea vel rerum vel verborum meditatione scripsit, ut publicarentur.

Tro Q no civay.

Sic solet Philosophus appellare who solar, ut suse in Meraphysicis explicatur. Sic autem ouis, but hac locutio est accipienda. Aristoteli xinh - elvay & nunda elvay idem fignificat, ut notat iple Metaph. lib. v 1 1. c. x. & 3 πύκλω είναι, inqvit, κ κύκλ . κ ψυχή είναι κ ψυχή, β α β . Hoc Latini dicere folent, Esse circuli & esse bominis. Er-go & 2 no en est id quod alicui inest, & facit ut sit aliquid: nempe forma que inest materie, enus hoc est, ut sit aliquid. puta, homo. Nam forma facit ut'res sit quod est. Verumtamen si propiùsattendas, non est idem ψυχή είναι & ψυχή. nam illud formam fignificat, hoc & oviosor Ita-que Themistius in lib. 111. De Anima verè: A'mo pho isi vome, amo j voak eina, vome pho 20 8 is vns mi ein vome. Idem tamen paullo post exceprionem adjicit, docens in iis que materia penitus carent idem effe erray lei & 2. fic ille : an. con em mailen ouoine, em coien de Course esir . oil si-प्रभाषे को नाप्रभा लेखा, में सेंप्र संग्रेश जलारिमें हु से स्क्रिका, हुं के का के मेर्किक है पि का लाखा, को कि संक्रिक करती है हैना, दिग्रेश्क

esu öλη là φύσς & πεάγμαιο Porrò Aristoteles veluti explens hanc phrasin interdum dativum, interdum accusativum adjicit : ut in Metaph. v. lò dè καθάν ο είνα μλο ρεόπου, λο εί πν είναι εκάς ω, οίω ο Κακίας, κὸ λο εί το μα Κακίας & iterum Aristoteles alibi.

Amicus noster Peroldus exponebat servată propriă significatione F v, erat: & rei formam ita appellari dicebat, quia potentia per formam e-

ducitur in actum.

To l' v eney Frustra saragunt docti ut comminiscantur acutam aliqvam interpretationem hujus phraseos, qvalem probare mini aliqvando volebant magnus B. nam aliud ninil significat nisi, qvid sit esse alicui rei. i.e. qvid illud sit qvod cjus varsacu constituat, aut potius visaru vide locum Galeni, tomô 111. p. 42. v. 45. ubi pro si essa, riu ician nullò discrimine usurpat.

. I E'seréxera. † Aub. somnium.

Legebam præfationem viri magni Ph. Canai à Fr. in libros de Anima à se versos Gallice, ibi inveni hanc observationem: Aristotelem & Doctrinam de anima, & vocem ελελίχεια ab Hebræis accepisse; sed dissimulandæ origini e pro de possisse; cujus rei probatio affertur è Luciano in judicio vocalium. Hæc ille. Obstupui cum illa legerem: neque enim purabam sieri posse, ut tam

[†] Vide quæ dixi hac de voce part. 111. Methodor. 110ftrar. p. 196. f.

tam elegantis ingenii vir tantas nugas vel audire vellet. Est vero Aub. quem ipse unicum unice miratus est, vanissimum, putidissimum, stulcissimum somnium. Nam falsissimum est Aristotelem vel rem, vel vocem ab Hebræis sumpsisse: neque hôc porest excogitari aliquid magis ridiculum. Plane id perinde est, ur si quis cum pulcherrimam arborem cerneret fructibus onustum (lege onustam) & gravem: vellet tamen negare in ea arbore fructus illos esse natos. Idem enim est de scripiis philosophi.

Ceterum non explicat Canajus neque unde de-

rivaret aretalogus ille hanc vocem; neqve unde defivaret aretalogus ille hanc vocem; neqve qvam fignificationem illi daret; sed non dubito, qvia per d voluit scribi, derivasse à por accendir. To r erit formæ niphal: 20 s fortasse adscribebatur emphasi 28 n Hebræorum, moriar si qvid possit

fingi alienius à vero. Ita ille.

HACTENUS de præcipuis scientiis aliqvid: qvæ qvidem qvia præceptis scriptisque doctorum tam priscorum qvam recentiorum ut plurimum continentur, minus mirum fortasse videri cuipiam possit, si verborum cognitionem non perfunctoriam requirunt. Superest igitur ut ad ea nos convertamus, in quibus five gerendis five percipiendis naturalis qvædam ingenii solertia, & experiencia, rerum magistra, sola regnare creduntur: à verbisautem, utpote que umbram & otium potius qu'am aliquem vite negotiose usum redoleant, remotissima vulgò perhibentur. Nos contrà sentimus, verborum recte ritéque perceptorum utilitatem ad omnes scientias & artes longe lateque pertinere: in politicis autem & vita communi plurimum illa posse: ut si alicubi præcipuè statuendum sir qvoddam qvasi regnum verborum, non alibi collocandum cen-L 2 feam.

feam. Huic rei argumenta que mihi fint, paucis ostendam.

Hominem à brutis animantibus rationis usu pracipuè dissere, nemo, rationis ipse compos, dubitaverit. Ceterum qvalis & qvanta sit humani intellectus depravatio, aut id undè contigerit, non est hujus loci qvarere: obviæ sunt philosophorum super eo tum qverelæ graves, tum peracutæ commentationes. Neqve hic de prudentioribus & sagacioribus agimus, qvos vel acrius ingenium, aut multò labore comparata doctrina supra sortem # *** avai evexit. His omissis, ceteram turbam si spectemus, qvotusquisque qvi per un varios extra colores, oculis illudentes; per tot imagines oppositas, luminibus obstruentes; ad ipsam retum veritatem penetrare possit? Nihil autem porrò qvod humanæ rationi frequentius aut perniciossius imponat, qvàm verborum sucus & prætextus.

Nec fortasse mysteriô vacat quod in omnibus serè lingvis, in præcipuis certè, moris hujus inter homines receptissimi certa quadam quasi vestigia, sive indicia sunt impressa. Unde enim factum dicemus, quòd in principe lingva unô eòdemque verbô tum res tum verba signissicentur? Quod in ea qua tum dignitate tum antiquitate illi proxima, ratio oratioque unô eòdemque à hôye sunt insignita vocabulô? quòd in Latina denique, non tantùm ratio & oratio adeò sint & literis & pronuntiatione assinia; sed ipsum res (ut doctis notatum:) à verbo Graco quod verbum vel distionem significat oriundum sit?

Hoc igitur viri politici qvibus cum populo res, cùm pro sua prudentia ritè observassent, qvàm id suis rebus peritè accommodaverint, omnium

populorum & ztatum testatur experientia. Qvod alicubi Plato de Musica, leges musicas mutari sine mutatione legum publicarum non posse pronunciat; nos contrà de verbis, magnas in rebus publicis commutationes fieri fine verborum mutatione non posse, poriori fortasse jure conten-damus. Neque id omiserunt Historici qvicumqve de meliori nota.

Thucydides, gravissimus ille & sapientissimus. Historicorum, lib. 111. de Corcyreorum seditione loquens: και τω ειωθήαν αξίωσιν τ όνομάτων ες τὰ έργα ἀντήλαξαν τῆ δικαιώσι. τόλμα μεν β άλόγις , άνδρεια Φιλέταιρ Ο ένομίωη, &c. Idem, lib. x1. de Pericle, Εγίγνετο τῷ λόγφ μὲν δημοκεσίλα. ἔεγφ δὲ, ὑφὸ ξ΄ πεώτε ἀνδρὸς Σεχή.

· Salust. De Bello Catil. c. LII. in Catonis Oratione; Hic mihi quisquam mansvetudinem & mi-fericordiam nominat? Fam pridem equidem nos ve-ra rerum vocabula amismus, quia bona aliena largiri, liberalitas; malavum revum audacia, fortitudo vocatur, eò respublica in extremo sita est. Idem alibi, Catil. c. xxxvIII. Namque uti paucis verum absolvam, per illa tempora quicumque rempublicam agitavere, honestis nominibus, alii, sicuti jura populi defenderent; pars, quò senatus auctori-tas maxima foret, bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentia certabant.

Cornelius Tacitus in Cerealis Oratione, lib. 1v. Hist. c. 1xxIII 2. Sed quia apud vos verba plurimum valent, bonaque ac mala non sua naturâ, sed vocibus séditiosorum estimantur, &c. Et ibidem paullo post, v.7. Ceterum libertat & spe-ciosa nomina prætekuntur, nec quisquam alienum servitium & dominationem sibi concupivit, ut non eadem

In camdem sententiam plura apud illum prudentissimum Historicum; nec illum tantum; qvæ

nos hic omittimus.

Consona sunt his quæ passim veteres Patres aliique de ortu hæreseum ex verborum immuta-sim observant. Qvalia sunt ista Greg. Nysseni contra Eunomium : Καθάσες οι Βηρούντες λέγονται βόθροις τισιν Επελαμβάνειν & Syelar The πάροδον, κρύωθειν ή τίω όπι ξελίω Δία σαθεών Ίνων η ἀνυπος άτων τὰ ς όματα τ βίθουν ἐπίκα-. λύωτοντες ως ἀν * ἐἀιόπεδον Φαίνοιτο τῷ τοῦς.καμθύω τὸ βόθουν τοιετόν li μηχανάται 🗗 😤 ανθεώπων η αίρεσις, + βίθεον τ ασεξείας δια ? έυφήνων τέτων η έυσεξων ανομάτων οί 🚱 διά ևν 🕝 ἐπιπολαίε σέγης ἐπικαλύω εσα, ωσε τες άλογωτέρες ταυτον είναι τη άληθινή πίση το τέτων κήρυ μα διά τ τ βημάτων ομολογίας νομίζοντας, weis Vinov to ovojed; &c. Quemadmodum venatores præripere foveis quibusdam ferarum acces-sum [potius, Quemadm, ven, foveis quib. prætereun-

^{*} iaiae,

tereuntes feras excipere, vel, intercipere:] dicuntur, in sidias autem putridis quibusdam operculis desoliditatem non habentibus orisicia sovearum cooperientes occultare, ut planum adjacenti profundum videatur: [potius, ut quod profundum est, eo quod adjicitur, vel opponitur, planum videatur:] tale quiddam adversus homines haresis machinatur, soveam impietatis per hae fausta de pia nomina veluti quodam supersiciario tecto contegens: eta ut qui minus vationis judicio valent, idem cum vera side borum praconium per verborum confessionem existiment; ad exile nomen, &c.

Ibid. Εως β αν ή συνήθης κραίή σημασία τ λέξεων η μηθείς ευρίσκεται λόγ Φ ο μείασκου άζων είς το εναυίτον ας τ ή ημάτων εμφάσεις, εκ ενδέχείαι, δεc. Done; enim dictionum familiaris significantia prævaluerit, & nulla inveniatur ratio quæ verberum in contrarum transmutet notas significationes,

non fiéri potest, &c.

Ibid. Καὶ δὰ πάντως είγε μη μέλλοιμην σύγχυσίν Ινα τ πραγμάτων δια τ τ όνομάτων
επαιλαγής εμποιείν, σώζειν εκάςω τ τιτός λ
λεγομήνων τὸ οἰκείως ευοσημαίνομηνον Φανερες
εν εσης τ τ λέξεων τέτων ἐννοίας, &c. Et nifi
rerum confusionem quandam per nominum immutationem inducere valimus, omninu sportet cuique relatorum suam & propriam servare significationem.
Cùm sit itaque barum dictionum notitia manifesta, &c.

Idem, lib. x11. Oi 3 4 καθ Φύσιν 4 ρημάτων έμφάσεως τὰς Φωνὰς Φύζας πεσκινήζατες, ἄλλων αυτοῖς ἐφαρμόζειν διάνοιαν επί καθαιρέσο δ ἐυσεθέως Φιλονεκέσιν ἰσοδυναμέσης β &C.

Hi verò istas voces ab ea quæ est secundum naturam genuina significatione dimoventes sive detorquentes aliam ipsis accommodare intelligentiam ad pietatis eversionem perverse contendunt. Cum e-

nim . &c.

Nec aliter in privata consvetudine misceri & inverti vocabula, atque ex ista verborum inverfione criminosos haud rarò attolli, immerentes infamari, officia perverti, jura confundi, vitia denique virtutum, virtutes vitiorum elogiis inscribi, proscribi, vulgò videre est. Apud Suidam nescio quis in E'yrpgr. καὶ ή συνήθεια ή πλήρης Το τοιαύτης χρήσεως μεζολαμδάνοντες એલે છે ονόμαζο στος & έμφαληών Το το μαδιάν ας το γελάν: μεταλαμδώνεσι j n + παυξεχου eis + Φράνιμον: + j τολμηρίν, eis T dudpeiov Tapacu, eis Toppov ny anivertor: σ έλοθέριον, είς τ ασωτον τ δικονομικόν, είς τ ανελούθερον &c. Qvinctilianus, lib. xy. c. 1. Verborum etiam moderatione detrahi solet si qua est rei invidia; si asperum dicas, nimium se-verum; injustum, persuasione labi; pertinacem, ul-tra modum tenacem esse propositi, &c. † Planè qvod in figuris qvibusdam poëticis usu

venisse

[†] Cicero in Partit. Orat. c.xx111. Nam & prudentium malitia; O temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis; O magnitudinem animi superbia in animis extollendu. Or despicientia in contemmendis bonoribus; Or liberalitatem effusio; O fortitudinem audacia imitatur: O patientiam duritia immanu; & justitam ambitus; & reli-gionem superstitio; & lentratem mollitia animi; & vereeundiam timiditas; & illam disputandi prudentiam concertatio captatioque verborum; O hans oratoriam utm, inanu quadam profinentia loquendi.

venisse notat idem Qvinctilianus, lib. 1. c. xiv. qvibus, qvia plerumqve servire metro Poetæ coguntur, adeò ignoscitur, ut vitia ipsa aliu m carmine appellationibus nominentur: (metaplasmos enim & schematismos & schemata vocamus, & laudem virtutis, ait ille, necessitati damus:) id ad inores & vitam qvotidianam, sed tanto pejore exemplô, qvanto minus hic necessitati locus, traductum est. Vitia virtutesque prout studia & partes abripiunt, variò verborum cosore depingimus: aliis atque aliis nominibus eadem pro variis affectibus aut temporibus appellamus. Ut non immeritò vitæ olim sutura melioris & beatioris hoc inter alia indiciò & chatactere usus sit Propheta Es xxxii. 5. Neque slagitios amplius indetur nomen ingenui, & tenax non, dicetur liberalis.

Non igitur audiendus, hîc qvidem certè, Gregorius Nyslenus, qvi μένον του μέθης ή Φρενίλόω ωθαπαιόντων το Μαωλαναίος ως τα
δνόματα η μη κατα το σημαινόμητον ταις επί το
πεθυμάτων κεχρηδή Φωναίς esse pronunciat. Sanè qvi canem pro homine, vel bominem pro cane
palam substituat, qvibus ibi Nyssenus exemplis
utitur, vix essugiat, qvin pro cerrito & circumferendo vulgi termone differatur: qvi verò de
sobriis intemperantes, aut intemperantibus sobrios,
(qvæ itidem exempla ab illo adhibentur:) faciant,
aut certè facere possunt; tantum abest ut pro
insanis vulgò habeantur, ut nullis prudentiæ ac
sapientiæ palmam vulgus hominum libentius deferat.

Ad POLITICA (nifi qvis malit ad Jurisprudentiam de qva prius egimus;) referri potest, qvod interdum ex unius ambigux aut obscurio-L 5 ris

170 MER. CASAUB. DE VERBORUM

ris voculæ varia interpretatione multorum hominum millium falus pendeat. Cujus rei cum non pauca, si qvis oraculorum ancipitia responsa, veteresque diligenter explicet memorias, exempla suppetant; nullum tamen insignius, qvam qvod ex 1. Samuelis, c. vIII.* v. 9. & II. peti potest. Ibi in re tanta, qvanta maxima potest in vita communi cogitari, & cujus variis temporibus in diversis locis agitatio strages magnas populorum edidit, verbi unius upun vera significatio, ex qva tora sententia pender, post hominum doctissimorum ex omni fere natione commentationes, nondum extra omnem planè controversiam. Eadem etiam in Homero ubi de regibus & ipse loqvitur, verbi Graci ambiguitas. Air ille de Ulysse, Od 1. v. 690.

Ούτε Ινα ρέξας εξαίσιου, έτε և είσων Εν δήμω, ήτ ες Δίκη θείων βασιλήων.

Qvibus in verbis illud dien tam à scholiaste vetere, qu'am Eustathio, 1000 n 1000, exponitur. Cicero quoque conspetudinem regiam in eadem re dixit: in Oratione pro Rabirio Posthumo; c. xi. Nomo nostrum ignorat, etiamsse experti
non sumus, consvetudinem regiam. Regum autem
sunt bæs imperia; Animadvente, & disto pare, &c.
Sed non id nunc agimus, ut que in utramque
partem à diversis afferuntur, aut afferri certe possent. excutiamus.

Ut autem ambigua verbi Graci viu fignificatio, de qua multo plura erunt nobis alibi dicenda: ita & Latini apud Ecclesiasticos scriptores Lex miras peperit doctorum quorumdam hallu-

^{*} Hoc de loco nemo præclariùs est meritus B. Joh. Wandalino, lib. 1. toto Juris Regii, c. 11. 111. 1v.s. p. m. 6. s. edit. Havn. e10 10c 12111. in 4to.

USU, DIATRIBA. 17F

cinationes, de quibus nos aliquid jam olim in Notes ad Optatum Milevitanum: nec ca nunc

repetemus.

ATQVE hæc hactenus, qvæ de verborum cura & accuratæ eorum cognitionis usu multiplici, pro hac otii nostri ratione, præsentiqve conditione non intempessiva visa sunt. Viros præ-stantissimos, qvi in hoc erudito se pulvere cum reipublicæ literariæ srudiu post renatas literas. exercuerunt, nihil attinet hic nominare, cum & multi sint, & satis noti. Qvia tamen ita res tulit, ut cum in his essem. Johannis Croji, Sacrarum Observationum pars prior ad manus measperveniret, quarum jam antea non parva erat apud multos exspectatio: non inutilem profus aut ingratam lectori me sumpturum operam credidi, si aliquam temporis, quod in earum lectione insumps, farionem hic redderem. Egre-giam certe illius operam paremque in plusibus verbis explicandis industriam; eamdemque operam & industriam in veterum scriptorum locis non paucis à pravis aliorum interpretationibus vindicandis, sed & emendandis suesciar, non possum non agnoscere. Qvod si qvi sint, qvi hac levia putent, iidem optimos qvosqve scriptores tam sacros & ecclesiasticos, qvam prophanos omnino non legendos, aut etiam abolendos arbitrentur. Nam legendos qvidem, sed de sentingua acquisita legendos quantità de sentingua acquisita de sentingua acquisit su aut genuina lectione non esse laborandum, tam ab omni ratione alienum est, ut vix esse putem quemquam, mentis compotem, qui vel ita pa-lam dicere, vel clam secum statuere sustineat.

Verumenimverò qu'àm difficile sit hoc studium vel inde liquear, quod in tanta diligentia non tamen scopum semper assequitur vir doctissimus. Ut exempli caussi, cum non procul ab initio.

172 MER. CASAUB. DE VERBORUM

c. 111. p. 16. Sempina apud Greg. Nyssenum in istis que profert ex illo verbis; τέτων ή παρ ήμων επιδρομή βηθέντων, ο Φιλόπον Φ αναγνές & θείας γεφφής τα εδάφη σεσσαρμοσάτω τοῖς θεωρήμασι τα αινίζμαζα· mysticam & spiritualem significationem; vel potius ea que probanda & demon-Branda sunt, interpretatur. Cicero, inqvit, lib. de Fato, c. VI Sempinale vertit pracepta; pracepta appello que dicuntur Grece Simpinaca. Hoc fanè jejunum nimis, nè dicam temerarium. Ait ibi Cicero; Etenim si est divinatio, qvibusnam à praceptio artis prosscissitur? pracepta appello qua dicuntur Græce Bempinala. Non igitur præcepta, simpliciter, & Sempinale vertit Cicero : sed precepta artis; nec id leve discrimen est. Præterea, pracepta, an percepta sit ibi vera lectio, dubitant docti. Doctiff. Turnebus ex veterum codicum fide, sed & verbi ipsius proprietate adductus, hoc posterius magis probat. Immo percepta, longe probabiliorem esse lectionem ausmus ipsi prastare. Θεωρήμαζα siqvidem, & καζαλήψεις artium magistris eadem. Hoc tum ex aliis discimus, tum ex Sexto Empirico, Pyrrhonicarum Qvastionum lib. 111. c. xx 1x. cujus lemma est, Li estr i διδάσκων κό μανθάνων. Uno illo capite, εν θεώρημα & μίαν καθάληψη promiscue sepius ulurpat. Ut cum dicit, ήτοι β εν θεώρημα κ μία κατάληψις δύναται ποῆζαι τ άτεχνον τεχνίτων, ή έδαμῶς. Α΄ κὶ εἰ μὲν κατάληψις μία τ ἄτεχνον τεχνίτω άπεργάζεται, πρώτον μεν έςαι λέγειν ότι σοκ έ-51 σύτημα όκ καταλή εων η τέχνη. O' » μηδεν όλως είδως, εί εν θεώρημα διδαχθώη τέχνης, τεχνίτης αν έτω λέγοιτο έναι: & qvæ seqvuntur ibi in eamdem sententiam. Kachown autem, per-

USU, DIATRIBA. 1731

perceptionem Cicero disertis verbis non uno loco reddit; & que Sexto Empirico aliisque passim, Seudiuala rizins: Ciceroni, percepta artis. Hinc, catholica Demenua, in Epistolis ad Atticum, quibusdam, regulæ generales; Simeoni autem Bosio, viro docuisimo, perceptum artis quod in omnes conveniat; vel, regula generalis. Galenus in ο ροις, Θεώρημά έςι πράγμα καθολικόν, άκολέθως h θέμθνον τῶ τ ιατέλκης τέλο, η αξίωμα καθολικον συμαπληρωλικόν το ιατρικής. ή, Θεώρημώ ές ε δ το crarlior στανίως εκθατον. Sanctus Augustinus in Soliloquiu (illa intelligimus qvæ ve-re sunt Augustini:) & Seωρήματα, alludens ad verbi originem, vertit, spectamina; spectamina disciplinarum, i. e. & Demphuara & madynarur; Cuite generis, in exemplum corum qua adeo certa & manifesta sunt, ut de iis nemo sanus dubitare possit, adducit hac; Lineam in duas lineas per longum scindi non posse; at transversim infinite secari posse: Sphæram pares circulos habere non posse, &c. Stoicorum decantatissima Demonuara, de qvibus aliqvid nos alibi, prætereo. Fusior & Sempnμώτων, aut vocis potius θιωρίματ@ explicatio ex Mathematicorum scriptis & Græcis Aristotelis interpretibus, qvi in posteriora ejus Analytica commentati sunt, peri potest. Ad hæc igitur Θεωρήματα exigenda docet Nyssenus, qvæcumqve obscuriora sunt in sacra scriptura, qua enigmata solet, ut & alii passim patres, appellare. Multa certè in hanc ille, (de obscurioribus per clariora scilicet explicandis:) sententiam passim. Ecce statim initio libri secundi : The in & Sexasoτέρας γραφής, όκ νόμε τε η σροφητά ακ η τ παροιμιώδες διδασκαλίας γινομίνω σει τ τα ες-

174: MER. CASAUB. DE VERBORUM

Resulents Phoene didaountian di e Comps hu @ 2 αινίζματ @ ως μαρτυρίαν το Σστοκαλυφθά (ης ήμου άληθείας δεχώμεθα έυζεδῶς τω άλήθειαν 7 έητων εκλαμβάνοντες ώς συμφωνών τη παρά δ Sεσσότε τ όλων επτεθείζη πίση. Posteriora verba sic vertenda: Ut cum sidei que ab universi Do-mino tradita est sormula, recte congruant: non ut interpres ibi Latinus, qvi 20 oupparen, qvasi de personis, non de rebus dictum esser, accipit. Hoc igitur qui faciunt, id est obscutiùs indicata per notiora exponunt, cos & royor ini lu @ dianμέρητα βάσεως ισώνως qvi verò non faciunt, ψιλώς 2) areenteedras vel aregelesus no abenefitas to Sudexea ? depor, solet interdum dicere. Erit igitur & is istis de quibus quarimus hic Nysseni verbis, Description de die Semphani & airlyuala, theorematibus vel regulis generalibus (i. e. fundamentalibus articulis fidei:) alia qua minus perspicua sunt aptare, ut nulla sit diffonantia. Hæc mibi veniebant in mentem ex ipsorum, prout illa profert ex Nysseno vir doctissimus, verborum lectione: Non enim fateor inventa mihi cum in his essem, in ipso Nysseno verba illa qua profert. Et crediderim primam. non tertiam orationem illum vol luisse, nisi in Gretseri nomine deceptus est. Non anim, nisi fallor, alias ex xx 1. illis contra Eunomium orationibus Latinas fecit Gretserus, præter primam.

Sed hoc leve est. Illud aliqvantò majoris est momenti, quòd nimiò carpendi & contradicendi studiò vir doctiss. extra veri limites non rarò abripitur. Qvale illud est, quod Ciceroni unusus insultat, c. v. p. 44. quod addendo deducendoque, qua reliqui summa cognosci dixerit. Non video, inqvit, quomodo aliqua reliqui summa addendo sie-

ri possit. Deducendo quidem, &c. Et hinc concludit, Ciceronem non solum bonum non fuisse ratiocinatorem, sed & σολοικισμών in verbis, (ex Aristorelis definitione) commisse. Ridebunt, puto, qvi putandis rationibus assveverunt. An igitur potest, ut acceptorum & expensorum qvisquam rationem secum ineat, aut alteri reddat, ut non in computando addat deducatove ?. Aut quæ ex additis deductifque summa conficitur; aliud qu'am reliquum; (de quo, ut & reliquari verbo multa Jurisconsulti;) dici debeat? Quod si aliqua in verbis:præcise sumptis anuendovia aut repugnantia, non alia certè, qu'am que per figuras haud infrequentes & vulgarem loquendi uium possit excusari. Qvàm multa in qvotidiana sermonis consvetudine planè usitata & legitima; que si quismorosior & rigidior ad leges vel Grammaricas vel Dialecticas exigat, obnoxia reprehensioni sint? Ecce, puteum fodere, chlamydem texere, domum edificare; qvid in ore omnium frequentius? Qvid ramen de his loqvendi generibus acutiores philosophi, non ignotum est. Qvid qvod Gregorius Nyssenus integro Tiel zomar circiar libello, Petrum, Paullum & Barnabam, quatenus homines sunt, non plures esse, sed unicum zuging z za@ T im ifnporizor doyer, qvamqvam zalazentizas i ala cumberar (ut iple loqvitur:) tres vulgo reputentur, afferat & pluribus adstruat? Qvid autem, si in verbis Ciceronis addendi deducendique verba ad solos calculos (qvorum jam olim in putandis rationibus usum siusse qvi nunc obtinet vulgo, certum est: & illustris in eam. rem Polybii locus:) pertineant? sed non opusest, ut eò confugiamus. Sunt enim addere & dedu-cere hic quasi rezrina vocabula, qua essi per se contraria, unam tamen eamdemque rem signisicant.

176 MER. CASAUB. DE VERBORUM

cant, computare scilicer. Gemina plane phrasi dixit Apostolus (non dicam quod zazondisen aliqvis fortasse dicerer, per Ciceronis latus, Apo-tiolum ferire illum voluisse,) in Epistola ad Philipp 14. 15. Oldalı de ze unes, סוגוש איריוסו, פע--εδεμία μοι επκλητία εποινώ ητεν els λόγον δότεως κ λήψεως, ei un vineis μόνοι: Nullam mibi Ecclesiam communicasse in ratione dati & accepti (ut tum veteres tum recentiores vertunt interpretes;) nisi vos solos. Ubi recte doctiff Camerarius: Recioques est sumprus, qui in tabulas referri solet. Tabula autem sunt expensi & accepti. Ut hoc dicat, solos Philippenses tum sibi aliquid contulisse. Quod ipsi nimirum expensum tulerunt Apostolo, Paullus eis retulit acceptum. Tremellius autem in Notis ad Syriacam versionem; [Id est, in rebus, pecuniariis, in quibus habetur dati & accepti ratio. Que phrasis etiam apud Rabbinos est frequens, exprimi-turque vocibus indi Nuo que sign sicant acceptio-nem & expasitionem, sive exhibitionem.]

Sunt eriain non pauca, qvæ notat ut nova vir doctus, & hactenus observata nemini; qvæ tamen alibi reperire est. Ut qvæ de verborum transire, & diezed non vulgari usu lectores suos jubet observare, qvæ nos pridem ex eruditorum virorum in Svetonium Commentariis didiceramus: ut ea præteream, qvæ de versibus & qvæ de charta; qvæ totidem serè verbis partim ex Lipsio, partim ex Summi Viri in Solinum Prolegomenis transcripta videri possint. Qvæ non eò dicuntur a me, ut candori ejus aliqva labes (facilè enim potest contingere, ut viri docti in eadem interdum imprudentes incurrant:) aspergatur; sed ut ipse aliis mitiorem se præbeat. Miratus sum aliqvamdiu qvæ tandem ratione factum sit, ut Observationes suas Sacras & Historicas, potiùs

USU, DIATRIBA. 19

poriùs qu'am Grammaticas, aut certe Criticas, in quibus de verbis tam multa passim, qu'z verò ad historiam pertinent nulla, quod sciam, inscriberet: sed dessi mirari, cum qu'odam locô Grammatici & Critici titulum viris de literis melioribus optime meritis, magni probri locô, & quidem imperitissime & iniquissime, objici ab ipso comperi. P. scil, 136. Casaubono & Heinsio, qui Critici & Grammatici sunt, &c.

Hæc de viro docto pro meo erga illa studia amore, paullò liberius: qvæ qvidem studia ut per se sunt ingenua & liberalia, ita si ab eorum mystis & prosessoribus tractarentur, næ haud paullò meliùs & ipsorum studiorum honori, & tractan-

tium existimationi consuleretur.

De lingva vero Hellenistica, de qua multa Crojus in his Observationibus, aliquid & nos, Deò juvante, in Diatriba De quatuer lingvia, Hebras, Graca, Latins, & Saxonica.

SUMMARIUM

ac series eorum qvæ hic

CONTINENTUR.

Rerum cura, & cura verborum; à multis commissa & opposita; qu'am recté. p.9. & c. Senecæ, Gellii, Galeni, contra verborum curam senteutia & auctoritas, que, & quanti facienda.
p. 93. & c.

Item Platonis.

5. Augustini De Magistro liber, quò argumento, & quem in finem ab illo scriptus.

9.97. &c.

1 Nostra

178 SUMMARIUM DIATRIB. CASAUB.

Nostra de verborum cura scientiaque sententia. p. 100 Cujus ratio primò generalis, à libris subditities, corruptis, & interpolatis, & eorum certissima dip. 101. 102. &c. gnoscendi ratione proponitur: Verborum usus in particularibus scientiis. p. 102. f. &c. In THEOLOGIA. A'emayuer εχ ήγήσαθ, rapinam non arbitratus est, in S Paulli verbis Ad Philipp. 11. 6. quid D. 110 &C. fignificet? Hugonis Grotii Annotationum in Novum Teitamentum, tomus secundus. p. 122 Ejus, verborum S. Paulli, O's co nocon Ses vadexau, &c. Ad Philipp. 11. 6. 7. 8 exposition expensitur. p. 125 &c. Ejusdem pia mors. p. 140. f. Verba Christe Matth. XII. 36. Aéya ville Sh παι ρήμα δέγου, &c. Dico vobis quod omne verbum otiosum, &c. non ut vulgo, exponunp. 142. &c. tur. T. Nicephori Gregora, de sacra Script. verbis & stylo, locus insignis. ¶ In IURISPRUDENTIA. p. 149.&c. Formularum, Ex jure manu consertum vocare: In rem præsentem venire, &c. ex Is. Casauboni Adversariis MS. interpretatio. p.153.&c. ¶ In MEDICINA. p. 155. &c. ¶ In PHILOSOPHIA: р. 158. &с. Dialectica. Morali. p. 139. &c. Naturali. p. 160. &c. De verbis Aristotelicis, To & in airay, & cilexixdas ex 1/. Casauboni Adversariis Ms. p. 161. &c. I In POLITICIS. p. 162. &c. I Joannis Croji, Observationum Pars Prior: & nostrum de illis judicium. p. 171, &c.

Juvar.

Juvat sequentem non solum ob Crojum, sed etiam ob convenientiam argumenti subjicere Marci Zuerii Boxhornii epistolam, non quòd non sit omnium in manibus; sed quia multis non venit in mentem, illud ibi tractari à Boxhornio, insueto ejusmodi illis in Epistolu, niss quòd hanc sequens una vel altera huc forte facit ad Nicol. Blancardum scripta. Hæc verò habetur in p. 180 sedit. Amstelodam. CIO IOC LXII. in 12. quæ & Apologia pro Dan. Heinsto subjuncta legitur in p. 255. s.

JOHANNI WERNERO

BLAESPILIO

M. Z. BOXHORNIUS, S. D.

vod ex tuis in Gallia peregrinantis litteris futurum jam cognoveram, Wernere Blaefpili, optime & jucundissime, ac qvod absenti nunc tibi dicendum est, desideratissime amicorum; prodit ecce tandem, qvanto cum ambitu promissa, tanto data Joannis Croji Sacrarum & Historicarum in novum fædus Observationum Pars Prior. In qva Danselis Heinsii Prolegomena in Exercitationes sacras perpenduntur: Sacri Textus in Sectiones, Titulos, Capita, & Versus, Divisionis origo oftenditur: Hellenisticæ Dialecti somnium resutatur. Pluyes sacra utriusque fæderis scriptura loci illustrantur: plurimi v rò Patrum & aliorum Authorum Græcorum & Latinorum loci corriguntur, & exponuntur; & qva ratione

tione Patres Scripturæ loces landent, & describant, demonstratur. Ea est enim tituli amplitudo. Qværis tu fortè qvid sentiam. Ego autem tantas de-stinationes hominis haud vulgariter eruditi esse, fi judicaverim, nihil ab auctoris instituto agno-sces alienum. Qvid enim, ut de aliis nunc non dicam, arduum magis, aut altiora studia reqvirit, quam ab eo Heroe dissidere, cujus, quamquam modestissime indies, quantum nesciat, profitentis, qvicqvid tamen disciplinarum lingvarumqve est, totius eruditi orbis, ipsa etiam Croji publica nunc confessione, complexi, auctoritatem pro ratione husus atatis summis viris jam pridem fuisse, non ignoras? Ceterum, facilius est, tanta promittere, qu'am præstare. Neque sanè ad laudem satis est, à Principibus litterarum dissentire, ut neque refellere eos, idem est qvod maledicere, & oblattare. A qvo vitio fi hic qvidem abstinendum sibi judicasset, laude forsan dignus, etiam post irritos conatus, potuisset videri, tamqvam solo inqvirenda veritatis, qvod nemo bonus aut eruditus damnaverit, non autem insectandi studio ad scribendum incitatus. Nemo hercle five Christiani, five Theologi, qvana modestia, & gravitas decent, persona, aut Hein-sianorum meritorum conscientia, aut ipse illæ litterz, quas tractat, quibus przcipua ab humanitate est commendatio, alind ei debuerant svadere. Sed de his aliisque a'ii viderint; qvi, ejusmodi ingeniorum intemperantiam publice damnari, seculi, ac litterarum interesse arbitrabun-Meô autem-nomine, cum à nostra sententia dissidere se hôc apere semel professist, qvod qverar, non habeo, qvi, ut, curtam supellecti-lem meam, & judicium, prasertim cum admodum adoleicentes, sola przelara audendi, & ztacis

tatis venia animati, qvadam olim m vulgus exire pareremur, promptum erroribus ac prope nul-lum esse, non ignoro: ita & à me ipso idemtidem nunc dissidere, & dissentientes alios audire, & meliora docentibus non tantum cedere, fed & gratias agere, præclarum & laude etiam dignum duco. Non ignoras, svavissine amicorum, quo cum postqu'am studiis severioribus, quibus de antiquitatis, Romanz maxime, aut institutis, aut civili disciplina, ad dubia vererum loca idemtidem & eadem cura quarebainus, effet satisfactum, de nostræ etiam pueritiæ ausis, erroribusque libentissimè disserebam; ad breviores illos Historiz Augusta scriptores tumultuarias quasdam notas nobis excidisse ea atate, qua, dum judicium suum (siqvidem id sit judicium) facilè permittit alieno, præsertim in litterarum hoc regno Principum, haud difficulter persvaderi sibi patitur audendum esse aliqvid, dum, ut Fabii verbis, quamquam toties apud te & adversum alios mihi repetitis, iterum utar, & venia est & spes, & favor & audere non dedecer, ac si quid desit operi, zeas possit supplere. Ceterum cum à puero criam observatis ratio sententiz ac rectitudo possir constare, an hic quoque constet, sed ut modestiæ pariter ac veritatis studiosi, experiamur. Infignis est Svetonii, veliccirco tantum, quia non una Interpretum sententia in diversa trahitur, nobis etiam tentatus, in Augusto, c. LXXXVII.s. ubi de ejus chirographo agitur, locus. Notavi, inqvit, & in chirographo ejus illa pracipue: Non dividit verba, nec ab extrema parte ver sum abundantes literae in alterum transfert, sed ibidem statim subjicit, circumducitque. Orthographiam, id est, formulam, rationemque scribendi à Grammaticis institutam, non adeo custodiit: ac videsur M 2

eorum sequi potius opinionem qui perinde scribendum; ac loquamur, existiment. Ilta sunt, de quorum sententia sinter nos ambigitur. Quid autem ego olim senserim; qvid contrà Crojus, ex ipso jam, si vacat, pariter intellige. Versus, (verba ejus sunt c. x1. Observationum, p. 85.) de lineis bic esse intelligendos, viderunt omnes Interpretes: non viderunt tamen quid vellet Svetonius. Marcus Boxbornius Zuerius hac ad hunc locum annotat : Docus notabilis, (Recitat verba nostra ex prima Animadversionum ad Sveroninin editione. Secunda enim & emendatior ante biennium jam prodiit.) sed obscurus: cui nos, ut spero, nonnihil lucis mutuabimur. Ait Augustum in extrema linez parte posteriores literas voculz ultima, qvibus ponendis locus in eadem linea non erat haud divinise, ut sit hodies sed verò continuò reliquis in margine adjecisse; &, ut ad lineam istam spectare viderentur, unco circumduxisse. Uncum appello hanc figuram L, (Crojus posuit]) aut istam [. Dabo exemplum, ut melius capiant tirones. Lineam rectam marginis loco fingo.

Vel etiam sic, Lega tiones 7.

Hodie, ut & olim, lineola astixa sic scribust; Legationes. Eamque divisionem vulgo appellant, gum potius connexio dicenda sit. Partes enim verbi conjungit. Porrò, Svetonius versum vocat, quod sineam vulgo vocamus, nempe à vertendo. Verum quidem est, lineam versum vocari à Svetonio; sed, quid vellet Svetonius, non percepit recens ejus interpres. Non ait enim, Augustum in scribendo, ad marginem litteras eas, quibus in info charta sinu non esset locus, transtulisse, atque unco inclussiffe. Hac interpretatio ipsis Svetonii verture sellitur. Non scribit enim, inquam, Augustum

frum abundantes literas adjecisse (quod secisset, se vera esset Boxhornii Zuerii observatio) sed subjecisse, id est scripsisse in spatio illo mundo, & vacuo, quod patet in campo charta inter duas lineas, & quod a Græcis σελις dicitur. Hesychius: Σελίσες, & μεταξύ Διαθρούγμας τ΄ Διασμάσιος τ΄ νεώς, καθάπες κε ετί Βιδείοις & μεταξύ τ΄ αδαγρόφου. Selides suns spatia inter tabula navis, sicut in libris sunt spatia Paragraphorum. Suidat: Σελίς, & μέρο τ΄ δύο καθαθαίω, αγομφοι τυχάνου Selis est medium spatium inter duas lineas, qvod est vacuum scriptura. Non scripsit igitur Augustinus in margine abundantes litteras sed ipsi linea subjecit, ac in spatio illo; qvod inter duas exstat lineas, at que uncô, sive sigmate circumduxit, ut hodie quoque sieri videmus. Ut in hoc Lucretii versu, qvi ad aperturam libri mihi occurrit:

Seor sum anima, atque animus: tanto magis infician-

Vides, nisi fallor, qvomodo scripssse Augustum, & qvid in ejus autographo Svetonium norasse velit Crojus. Qvod ipsum si voluerit etiam Svetonius, prosectò accuratissmus auctor, dum difertim tradit verba non divissse Augustum, videri possit verbis usus ab hac mente sua plane alienis. Ceterum, ut omnia magis in aperto sint, age, Augusti hanc ad Tiberium Epistolam, qvomodo eam scriptam; & abundantes sorte ab extrema parte versuum literas exaratas suisse vult Crojus, repræsentemus. Nam id facile hic sactu est; cum Typographia, in Batavia hac nostra ante duo jam secula, qvidqvid opponant alii, feliciter inventa nihil aliud sit; qvam scripturæsimitatio.

Canavi, mi Tiberi, cum iisdem. Accesserunt con-

Vini-

184 MARCIZUERII

Vinicius, & Silvius pater. Inter cænam lufimus yegge (knäss Et heri, & hodie. Talis enim jactatus, ut qviqve cas (nem Aut senionem miserat, in singulos talos singulos dena-(rios In medium conferebat, qvos tollebat universos qviVe-

Jeceration Ita scripsisse Augustum, Crojus itatuit, cum in fine versus litera aliquot verborum, ut idemtidem fit, abundarent. Num recte, docebit Svesonius. Cuius verba cum hoc scribendi ordine propiùs jam contendenda funt. Videntur enim diversum, ac plane alium significare. An non, quaso te, disertim affirmat Sveronius, non dividere verba Augustum ? Non , inqvit, dividis verba. Qvod inprimis hic norandum est. Croz jus autem Augusti verba, fi quid ex iis syllabarum, aut literarum forte, sub versuum finem superesset, in co, que jam ex sententia eus repræsentavimus, scribendi ordine dividere se, neget, fi audeat. Sed, fcio, non negabit. Neque enim potest: nifi ex diei meridie, noctis, ut cum Varrone nunc logyar, meridiem facere conftienerit. An enim non divisa dicenda funt, que natura conjuncta, ut fingulorum verborum literx, & syllabr, non conjunguntur? An non haud conjuncta funt, que eôdem locô, & indivulsa, non leguntur? An indivifa, & côdem leguntur locô, qvorum pars in priore versu, pars in intervallo, sive vacuò, & qvod inter priorem sequentemque verium medium est, spatio, estis Gracis dicitur, hoc est, alio plane & diverso locô inveniuntur? In ea certe scriptura agnoscendain elle divisionem sive Syllabarum divortium, tam indubitatum est, gvam constat, sanos ambigere bigere non posse, æra lupinis distare. Ergo, qvi sine versus ex sententia Augusti, & Svetonii, scribere se censet, ut censet Crojus,

Viegra.

nonne dividir, distrahisque loco ac divellit ejusdem verbi syllabas, que sint conjuncte natura; quas dividere non voluit Augustus; quas non divisise eum sex ejus chirographo disertim Svetonius affirmavir? Ne dubites, ipsi illi, qvi de scriptura Augusti idem hactenus statuurt, qvod Crojus (nec enim primus, qvod tamen jactat, aut secundus, aur tertius, id sentit) in ca palarri agnofcunt verbi divisionem. Ericium Pureanum iplas literariim Veneres, ipfamqve earom mos destiam, audiamus. De syllabis (ita loqvieur c. VIII. Faculæ distinct.) liverisque cogitandum eff; quosies in fine linea dictie finditur, & pare ejue transfertur. Augustus olim, sujus bac in scriptione cura erat, nes ubi interam abturbases, ao moraretur, transferre partes non sulebut, sed subjecere, uc circumducere. Sequintur Svetonii, qva jam addunimus. & de quibus hie queritur, verba. Qvibus statim subjicit; Dividebat igitur, nempe Augustus, Verba; sed non longo interwallo; cum spatium desiceret, subuettebat. In carnine nonne & nos facimus? En exemplum:

Dignum laude virum Musa vetat me-

(ri.

Addit Svotonius, CIRCUMDUCTTOVE, & que hec circumductio? an illa, quam express? illa C. sed princeps ille L. litteram Latinam usurpabat: que & in nummishôcusu, & sensurconsipacitur, & ni îneptite velimus, pro signo inibi habenda. Illud siostrum [quantillum abit? Viz des magnum illum virum ingenue agere, & in M. 6

hac scribendi ratione palam agnoscere divisio-nem. At Svetonius tradit, verba non dividere Augustum. Qvis ergo-non credat ita Principemillum non scripssse? Adde Hermannum Hugo-nem.) Is de Origine scribendi c. xxvxx. ubi de Grammaticorum Noris; Diastasis, inqvit, signum divisionis, cum verbi alicujus pars una in extremâ linea, altera initio alterius versus rescribitur, ut, homi . . . nes, grem morem Augustus repudiavit, qui reliquum, quod supererat werbi, malebat parti scripta in extrema linea subscribere, narrante Svetanio, quam alterius wersus initio perscribere. At in hac, avæ Augusto, ut abundantes litteras stațim subjicienti, tribuitur scriptura, J. ... homizes, nonne & diastasis, & ejuidem notz, (qvam tamen non semper, cuth fine versus verba dividerentur, adhibuisse veteres ex multis vetustis inscriptionibus, in quibus ea non apparet, facile colligitur, usus est, h. e. ejusdem verbi Syllabæ palam dividuntur? Nota illa est-3 vel : signum verbi divisi qvod conjungendum est, non modo in fine versus, sed & alibi ; si forte scriptoris vitio conjungende littere vel syllabæ suerint divisæ; ut in veteri monumento, quod legitur p. CCCXL n iv. Inscript. Antiq. HOC RUDIS AURIGE REQUIESCUNT OSSA SEPULcro. Hæc mihi olim objeceram, cum statue-rem pariter vernm esse non posse, & sic scripsisse Augustum, ut illi volebant, & tamen eum, quod disertim Svetonius notat; verba non divififfe. Restabat tum, ut cum recepta plerisque sententia mihi non satisfaceret, neque corum cuipiam solurum hunc nodum observassem, novam, & qvæ cum Svetonii verbis propiùs con-grueret, indagarem. Neqve sanè alia scribendi fatio qværenda tunc videbatur, qvam qva abundantes

dantes fine versus litteræ, quod videtur de Au-gusto affirmare Svetonius; planè non divideren-Qvô autem modô, aut qvô locô, omnino non divisæ illæ videri poterant, nisi ultra statami versus mensuram in marginem producerentur? Hac enim sola ratione manent conjunctissimæ. Et id tune mihi placebat. Croji profecto erat. quem indicaveramus hie non explicatum aliis hactenus nodum folvere, ut in aliam, fi non Croji qvæ falsa est, saltem veriorem, nostra postposita, sententiam concederemus. Nonsolvit. Qvod tamen eum ; qvi & hie Sveronium se illustrare. & à nobis merito dissidere, & qvidqvid inutra-que, Graca, ac Romana, antiquitate impeditum est, expedire se posse, passim proficerur, facere debuisse, nemo corum ambigit, neque dissentienti; neque suz sententie satisfactum putant, nisi omnes, certe pracipua, inprimis si carum jam publice indicium factum sit, sublaturn + fuering dissentiendi rationes. Hic contrà nodum in scirpo quarit; verum neque solvit, neque tangit. Ego illa Svetonii de Augusto, Non dividit verba, que pracipue hic expendenda erant, allis, quos sequitus est, aut post quos idem sentit Crojus, opposueram; ille autem, fubjicit, tamqvam plane idem & intellectu facillimium esset, eumdem & subjicere abundantes verbi alicujus litteras; & illud ipsum verbum non dividere, mihi objecit. Non ait enim Svetonius, Croji verba funt que hic legis, Augustum, in scribendo, ad marginem, litteras eas, quibus in ipso chartæ sinu non esset locus, transtulisse atque unco inclusisse. Non stribit enim, inquam, Augustum abundantes litteras adjecisse sed subjecisse. At non ign orabam 10 subjicere id etiam significare, quod vialt Crojus. Sciebam interim non esse ejuldem abundantes † (forte sublata) verbi

verbi alicujus literas subjicere, sigvidem hanc habeat fignificationern, & id ipfum verbum omnino non dividere. Ergo videndum nobis tum erat, an non ejusdem verbi litere ita subjici posfent diei , ut plane pon dividerentur, schn non autem , queso te , subjici in scribendo dicitur haud illud mode, quod inferiore loco legitur, sed id eriam, quod continuo, & eodem ordine pracedentia sequitur, ac proxime excipit! Non putem id negaturum Crojum, etjainsi exempla, quibus id probem ego non addukerim. Qvid mim his opus est in its, gye tirones eriam non n esciunt? Malim certe adducere Trajani, apud P. inium juniorem, verba, in quibus subjicere en fig nificatione accipiendum non est, contra quant ern ditissimus ejus interpres, Johannes Maria Ca-tan rus, olim annotavit. Vel tua caussa id nunc facia im, quem, antique omnis elegantie studio-sum, scio ejus scriptoris Veneres inter primas, de pracipuas delitias semper habuisse. Epistola est xx (111 lib. x. Trajani ad Plinium ; Et mibi scripsit Gabius Bassus, non sufficere sibi eum militum numera m, qui ut davetur illi mandatis meis complexus s. im. Qvid queris scripsisse me? ut notum; baberes bis literis subjici juss. Multum interest, res poscat, an homines imperare latius velint. Nobis antem ut ilitas demum spectanda est, &, quantum fieri potes ?, curandum, ne milites à signa absint. Ita vulgo in omnibus, quas vidi, anciquis, & recentiori bus editionibus legitur. Non rectè certe, queme idmodum nec recte interpretantur. Volunt enim illa, Multum interest, & qvæ porro sequentur; usque ad Epistolæ sinem, ex Trajani. litteris ad Gabium Bassum, orz Ponticæ tunc. Præsectum, excerpta esse, non alia ratione moti, quam e svod proxime præcedat illud, subjici. juffi.

juffi. Sed egregie falluntur. Neque enim aliud vult Trajanus, qu'an huic ad l'Ilinium Epiffolæ subjici se jussisse litterarum suarum ad Gabium Bassum, que non exstant hodie, exemplar. Que autem fequuntur non funt nist sententia, qvibus & Epistolam ad Plinium claudit, & ea quæ scripserat ad Bassum, ut scilicet contentus eiset beneficiariis decem, eqviribus duobus, centurio-ne uno, paucis confirmat. Legendum autem hic suspicor; Quid querenti, nempe Batto, qui conquestus erat non sufficere sibi eum militure. numerum, quem designaverat Trajanus, scripserim, ut notum haberes, his litteris subjici jussi. Cer-tè, non est dubium, qvin id voluerit Trajanus. Vulgata lectio fædissimè est corrupta. Sed de his plura ad ipsum Plinium, qvem dare possumus, &, si vitam Deus dederit, daturs sumulti qvam antè & emendatiorem, & illustriorem. Nunc enim opera ad Svetonium danda est. Cui cum neqve hic lucem fæneratus sit Crojus, qvod tamen promittit, neque veram ejus sententiam perviderit, qvid restat, nis ut nos utrumqve tandem præstemus? Aut enim fallor, aut qvid velit, liqvidò jam ostendam. Notavi, inqvit, & in chiregrapho ejus. Digno certe quod inspiceretur; non argumenti tantum, sed etiam, quod ad instirurum hoc facit, in scribendo elegantia, sive zamiyeu plas gratia: cujus, si communem hominum errorem in permutandis, & mittendis subinde litteris, syllabisve exceperis, Augustum constar fuisse studiosum. Constet certè vel ex eo tantum, qvod nihil aqvè laboraverit, qvàm ut chirogra-phum suum à Nepotibus inter ipsalitterarum ru-dimenta exprimeretur, Austor est Svetonius in hac ejus vita c. Lxiv. Nepotes & littetas, & natare, aliaque rudimenta, per se plerunque docuit, ac nibil agric

equè laboravit qu'im ut imitarentur chirographum fuum. Tanti enim, & tam accurati in omnibus, Principis judiciò nihil illorum imitationi, nisi quod optimum, & elegantissimum, proponendum fuit. Pro natare legi hic vult Lipsius. zotare; ac de iis interpretatur notis, qvæ scri-pturæ qvædam sunt compendia, qvibus verba non perscribuntur, sed fignantur, celeritati, & excerptioni repertæ: qvas qvi discerent, ut Au-gustinus loqvitur, lib. 11. c. xxvi. de Doctr. Christian. Notarii appellantur. Non possun, qvin de iis hic subjiciam (qvid enim obstat, qvô minus una fidelia non unum parietem dealbemus?) Isidori verba non tam tuâ caussă; qvi post exactam in hoc litterarum genere diligentiam nescire non potes, giz etiam vulgus eruditorum non ignorat; quam ut fædissime corruptus, neque cui-quam hactenus intellectus ejus locus pristino ni-tori hic restituatur; exstat is lib. 1. Originum, c. xxt. de Notis Vulgaribus, ubi hac leguntur: Vulgares Notas Ennius primus mille & centum invenit. Notarum usus erat, ut qvicqvid pro concio-ne vel contentione, aut in judiciis diceretur, Librarii scribebant complures simul astantes, divisis inter se partibus, quot quisque verba & quò ordine exci-peret. Roma primus Tullius Tiro, Ciceronis Liber-tus, commentus est notas, sed tantum prapusitionum. Post eum Tertius Persannius, Philargyrus, & Aqvila Libertus Macenatis, alius alias addiderunt. Deinde Seneca contractà omnium digestôque & aucto numero, opus effecit in qvinqve millia. Notæ au-tem dickæ, eo qvod verba vel (yllabas præfixis characteribus notent, quas qui didicerunt proprie jam Notarii dicuntur. Agnoscis hic, vel fallor, Au-giæ stabulum, & noctem plane illunem. Vide virum eruditissimum Lipsium Cent. 1. ad Belgas, epist. epist. xxvrr. hæsitantem. Qvid enim his obscurius? Qvid impeditius? Qvis sanam ex iis sententiam eruerit? An ante Tironem facta, qua à gravissimis, & omni exceptione majoribus scri-ptoribus à Tirone constat esse inventa? An is commentus est Romæ rantúm præpositionum notas, quemimprimis designat Seneca, cum Epist. xc. scribit, vilissimorum mancipiorum commenta esse verborum notas, qvibus qvamvis citata excipiatur oratio! De qvo Eusebius ad annum DCCXLVI? Marcus Tuflius Tiro, Ciceronis Libertus, primus notas commentus est. Est in Bibliotheca mea optima & antiqua nota in membrana exaratus codex, in qvo præter alia plurima veneranda, ac hactenus evendo , antiquitatis monumenta, primus ac secundus Originum Isidori leguntur. Utinam autem omnes! In eo post ista; Librarii scriberent; initium est novæ periodi, aur sententia; complures simul astantes, &c. Id, & alia rectam mihi viam straverunt ad veram hujus loci lectionem, qvi haud dubiè ita distinguendus ac emendandus est; Vulgares notas Ennius primas mille & centum invenit. Notarum usus erat, ut quicquid pro concione aut in judiciis diceretur, Librarii scriberent. Complures simul affantes, divissis inter se partibus, quat quisque verba & quò ordine exciperet, Roma primus Tullius Tiro Ciceronis libertus, commentus est. Notas, sed tantum præpositionum, post cum tertius Persannius; Philargyrus & Aqvila, Libertus Macenatis, alias addiderunt. Deinde Seneca contractô omn um digestôque & auttô numero, opus effecit in quinque mil-lia. Notæ autem dittæ co quod verba vel syllabas, præfixis characteribus, notent, & ad notitiam legentsum revocent: quas qui didicerunt proprie Gra-eu. notic notarii dicuntur. Nihil hic lectione

MARCI ZUERII

ctione dari potest verius, nihil illustrius; neque in posterum, ut hactenus, hærere hic erit necesse. Qvidni enim sidenter hoc asseram? cum jam levi ac propè nulla mutatione in obscurissimo antehàc loco omnia aperta fint ac consona iis, quæ de harum notarum inventoribus gravissimi inter Romanos auctores prodidere. Tantum, in densissimis licet tenebris. dare lucis potest vel solus distingvendi ordo rectè observatus. Dicit notasi sed oppido paucas, primum invenisse Ennium. Plana est sententia, si modò rectum sit proprium illud nomen. Subjicit, qvis Notarum fuerit ufus. Addit complures hoc est, longè plures, subintellige autem, Notas, qu'am invenerat Ennius, Tironem, Ciceronis libertum, esse commen-Er hoc verum est. An non cum his planè & examussim jam conveniunt illa, que à Seneca, & Eusebio ei imprimis tribuuntur? Auctor igitur primus Notarum Ennius, secundus Tiro, sed primô major eò quòd paucissimis complures adjecerit. Persannius autem tertius notam præpositionum addidit. In membranis noftris disertim legitur; 111. Persannius, id est, tertius Persannius. Ita enim scribendum est, non, ut pessime hactenus, Tertius Persannius. Nomen enim illud hie non proprium, sed ordinis, & numeri esse, res ipsa clamat. Qvod autem additur, primum Tironem Rome commentum efse complures non tantum notas, sed & adstantes librarios, qui, divisis inter se partibus, quot quisque & quô ordine verba exciperet, in concionibus & judiciis celeriter describendis orationibus vacarent, an non plane idem est, qvod Plutarchus in Catone Uticensi annotavit? snam ejus orationem exstare, exceptam Ciceronic opera, qvi in Curia celerrimos Scribas (agnoscis hic complu-

res, & inter eos haud dubiè primum Tironem) disposuerat prædoctos Notis, & signis uti. Ouwe po (id enim subjicit Plutarchus) ioner, ed crix leu-ઉ ૧૪૬ પ્રયોધાર્થા જામનેજુ કર્યું છેલ્લ ; (nondum enim instituefant, neque habebant Notarios dictos. Et hoc est qvod vult Isiodorus; primum nempe Tironem notas, & Notarios, & ordinem, qvô ea qvæ dicebantur adstantes exciperent, in Curiam trans-Sub finem in iifdem membranis nostris disertim exaratum est; proprie Gracie nobis Notarii dicuntur; fine ulla defectus nota. Deesse tamen Græcum nomen ex verbis apertum est. Inserendum putem vel, σημαιογείροι; qvomodo Notarios proximè jam adducto loco vocat Plutarchus; vel, &χυγεώφοι, qvomodo apud Suidam à celeritate in scribendo appellantur. Et id qvidem obiter de Isidori hoc loco. Ad Svetonii redeo. Apud eum Natare constanter habent MSS. non Notare, quod vult Lipsius; cui accedere non possum. Ejulcemodi qvippe, qvas jam ex Isidoro descripsimus, Notæ hic locum non habent; perplexæ illæ, &, ut D. Hieronymus loqvitur, furta verborum. Agitur enim de pueris Abecedariis, & omnium primis pingendarum literarum rudimentis, inter que impeditas illas, intricatasque Notas suisse non sit verosimile. Primum qvippe hic est, docere, qvomodo plane, & eleganter litteræpingendæ fint, qvæ zamin euoia dicitur; non quomodo impedite, obscure, celeriter, qua minus venusta, & calligraphia opposita σημειογεμφία aut εχυγεμφία appellatur. Constat quippe & zuver deus, quorum erat pro litteris, fignis ac notis uti, & xamiregipous qui ut alia, ita etiam que ab illis obicure, & perplexè excepta erant, in legentium commodum plane, & plene, ac eleganter describebant, non tantum

194 MARCI ZUERII

diversos esse, sed quasi opponi. Ecce tibi vete-rum testimonia, ei etiam adducta, neque satis intellecta, à quo hic dissentimus. Purar enim anni-200 Pous tantiin feriptores effe, & fic vertit; Notarios non esse. Addit aliam esse scripturam, 2-liam Notariam, illam xamiyeagizi hanc raxiyeagiar dici: qvasi verò Notariis etiam scriptura non sit tribuenda. Aliter se res haber. Nota est Aufonii Epigraphe illa ; Ad Notarium velociffme scribenten. Scribunt ergo, & Notarii, non foli zamiyesipoi. Sed Notarii aut tazvyesipoi minus venuste, & plane, qvia celeriter, & per notas; zamiregeor contra venuste & plane, & perfecte, quia verba omnia pericribunt. Atque hoc illud est, quo diffingvuntur. Scriptorem illumi apud Suidam audianius; qvi de Ambrofio qvodam, qvi Origeni & auctor & Egyodionins fuit ut in Sacras Litteras commentaretur; A'ubegrio inqvit, noma ireldom no woodiacappo, no raxuyeaφοις αυίω α βοιςήτας έπας, καλλιγράφους ή πλείους, έξ-Butura une Ces Seins regiques ninchnit Ambrofius, inqvit, multa eum, Origenem scil. orans & adigens, & septem er Notarios, plures Scriptores alios (ita vertunt, fed vertendum erat, plures alios eleganter scribentes. Ipsa etymologia id postulat.) apponent, ut in Sacras Scripturas commentaretur, effecit. Duplex scriptorum genus memorat 10xvver pous five Notarios, & xamiyeapous. Sed & diversis corum usus hic palam agnoscitur, qvia nempe diversus scribendi modus. 88. Patres, ut & alii, si qvod ingenii monumentum tradere posteris constituissent, medicationes suas ut plurimum dictare aliis folebant. In co ufus erat ταχυγεμόρω sive Notatiorum, qvi celestrer dictata compendio Notarum celestrer etiam exclpiebant. Ideo Ambrofius Origeni in a razvypagow adeffe yoluit.

voluit. Caussa verò, cur plerumque veteres horum ministerio usi sint, non autem ipsi sua primi descripserint; præcipue ista, ne mens & meditando, & scribendo pariter districtà, meditationis remissiones plurimas, & impedimenta pateretur. Facit huc, neque tibi ingratum etit audire, qvod ex D. Ambrosio Ansberto, Gallo Presbytero, qvi & eruditionis, & pieratis laude circa annum Decexe. floruit, opportune nuper observabamus. Is suos in Johannis Theologi Apocalypsin, qui hodie exstant, commentarios conditurus, forte à Notariis defectus, conversis ad Deum precibus: Et quia rogat, in hoc tam laborioso opere Notariorum solatia deesse mihi videntur, obsecto, Domine, ut nec manus characteres verborum formans, aut visus exterior verba literis formața conspiciens; impedimentum præstent cordi intus secreta mysterio-rum rimanti. Sicque oculis intentio vigilet intrinsecus, quatenus officium manus nequaquam torpeat extrinsecus. Aperi ergo, Domine sensum interius, move artus ad scribendum exterius, & itautraque officia modificans dispone, disponensque modifica, ut in sudore hujus expositionis necessario sibi applaudant, concorditerque deserviant. Domine Deus, in his & in omnibus adjutor meus. Non facile verbis tibi expressero, optime Blaespili, qu'am lætus ac lubens in verustiorum. Theologorum scriptis identidem nunc amplectar, nec facile dimittam, & aliis quoque lubens sistam, passim expressam Christiana pieraris simplicitarisque integram illam, & genuinam imaginem; in cujus hodie pene amissa, ac à paucis retent a locum non niss calumnia successere, ita & frequentes & arroces in nonnullorum Theologorum scriptis (absit enim ut de omnibus, & melioribus id asseram) ut qvi Theologum in iis quarit, eliam quarendo fatigatus Digitized by Google non

non sit inventurus. Sed de his mox plura. Vides interim, quare Notariorum aut ταχυγεώφωι operâ in iis , qvæ meditati jam erant , vel medita-· bantur, excipiendis veteres uterentur. Ut autem illa dictata celeriter, & minus concinne, ita his succedentes xamiyeapor planius, perfectiusque eadem describebant. Ideo idem ille Ambrosius præter septem ταχυγράφους, plures καλλιγρώφους Origeni à manu esse voluir. Ex iis, que hactenus disputata à nobis sunt, satis liquet, non modo aliud esse ταχυγραφίαν, aliud καλιγραφίαν, sed &, cum diversus fuerit utriulque usus, razvyegplan qua neque facilis, nec perpetui usus, inter prima litterarum rudimenta pueris, prasertim ad magna natis, tradi non debuisse. Et cur Augusti Nepotibus traderetur ? Qvis enim hujus 705zvyespias uius, nisi ut abaliis dictata celeriter exciperentur? Et qvid, qvæso, indignius his, qvi in regnatrice domo in spem imperii educaban-tur? Et constat veterum Notarios plerumqve vel servos, vel libertos suisse. Passim id junioris Plinii, ut aliorum testimoniis nunc non utar, epi-stolæ loquuntur. Sed unde constat, ejusmodi notis in chirographo suo usum fuisse Augustum? Et, cur usus fuerit ille, cujus non erat, qvod Notarii facievant, dictata ab aliis celeriter excipere? Farcor, notis ususest Augustus, sed longe ab iis; de quibus hactenus egimus, & qvas Nepotes tuos docuisse Augustum illi volunt, diverfis Indicat id ipse Svetonius: Quoties autem, inqvit, per notas serbit, b pro a, c pro b, at deinceps ea tem ratione sequentes litteras ponit. Pro Z aurem duplex a. Seu illa erat non ταχυγεφφία, fed 2, va 6/2 ca cia, five occulta scribendi ratio, qvà usus Augustus est cum secretiores litteras adamicos daret. De qua tam multa Spanhemensis Abbas

bas Trithemius. At qvis credat, Augustum eam scribendi rationem pueris inter prima literarum pingendarum rudimenta tradidisse? Notare igitur hie ferri non potest. Rectum est quod in omnibus libris legitur, natare. Constat enim nata-tum qvoqve inter prima fuisse pueritiz Romanz rudimenta. Si quid mutandum esset hôc locô, legerem, nulla prope mutatione; Nepotes & literas, ut natare, aliaque rudimenta, per se plerumque docuit: ac nihil æque laboravit, qu'am ut imitarentur chirographum suum. Ut natare & alia rudimenta nepotes suos docuit, ita & literas ex chirographo suo. Sed & ab hoc Sveronii loco, quasi ex diverticulo, ad eum, quem illustrandum hic suscepimus, ubi de chirographo Augusti ex professo agitur, velut in viam, à qua defleximus, & ad inceptum, tandem revertamur. Qvid autem in eo notavit Svetonius? Non, inqvit, dividit verba, qvod de verbis singulis accipiendum esse, quivis videt. Ut novum id, aut certe rarum, notat, qvia ea dividere usitatum antiqvitus fuit. Constat id vel ex iis, que de verborum in scribendo divisione pracipiunt veteres. Satis erit nunc vel folum Fabium audisse, lib. 1 c. v11. (al.x111.) hæc docentem : Est etiam in dividendis verbis observatio, mediam literam consonantem priori, an sequenti Syllabæ adjungas. Aruspex enim, quia pars ejus posterior à spectando est, S. literam tertiz dabit: abstemius, qvia ex abstinentia temeti composita vox, prime relinquet. Ita enim haud dubie hic legendum est. Relinquer, nempe verbum abstemius S. literam primz syllabz, si forte fuerit scribendo dividendum. Pessime, & nullo sensu vulgo scribitur, relinquetur. Vult enim justam verborum divisionem scribenti curz esse debere. Neque enim susque deque esse, quomodo

do literæ dividantur id probat S. litteræ exemplô. Ea subinde cum priori syllaba, nonnun-qu'am cum sequenti conjungenda cst. Aruspex S. literam dabit tertia, & scribendum, ubi divisione opus;

spex: Abstemius eamdem relinquer prima, & visione opus matur. De gvibus plura alibi. Nihil autem zgve peritioribus elegantioribulque in scribendo cura olim fuit, gyam ut, ubi dividenda verba se dabant, syllabæ rectè sive sionums dividerentur. Id neglechum olim Plotino, & iccircò in eo à Porphyrio notatum est : E'yeafe jere es xan & Sontonovμι Ο Ε γράμμαζα, έτε δισήμος δίς τυπαδάς Δίσιρων, ουζε το εθογράφιας Φρονίζων, άλλα μόνου Ενου έχομος: Scripfit, inqvir, neque eleganter pingens literas, neque recte dividens syllabas, neque Orthographiam custodiens; soli menti aut sententiæ semper inhærens. Aliter, ut jam dixi, inter veteres plerique elegantiz studiosi. Eumdem dividendi ordinem, vulgò jam receptum in condendis verfibus identidem usur antiquis poetis fuisse vel ex eo etiam est apertum, quòd ejusdem verbi syllabam assuant aliquando versui pracedenti: ut in illo Horatii lib. 1. Ode. II. v. 19.

Labitur ripa, Jove non probante, Uxorius amnis.

Nonnunquam sequenti, quomodo apud Maronem lib 111. Georg. v. 449.

Et spumas miscent argenti, vivaque sulphu-

ra Idaasque pices, & pingueis unguine ceras.
Recepto huic plerisque mori adversus Augustus dicitur hic literas in chirographo suo non divisisse. Neque profecto dividere debuit, si codern modo scribendum, quo loquamur, & quascum-

que tandem molestias, que legentibus, vel audientibus in sermone, aut scriptura offerri pos-Tent., quôvis studio declinandas judicaverit. De qvo tanti Principis laudabili sane, & egregio instituto dubitare nos in ejus vita Sveronius haud finit. Qvid ni enim hoc etiam nomine ille celebretur. Cum enim sermo pracipuum sit humanæ Societatis vinculum, ac coagulum, ac nihil aliud qu'am sermonis cortissima imago, ac imitatio sit scriptura; haud dubie pulcherrimus, ac humano generi utilishimus est eorum conatus, qvi id sedulò agunt, ne in loquendo aut scribendo vel tantillum temora audituris, lecturifye relinevatur... In scribendo cum primis, Si enim dubitandum nobis non sit, qvin summa ingenii eminentia fuerit is (quomodo fine Dialogi 1. de mundi Systemate loqvitur Galilaus Galilai, quo homine nemo nostra, aut majorum etate ordinem natura ac arcana altius indagavit, aut majori studiô inveniendi nova, qvæ humanis porro inservirent utilitatibus, exarsit) cui venit in mentem excogirare modum, penitifimas animi fui cogitationes alli cuicumque communicandi, etsi longissimó. & loci & temposis intervalio distanti collogvendi cum his qvi habitant remotissimas terrarum oras, cum his qvi necdum nati funt, nec mi mille, aux decies ab hinc mille annis nascentur; idque tanta facilitate; viginti nimirum minurls, characteribus varie inter se conjunctis: ambigi profecto non potest quin summopere laudandi etiam illi fint, qvibus hodie adhuc cordi est aut olim fuit, ut scriptura, divinum verè, & rebus humanis apprime necessarium inventum, five redderetur indies ornatior, sive legentibus minus, siqvidem id sieri possit, impedimenti adferret. Minutias quoque in re N 4 tain

tam magna sectari, magnum, & decorum est. Augustus (de ejus enim instituto nunc dicendum est) cum ex litteris, & syllabis conjunctis intelligeret verba constare que scribuntur, corum in scriptura divisionem improbandam judicavit; eam maxime que vulgo olim recepta, & hodie adhuc przcipua usu, nonnihil etiam morari legentes videbatur. At gyomodo verba non divisit? Id enim nunc quarendum eft. An ita scripsit, ut omnino verba non diviserit, hoc est, ut eorum litteræ ac syllabæ omnes manserint conjun-Stissima? Mihi qvidem non est dubium, qvin iniri possit, neque una via, ejusmodi scribendi ratio. Et in antiquis nonnullis manu exacatis libris à librariis accurate, & constanter observatam haud semel deprehendi. Possunt enim quæ fine versuum abundant verborum literæ scribendo in marginem produci ac extendi, qvomodo scripsisse Augustum nos olim purabamus. Sed in alios ferè usus paginarum margines destinantur; & inæqvalitas illa nunc longiorum versuum, nunc breviorum, est invenusta. Possunt & ezdem notô scribendi compendiô ita contrahi, ut non abundent, ut in atq;, exeplu, fcos pro factos, th pro tamen, ppls, pro populus, & ejus generis aliis. At harum contractionum non in omnibus, qvorum abundare litteræ nonnungvam posfunt, verbis usus est; & minus planam scripturam reddunt, ac impeditiorem. Vidi & vetustos lapides, in quibus minore charactere aliquot erant literæ majoribus mixtæ, ne scilicet ex iis qvadam fine versus abundarent, aut dividere verba necesse esser. Ecce tibi istum;

M. CÆLIUS
ML
ML
ML
PRIVATUS
M. CÆLIO. T. F. LEM. BONO
LEG. XIIX. ANN. LIII. . . CIDIT.
BELLO. VARIANO. OSSA
INFERRE. LICEBIT. P.
CÆLIUS. T. F. LEM. FRATER.
FECIT.

Hâc formâ inscriptiones aliquot alix apud Mafochium, & Gruterum leguntur. Sed ista suffecerit, qu'àm eò libentius hic descrips, qu'òd à
peregrinatione recenti tibi ea fortè nondum visa
sit in vicina Belgio nostro Clivia nuper admodum
reperta. Est autem Keaotaphium, ut videtur,
militi positum, qui celebri illò bellò Varianò
ceciderat. Ceterum nulla expeditior scribendi,
ita ut verba planè non dividantur, ratio, meò
quidem judiciò, qu'àm si versum longitudine semel definità, margine intacti, verbum id, cujus
abundatura aliquot in superiori versu litera creduntur, integrum legentibus proxime sequentis
versus initio offeratur. Exemplum sit eadem, qu'am,
sed aliò scriptam ordine, supra etiam exhibuimus,
Augusti ad Tiberium epistola;

Cænavi, mi Tiberi, cum ii sdem. Accesseruns convivæ Vinicius, & Silvius pater. Inter cænam lusimus viegviuzăs & beri, & bodie. Talis enim jactatis us qviqve canem, aut senionem miserat. in singulos talos singulos denarios in medium conserebat. Qvos tollebas universos, qvi Venerem jecerat.

Vides in hoc scribendi ordine divisioni verborum aut divortio locum plane nullum relinqui.
Neque ejus in MSS. qvibusdam vetustioribus,
N 5 qvæ

MARCIZUERII

quz vidi, ut & aliquor lapidibus, desunt exempla. Agnoscis interim hic quoque versuum inzqualitatem, quam, ut inconcinnam & desormen, summa cura declinandam veteres entregereias studiosi puravère, quibus versuum aqualitas haud postremum scripturz ornamentum; imò, ut revera est, quasi Venus quzdam, habebatur. Neque una iis placuit ratio, qua eam declinarent. aliquando postrema ultimi verbi litera à reliquis avulsa, & in sinem stati versus seposita, ut in hac inscriptione, quz, earum quas Gruterus collegit, & p. cxxv111. exhibuit, prima est.

M. ATTILIUS RUFINU	S
SEX, SALVIUS. SENILIU	: S
C. AUTRONIUS MAXIMU	S
L. TITULEJUS. FELI	\mathbf{X}
M. PUBLICIUS HESTE	\mathbf{R}
M. HERENNIUS, CAPIT	Ĥ,Q

Neque aliter, neque alia de caussa, versus Poëtarum, qui alias fere inæquales sunt, scribebant elegantiores. Ut exempli gratia,

Jam satis terris nivis, atqve dir	: (Æ	
Grandinis misit pater, & tubent		E	
Dexterâ sacras jaculatus arce		. S	
Terruit gente		M	

In vetustis membranis integrivaliquor Poëtz veteres sic discripti hodieque inveniuntum Noununquam, integro verbo, inzaquali intervallo, & à reliquis divulso, in sinem versus rejecto. Exempla in eodem inscriptionum opere plurima inspicienti offeruntur. Imo studiose adeo, ut idem esset omnium versuum quemadmodum initium, ita

ita & finis, à nonnullis olim observatum, ut si in postremo omnium, vel duo tantum verba se scribenda darent, alterum ejus initio; alterum sine exhiberent. Nemo, nisi qvi nihil videt, hoc negabit, si modò vertat oculos ad hoc exco p. pexevit. N. 1x, laudati jam operis, positum monumentum.

MEMORIÆ.
M. NONI. PLACIDI
V. A. XXVIII. M. VIII. D. XIIX.
AB. ANNO. ÆTATIS. SUÆ.
XII. OCULIS. PATENTIBUS
VIDIT. NIHIL.

Sunt exempla ejus generis ibidem plura. Cc. terum nihil horum Augustus, qvi neqve cavit ne verbi literæ aliqvæ in scribendo abundarent; neque, cùm forte abundarent, ita scripsit, ut plane non dividerentur. Qvare igitur disertim afferit Svetonius, eum verba non divisisse, atqve ex chirographo ejus se annotasse? Hoc enim tandem nobis hic venit explicandum, In qvo, ut præeat Svetoniusipse, necesse est. Neque enim hac recte explicaturus certiorem, melioremve sequi potest interpretem. Neque, aut admodum fallor, ambiguum posthac erit, de quo hic quaritur, si hæc propius expendantur. Non dividit verbu; post qvæ addit, qvibus, qvid sit non dividere verba, ipse, sed paucis, interpretatur; Nec ab extrema parte versuum abundantes literas in alterum transfert. Non potest dubium esse, qvin velit, in icribendis abundantibus verborum litteris alium morem, qvam vulgo alios, Augustum esse sequitum. Qvomodo autem ea à ve-terum plerisque scribebantur? Haud aliter profectò

204 MARCIZUERII

fectò qu'am à nobis hodie. Ab extrema parte versuum, à Tranqvilli qvippe verbis hic rece-dendum non est, abundantes siteras in alterum transferebant. Hac divisione factum, ut pars verbi fine versus prioris, pars sequentis initio le-geretur. Nimia ea, nec necessaria, visa est Augusto. Is ergo contrariô usus scribendi ordine non transferre in alterum versum abundantes literas voluit, sed ibidem statim subjicere, id est, in altero quidem versu, at non initiò ejus, quod remotius, sed extremæ, qvod proximum, scripsisse, ac ita circumduxisse, ut pars non sequentis, sed præcedentis versus ac à reliquis non divile esle intelligerentur. Qvot Svetonii hic verba exstant, tot hanc ejus mentem esse, certiffima sunt argumenta. Non divisisse verba dicitur Augustus, non qu'od corum partes plane non di-videret, sed qu'od abundantes literas ab extrema parre versuum ibidem, id est extrema sequentis veisus parte, id est, proxima, subjiceret, ita it penè dividi non viderentur. Alii interim ita cas dividebant, ut à fine præcedentis versus ad proximi initium eastransferrent. Hæc vera erat divisio, cum Augustea illa adeo esser ab illa diversa & modica, ut prope nulla, imò nulla Svetonio, propter circumductionem scilicet, videretur. Hac caussa est, quare dicat, verba Augustum non divisisse: Transferre enim abundantes ab extrema parte versuum litteras, illi dividere est, non autem ibidem statim subjicere. Qvod enim transfertur ab eo, a qvo transfertur loco, omnino divultum est. Qvod verò proximè subjicitur, non tam divisum quam proxime cum eò cui subjicitur conjunctum & qvasi indivulsum habetur. Si ergo sic scribas, qvomodo vulgò olim, ut & nos hodie;

non videtur esse divisio, quia abundantes illæ literæ non transferuntur sed statim, id est, proxime, & ut conjuncta subjiciuntur, & uno eôdemove intuitu adspiciuntur. Neque aliud hic voluit Sveionius. Verbum non addam de re jam manifesta. Ceterum ubi subjecerit Augustus abundantes illas literas, au in illo quod inter duos versus relinquitur intervallo, an extrema parte versus proximè sequentis, restat ut videamus. Illud Crojo, nobis hoc videtur verius. Certe nunqu'am illud ex Svetonio probabit Crojus. Dicit ille, Ibidem subjicit Qvo referas illud ibidem ? An ad vacuum illud intervallum? Atqvi nulla ejus facta est à Sveronio mentio, ac de eo hic ne vev qvidem. Ratio qvoqve ipsa dissentit. Qvis enim illius intervalli usus est? Triplex serè, aut fallor. Nam & ad ornatum Sexides ifter haud parum faciunt, ut margines paginarum; & legentes plurimum juvant, duin versus singuli va-cuô illo inter singulos ac justo spacio relicto distinctius oculis offeruntur, ipsorum denique etiam qvi scribunt usibus, si qvid mutare fortè, aut corrigere, vel addere, aut suprà scribere velint, qvod tamen in scriptura, qvæ aliorum etiam oculis offertur, deforme ett, plurimum conducunt. De postremo est infignis mendo Plinii Junioris lib. vII. Epitt. xII. locus, & obiter hic a no-bis emendandus. Verba sunt; Postea enim illis, nempe qua emendanda in libello a me formaco judicabis, ex aliqua occasione ut meis utar; & beneficio fastidii tui ipse laudabor, ut in eu quod annotatu.

tatum invenies, & suprascripto, in vacuo nimia rum illo, inter versus singulos intervallo, aliter explicitum. Ita vulgò hæc legunt, & distingvunt, nullo sensu. Veteres, melioresque libri habent, ut in eo quod adnotandum adnotatum quoque invenies. Qvæ nec ipsa satis sana aut distincta sunt. Ergo fidenter fic scribo, & distingvo: Posteà enimillis ex aliquà occasione ut meis utar & beneficio fastidit tui ipse laudabor. Tu in eo quod adnotandum adnotatum invenies, & suprascripto aliter explicitum. Non est dubitandum, qvin hac ipfa Plinii scriptura sit. Qvid aurem velit, satis explicant illa, que statim subjiciuntur: Nam cum suspicarer futurum, ut tibi tumidius videretur, quad eft sonantius, & clatius, non alienum existimavi, ne te torqueres, addere statim pressius quidam & exilius, vel potius humilius, & pejus, vestro tamen judicio restius. De stylo non erat idem Plinii, qvod Minutii, ad qvem scribit, judicium Huic exilis, & humilis, illi autem fonantior ac elatior, quem tamen nt tumidum Minutius aspernabatur. Petit igitur ab eo Plinius, ut ingeniô suo utatur in emendandis omnibus iis, qvx tumidiùs scripta judicaret. Sed inqvit, ne qvid in eo molestiz crearem tibi, ego illa omnia, qvæ adnotanda à te ut minus recte dicta credebam, ipse jam annotavi, eaque aliter, & exilius explicata suprascripto, in Sixioi nempe, invenies. rum de his, ut jam dixi, plura ad ipsum Plinium. Augustus enim nondum nos dimittit. Qvis autem credat, eum, cujus scripturam elegantia ipsa, & venultate fuisse monstrabilem constat, rejectis in vacuum illud qvod inter fingulos versus est spa-tium, abundantibus literis, semper devenustare illam voluisse? Qvid enim aut inconcinnius eo, aut invenultius? Fieri namqve non potest, qvin

qvi sic scribit, intervallum illud singulorum ver-tuum non qvidem longitudine, sed latitudine passim reddat inaqvale. Retrossecte, si placet, oculos ad Augusti epistolam, qvam ab eo ex sententia Croji scriptam suprà jam exhibuimus. Qvomodo autem non potuit'illa inevitabilis sic scribenti, & toties, ac singusis prope versibus obvia inæqvalitas politissimo, etiam in pingendis-literis, Principi non displicere? Sed ego, fortè nimis jain multa super Priamo rogitans, super Hectore multa; molestus tibi diutius elle, neque debeo, neque volo. Qvidni enim in Serenissimi, ac laudarissimi omnium, qvos Germania nunc habet, Principum aula agenti jam tibi, ab horum temporum calamitate, ac nunc maximè feriis pro pacanda Europa confiliis, alienum videatur ac absurdum, tam longa Dissertatione quæreres quomodo Principes scripserint : cum, ut ita dixerim . adhue Virguneula Juno effet , & Ideis privatus Juppiter antris ageret. Est ad manum nobile illud Ancyra repertum, & qvod in Smetianarum Inscriptionum Auctario legitur, monumentum, non modo Breviarium rerum, sed etiam qvoddam qvasi chirographum Augusti. Id, nisi fallor, & paucis, hic nos absolvet. Qvod enim locuplerius aut certius testimonium in hac caussa posset in medium adferri? In ea, ut, nota jam eruditis ac explosa non semel, ut hic. ita & alibi veterum qvadratariorum negligentia aut imperitia, quadam sele offerunt à more scribendi vovem Augusti fuisse constar, plane aliena, ita exitant duo subjectorum in scribendo verborum circumductorumque apertissima exempla, qvæ ex ipfo Augusti chirographo, aut inscriptione lapidis facta juxta chirographi ejus normam ac ordinem, expressa esse, vel hac sola ratione motus fider

208 MARCIZUERII

fidenter audeo affirmare, qvod nihil simile in vasto illo Opere, inter tot vetustarum Inscriptionum chiliades, mihi, hac nunc de caussa iterum eas persustranti, suerit oblatum. Hac ergo, ne in posterum dubia sit, aut vera, aut fassa de chirographo Augusti, & Svetonii hoc loco sententia, superest ut tandem inspiciamus. Neque enim ambigitur qvin ejus Breviarii & auctor sit, & id primus descripserit ipse Augustus, & qvadratarius nova illà, neque alibi obvià, scribendi ratione, præeuntis Augusti ductum, & qvass vestigia fuerit sequutus Ecce tibi primum, ex oppositi lateris serie prima;

JOVIS. LIBERTATIS. IN AVENTINO. ÆDEM. LARUM. IN SUMMA. SACRA. VIA. ÆDEM. DEUM. PENATIUM. IN. VELIA. ÆDEM. JUVENTATIS. ÆDEM. MATRIS. MAGNÆ. IN. PALACIO. SERTORIUM. ET. POMPEJUM.

THEATRUM. UTRUMQVE. OPUS. IMPENSA. GRANDI! REFECI. SINE. ULLA. INSCRIPTIONE. NOMINIS. MEI.

Adde & alterum, ex ejusdem seriei continuatione, illud;

QVOTIESCUNQVE. IMPERATOR. M... AURI CORONARIUM. NON. ACCEPI DECERNENTIBUS. MUNICIPIIS. QVÆ ANTET TEMPUS DEFUNCTAR. AFRIC. (DECREVER AM. MEO. NOMINE. AUT. FILIORUM. MEORUM. F.T. NEPOTUM. IN. CIRCO &C.

Vides

Vides utrôque locô postremum, quod præcedentium sententiam claudit; verbum non translatum ab extrema versuum parte, sed ibidem stas tim subjectum. Vides non in illo intervallo, qvod inter duos versus est, sed fine versus sequentis subjectum. Vides etiam, ut ad præcedentem versum pertineret, & velut pars quadam ejus, nec divisum, intelligeretur, circumductum, & fimul circumducendi verba, aut abundantes literas (eadem enim haud dubie in his quoque scribendi norma observata est) usiratam Augusto rationem. · Placerne, ut tandem quoque epistolam ejus hôc ordine scriptam hìc exhibeamus? Mihi certe, neque grave, neque difficile id erit. Sin autem id superfluum tibi videatur, facile etiam erit non legendo præterire, aut delere.

Nos, mi Tiberi, qvinqvatriis satis jucunde egimus. Lusimus enim per omnes dies, forumque aleatorium calefecimus. Frater tuus magnis clamoribus rem gessit. Ad summam tamen perdidit non multum: Sed ex magnis detrimentis præter spem paullatim retractus est. Ego perdidi vimillia nummûm, meô nomine; sed (ginti cùm effuse in lusu liberalis suissem, ut soplerumque. Nam si quas manus remissi (leo cuique, exegissem, aut retinuissem quod cuique donavi, vicissim vel quinquaginta millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad cælestem gloriam efferet.

Hæc demum vera est Augusti scriptura, qvam cum verbis Svetonii, & iis, qvæ ex Ancyrano monumento jam produximus, omnino congrue

re, nemo, nisi qvis verise hostem prositeri malit, posthac negabit. A consvetudine enim vulgò in scribendo recepta, & nobis adhuc recenta recessit Augustus, ac contrariam planè viam in-gressus est. Vulçò à fine versus ad alterius ini-tium abundantes literas transferre mos erat. Ea divisio immanis, & nimia, & lectoribus molesta visa Augusto ac iccirco improbata est. Ipse verò iisdem illis literis statim ibidem in fine versus fequentis locum fecit, atque ita eas circumduxit, ut à reliquis non divisæ, aut avulsæ, sed cum ils quam proximè coherere viderentur. Neque obstat Sveronius, qvi notat abundantes literas in alterum; nempe sequentem, versum non transtulisse. Aliud enim est transferre, aliud subjicere. Negat transtulisse abundantes literas; non negat . subjecisse. Adde, qu'od circumductio faceret, ut circumductæ vel literæ, vel syllabæ pars præcedentis, non alterius, versus esse viderentur. Is enim circumductionis usus erat. Id ea, nec aliud, fignificabat. Vides jam fine ulla inconcinnitate, imò venustissimè, quod in scribendo propositum erat Augusto, abundantes literas subjectas, & ne divise viderentur, circumductas. Qvid post hæc aut qvo plura? Neqve ego, pene puer, veram hujus loci sententiam olim vidi: (Cur enim id fateri pudeat? cum hoc demum pudendum maximè, & planè indignum veritatis studioso sit, fateri nolle, si erraveris) neque nunc vidir Cro-jus. Qvi, qvod à nobls, nisi fallor, tandem nunc prestitum est, post irritos aliorum omnium interpretum conatus illustratum hie à se Sveronium, cum qvid vellet, ille non intelligeret, temerè affirmavit. Neque tamen ideò minoris hominem facio, qu'am meretur; qui scio, novum haud este, in his similibusque antiquitus sepultis sum-

mos

mos etiam viros identidem à vero aberrare. Manear illi ex studis suis honos, qvi debetur. Per me certè, qui quanti præclara omnia ingenia & fecerim semper, & nunc faciam, & quam magnifice de iis sentiam, non ignoras, nihil ei de-trahetur. Ego enim & amare eum possum, si qvidem amari se à nobis patiatur, in qvo unum illud, qvod fortè ipse qvoqve jam non probat postquam bonis ubique omnibus ac eruditis improbari haud dubiè intelligit, hoc est, effrænem illam libidinem convitiandi, in publico præsertim scripto, & adversus eum virum, cujus czleste ingenium, & infinitam eruditionem, & incomparabilia in Remp literariam merita, omnes jam laudes sunt supergressa, non possum non odiffe. Neque interim ab eorum judicio abeo, qvi, si qvidem id exigat ratio, à maximis etiam viris dissentiendum arbitrantur. Principes quippe literarum ac Dictatores quosdam & dici-mus libenter, & merito agnoscimus, sed ut venerantes, non ut servi. Neque arbitria eorum jura hominum sunt, aut ut leges admittuntur. Contra eos modò pronuncio, qvi ex ambitione potius, quam meritò ab iis dissentiunt : qvi non dissentiunt sine contumelia, & nisi convitientur; qvi denique dissentire non possunt, nisi profiteantur odiffe se illos à quibus dissentiunt: cum tamen haud arduum factu sir & amare eos, à qvibus dissentias, & ab iis, qvos ames, dissentire. Qvò enim illa tot convitia, qvæ neqve tegunt, neqve vulnerant; qvibus digni, vel indigni; Majores, minoresve, falsa, aut vera tuent tes, non distingvuntur? Qvid referta iis scripta funt nisi pignora injuriz, & imporentis animi ad posteros transmissa, &, siquidem ex scribentium voto res cadat, duratura zternum monumenta?

MARCI ZUERII

An non, queso te, per ea contumelia ex contumelia trahuntur, & velut inexplicabili quodam nexu jam devinctis semel ingeniis ac commissis, semper incipaunt maledicorum occupationes; & post convitia omnia, vetera aut nova, consumpta, fessis jam ac fatigatis manet tamen odium, & convitiandi libido? Neque eadem intemperantia-illos decet, qui priores lacessiti, & læsi vices reddunt. Delictum enim aliorum, ut egregiè ille olim, respiciendum est ut opprobrium, non ut exemplym. Sed hos justus dolor, & superata, si gvidem sapientis illa, qvam invictam esse oportet, superari patientia unqvam possit, sorte excusaverit. Illi autem plane non ferendi qui priores maledicunt, & non lacessiri. Nam ne qvidem id hominis. In Theologis autem tam monstrosumest, gyam hactenus inauditum. Ex his enim qvidam hac arate, inprimis nuper admodum, tam ab his, qvi ejusdem ordinis, qvam aliis, tanta immodeltia publice dissentire, ac in famam aliorum & existimationem tam atrociter grassari, ausi sunt, ut in qvavis potius alia, quam Christi schola ostenderint sese eruditos. Hoc igitur demum sæculo, prô pudor, in Sacras literas observationes vocantur, portenta & plaustra convitiorum. Nam hic quoque vera vocabula amisimus. Et cur calestissima verba illustranda illi suscipiunt qvi non intelligunt? Sin autem intelligant, cur iis præscripta, præsertim cum præire hic magnitudine exempli aliis debeant, non sequentur? Ubi ergò in fratres amor, cum in hostes etiam sit præceptus? Qvid fibi vult illud maximi, & dulciffimi præceptoris, Discite à me, quoniam sum mitis? An illam nullis modestiæ, nullis Christianæ caritatis, nullis conscientia alind dictantis repagulis coër-

coërcitam styli atrocitatem, in eorum famam, qvi pulcherrimam, qvæ optimo cuiqve & maxi-mo non minus qvam ipsa vita æstimatur, illuftrisimis & studiis, & meritis sibi qvasivere? Id enim Dominum velle, ex horum certè scriptis colligas. Ubi ergo mos à fanctissimis Patribus traditus? Ubi exempla, qvæ ab Episcopis, qvem pascunt, gregi debentur! Ubi vetus illa, & incorrupta Ecclesiæ disciplina? Scribere hæc nunc, & in sinum tuum privatim effundere, immentus, quem animô pridein concepi, dolor subegit. Malum enim illud, cum penè omni remedio jam fit valentius, & majores indies acqvirat vires, ne graviores aliquando excitet, & secum trahat factiones, cum præsentissimo non Ecclesiæ modo, sed & Reip discrimine, admodum metuendum est. Utinam meliorem aliquando illi mentem induant! Vel saltem ordinis sui caussa, quem ego ut incomparabili bono generis humani divinitus institutum, & ut omnium fanctissimum suspicio & colo, ac tot ejusdem ordinis virorum, & omnigena eruditione, &, qvod pluris facio, pietare excellentium: qvibus ego qvidem tanto plus tribuendum censeo, qvanto immodestorum illorum confortio àc collegio auctoritati horum, & existimationi plus di'cedit apud eos, qvi iniqvô tamen & perversô planè judiciô de toto ordine ex diversis quorumdam moribus & ingenio teinere pronunciant. Vale, vir amplissime &, cum ad prolixissimi illius tui in me animi magnitudinem nihil adjici posse intelligam, ita, ut soles, constanter me ama. Qvod tanto impensiùs te nunc rogo, quantô plures vivunt hodie, qui fine caussa alios odisse malunt, qu'am merito amare. Qyorum artes ut nonnunquam in obscuro sunt, ita aliqvando etiam invitis & incogitantibus erum-O 2

MARCI ZUERII

punt. Quorum neque in aula tibi, neque hic nobis desunt exempla. Quibus quidem ego oppono animum, qui neque didicit, neque necesse habet, cuiquam servire, ac longè judicat pulchrius, omnium amorem mereri, quam ab omnibus amari. Iterum vale, & hoc age. Lugd. Batav. 1645. Mense Aug.

* * *

Placet ob pleniorem generalis argumenti libri hu-jus de Lingvis explicationem sequentes laudati subjicere Boxbornit epistolas, quarum altera de voce Celia, bier, altera de vocabulis quibusdam agit Persicis, subjicere, tum quia paucissimi epi-stolas Boxhornii habent & legunt, tum quia qui habent, non putant, tale quid ibs haberi; Accedit quod Amstelodamensis editio utili rerum destituatur indice, quem habes in editione Lipsiensi, quam curavit b r. Jac. Thomasius anno M.DC LXXIX. in 12. Ita ut hæc illi ob indicem & præfationem Thomasii miris modis præstet Utruque verd tam mendosa est, ut nullam in ea fere legerim emendatam epistolam rettéque se habentem, veluti has ipsas,quas hic repræsentavimus, conferenti patebit, M. Zuerii Boxhornii Epiltola, inquit Cl Morbof. lib. 1. Polybistor. Litterarii, c. xx 1v. p. 307. non carent venustate, quamquam pleræque familia-res & extemporales. Sarravii enim judicium, qvod supra adduximus, (c xx 1 v. p 291. ubi ita Morhofius: Tenuiter de Zuerio Boxhornio judicat Claud. Sarravius, quem multa scribere ait, at parum considerate, adducendo auctorum loca sibi non satis perpensa.) paullò asperius in illum est. Occurrunt multa in illis Philologica argumenta. Sunt verè omnes posthumz.

mm. Poemata, que adjiciuntur acumine & elegantia non destruentur. Recudi illa curavit Thomasius cum luculenta præsatione. Vellom dixisset, aliqua Philologica, ego enim, qui istas omnes perlegi, multa ista deprehendere in illis non potui. Ob dulces Latini sermonis sacetias ac elegantes gratasque formulas illas magis legi quèm ob Philologica ibi tractata. Si enim, quod ait Dn. Morhosius, pleraque sunt familiares contemporales, uti verè sunt; qui que so possunt multa continere Philologica, que presetto ex tempore expedire, si Salmasso forte datum suit, non tamen aquè Boxhoruie. Sed ad rem; prior Boxhornii Epistola, p. m. 218 s. edit. Amstelod. Ep. 291, edit. Lassens, ita habet:

NICOLAO BLANCARDO

M. Z. BOXHORNIUS, S. P. D.

mihi, que ad Flori, elegantissimi auctoris, Breviarium rerum Romanarum illustrandum contulissi. Orid enim aur publice lætius, aut privatim mihi optatius, quam Clarissimos Juvenes nomen & famam ex studiis petere? Neque jam dicam, Audendumesse aliquid, dum & venia est, ut Fabius loqvitur, & spes, & savar, & audere nom dedocet, & si quid forte operi desit, atas posser suppleve. Tu enim ætate hâc, & cura virum te præstitissi, dum aliorum, qvi plurimi in hac arena ante te versari sunt, qvædam rejicis tamquam aliona; alia sic probas, ac promis, ut hâc ipså judicii tui rectitudine siant tua; tua denique

MARCIZUERII

pari cum iis passu ambulant, qvæ summis ingeniis rectissime jampridem sunt observata. Ex illis ergo vel præcipuê nunc sentio, qvanta & à te in posterum exspectanda, & hæ literæ tibi debituræ sint. Sed de te hæc mihi apud alios potiùs dicenda sunt, qu'am te; qui cum modestiz gloria reliquas virtutes tuas egregiè exornes, laudanda omnia præstare mavis, qvam laudari. rebas nuper de voce Celia, cujus Florus lib. 11. c. xvIII. 12. ubi de bello Numantino, meminit. Accipe igitur nunc quid de ea sentiam. Hispani inquit, Celiam vocant indigenam ex frumento potionem. Celia ergo Hispanis, qua nunc vulgo cervisia appellatur, humor, ut eam describit Tacitus, lib de Moribus Germanorum, c.xx111.1, ex hordeo, aut frumento in quamdam similitudinem vini corruptus. Neque aliter exponunt veteres Glossæ Latina Germanica; Celia, Tranck von Korn, bier, De origine nominis quaritur. A calefaciendo dictam vult Isidorus, &, ut sæpe alibi, nugatur. Hispani veteres, qvorum nobilis pars Numantini, vix alia usi lingva sunt, gvam Celtica. Noti sunt in Hispania Celtiberi, & Galli Celtz.: Gallorum autem, & Celtarum lingvam non aliam fuisse olim qu'am Germanicam certum est, id est, Scythicam. Scythis, & à Scythis, antiquissima haud dubie Asia & Europa, ipsisque etiam Gracis & Romanis hêc nomine laudata gente, ortis. populis, Oele significat pingvem quemvis humorein. Hinc than Gracorum & Romanorum Oleum, & Germanorum Olies Vox ça hodieqve, & eadem significatione, superest Anglis, sive Anglo-Saxonibus, & Danis, aliisque Septentrionem Europæ habitantibus populis. Adio illis five Ael, (Alam dicit Junius Animadversionum, lib. 11. c. x11. ubi de Cytho &, cerevisia, qvid

differant, qvibusque nominibus olim appellata sint, disserit) his Oelia, vel Oel dicitur Celia, de qua hic agitur, Numantinorum, sive humor ex hordeo, & frumento in quamdam similitudinem vini corruptus. C. litera; qvædam velut aspiratio, pro diversa harum gentium dialecto iisdem nominibus subinde additur, nonnunqvam adimitur. In Gracis Kagela , Romanis Cor , Calum , Cornu, Cannabie, sunt quæ Scythis, & Germanis, Hardt, aut Hordt, Hemel, Horn, Hanf, nita funt. Celia igitur haud dubie eadem cum Anglorum, Danorumqve Oelia, aut Aelia, fignificantibus indigenam, ut hic Florus eam discribit, ex frumento potionem. Boo's vocant veteres Grzci, Hellanicus, Hecatzus in Europz descriptione, Æichylus, alii. Qvæ & ipía vox ortu Scythica, & Germanis hodieque nota est. Brouses enim est cerevisia; Brouwen, Cerevisiam coquere. Sed de his plura alibi. Habes interim, & agnoscis veram, nisi fallor, nominis Celiæ originem, erudirissime Blancarde. Vale, & hoc porro age; ac me inter illos habe, qvi summa omnia raris hac ætate doctrinæ & virtutibus tuis judicane deberi. Lugd. Bat. 1647. Mense Octob.

Pafter

Posterior è p. 220. talis est:

NICOLAO BLANCARDO,

M. Z. BOXHORNIUS, S. P. D.

Steinfurtum.

væ Curtio illustrando data nunc à te sunt. NICOLAE BLANCARDE, vir eximiè, ca ego nto animo excepi, que hactenus cerera omnia tua, id et, ingenii tui, judicii, doctrina & industria egregia ac profutura publico monumen-Quis enim id Curtio factum non velit, qui, nt meum cum magno Heinsio judicium nunc conjungam, ipfa scriptorum omnium Venus est à Neque sanè in Antiquitate omni Grzca vel Romana alius offertur, qui aut fine affectatione feripserit eleganius, aut in oblatarum revum accu-ratissima descriptione propius penitiusque naturam earum omnem ac lpeciem ensculpierit. - Id verò curæ studiisque tuis, quæ pulcherrima sunt, nunc deber, qvod aliis aut nihil posthac debiturus sit, aut cerrè minus, si qvid fortè restetaliis, qvam tibi; qvi qvidqvid post tot aliorum commentationes supererat prope exhausisti, certè qvidqvid in eorum curis egregium erat conjunxisti. Desiderio autem tuo eam, qvz seqvitur, dissertationem ego debui. Persicz, qua apud Curtium leguntur, voces sunt, qvas expendo. Inprimis autem vocare sub examen placuit doctissimorum ætatis nostræ hominum sententiam,

qvi Persicam lingvam haud multum à Germanica diversam censuère: in quorum castra ego quoque vi veri victus concedo. Qvippe cum Persas ex Scythis ortos este, veterum etiam testimoniis, abundè constet, neque alios majores Germani nostri agnoscant, aut agnoscere debeant quam Scythas, cognatum quoque, &, si dialectum aut paullo diversam pronunciandi rationem exceperis, eumdem harum gentium sermonem este, necesse est. Id ergo, si placet, in iis, qua apud Curtium exstant, vetusissimorum Persarum vocabulis nunc experiamum. Res, si qvis rectè expendat, aperta, nis fallor, erit. Iis certe, qvi in nullius magistri verba jurare addicti, & veritatis studiosi sunt. Neque enim eos ego hic judices volo, qvi vulgus sequuntur, & solam pertinaciam, vel ighorantia, vel aliorum errore armatam temere aut stolide vera sententia oppopunt.

Si Rhení ego accola bibiffem Orontem, aut plura ex Persis præsidia se nunc darent, potuisfem haud dubie alia in medium adferretamen, quantilla fint, fatisfactura nunc tibi confido. Gaza. Ita thefaurum regium vocant Perfæ. Apud Curtium & alios obvia vox est. Propriè qvemvis thesaurum notat, *** ižoxlai autem regium. Scythis, ex qvibus Perse orti, & Germanis notissimum hodicqve est id vocabulum. Schala Turcis dicitur thesaurus. Inde in aula Ot- . tomannica Schusabassa. Ita vocant Przsectum copiæ thesaurorum Imperatoris. Qvis non statim hic agnoscat Persicum illud Gaza? Et qvis pariter non videt frequentissimam Germanis vocem Schatze (Belgis dicitur Schat aut Schatte) qvæ & thefaurum iis notar, plane eamdem esse cum Persica illa, Gaza? Inde & tributa, opes publicz,

cz. Scheatte Veteribus Germanis, Schatte, Schatting, & Schatzung, (t enim & f, pro dialectorum varietate, sæpe permutantur) hodieqve dicuntur. Idem est, ac si dixeris cum Persis, Gaza. Notant veteres non modò eô vocabulô thesaurum, sed & locum, in qvo thesauri asservantur, subinde significari. Significatur qvoqve Germanis tritô vocabulô Casse. Cassa dicunt Itali, & passim in Europa mercatores. Facilè & in eo agnoscere est Persarum Gaza. Imò & Germani pecuniam, & stipendium, qvod pecunia exfol-vitur, vulgo vocant Gasie. Idem est qvod Gaza. Nota fuit & veteribus Gallis ea vox. Observat Casar ei genti milites suisse stipendiis conductos, qvi iccirco diverso ab aliis nomine Goesati dicebantur. Torquent in explicanda ejus nominis · origine sese erudiri, & diversa in medium adferunt. Ad Phanices nuper retulit Clarissimus Bochartus in Phaleg, seu Commentario de disperfione gentium, c.xLir. quem fingulari opere, quod inscripsimus Origines Gallicas, refellimus. Qvid enim aperrius, qu'am illud nomen factum esse à Gasie, quod stipendium norat. Gasierde, sive cum augmento, Gegasierde, stipendio conducti, aut stipendiarii dicuntur. Isti sunt & codem nomine agnoscuntur Casari Gallorum Goesati, vel Fronzes quomodo à Grzcis nonnullis scriptori-bus appellantur. Sed de eo, aliisque veterum Galloram, qvi sermone haud multum diversô à Germanico usi sunt, vocabulis alibi plura. Patet interim Gaza non tantum Persarum sed & Germanorum sermone pro thesauro vulgo usurpari.

Mithræ nomine Solem appellare Perías, & ut pumen venerati, docer Curtius. Monent & alii auctores. In Menzis Græcorum, ubi de S. Domitiamitiano, Episcopo Melitenzo in Armenia, misso ad Cosroem, Persarum Regem, in Christiana eum gentemque ejus imbueret disciplina, ita ad Persas in concione Domitianus; Profecto potentiam fecit Deus in brachio suo. Subiguntur enim leones & dracones eliduntur, & Bel atque Mithras captivi abducuntur. Mithras Sol, qvem adoiabant pagani Persæ. Proprie autem id vocabulum fignificat ignem, & xur igoxlw tributum est Soli, ex corum sententia qvi Solem non nisi flammam. aut ignem, aut eamdem flammam, aut qvid simile esse existimabant. Qvod & veterum Phi-losophorum nonnullos docuisse, Plutarchus & Diogenes Laërtius auctores sunt. Et certè Scythis, ex quibus haud dubiè Persæ orti, cognatisque populis, Mithra dicitur ignis. Grzcis Mú-) dicitur ferrum ignitum, globus candens, massa candesacta sive ignita. Ita accipitur & exponunt apud Strabonem, lib. 111. Hinc auroho obscurus, sine igne, id est, luce & splendore. Neque ignorant nostrates Germani, qui ejus dem haud dubie sunt prosapix. Miter illis est & dicitur ignis. Non qvidem id vocabulum vulgò hac tam generali figuificatione hodie frequentatum est, datur tamen vulgo illi fruticum, herbarum & inprimis frumenti morbo, qvô velui flamma exeduntur & amburuntur. Uredinem, nempe ab urendo vocant Romani. Ita nos Belgæ, in Brabantia mea certe; De Miter is in bet koren: hoc est; ignis uredo, frumentum exedit & depascit. Multa enim vocabula in omnium gentium lingvis, quorum latior olim fuit fignifi-catio, progressu temporis intra arctiores significandi limites sunt coercita. Alias Perse olim hodiéque Solem Cyrum vocant. Disertim id monet Herodotus, ubi celebris illius nominis Cyri reddi:

222 MARCI ZUERII

reddit significationem. Cyrus igitur Persis per excellentiam est & dicitur sol; sed primigenia & latiore significatione notat ignem, ut & Mitbra.

qvod jam diximus.

Et idem vocabulum, eamdemove fignificationem hodie adhuc Germani nostri agnoscunt. Skior, aut Scior is est ignis. Periit gvidem in gvotidiano nostratium sermone simplex illud Scior, quemadmodum & multa simplicium alia; at in compositis superest & mansit. Schioorsteen, nobis fignificat focum, id est locum, in quo accenditur, fovetur, affervatur domesticus ignis. Vulgò contractiùs, Schorsteen. Qvis interim non agnoscat hic vetus vocabulum Scioor, & simul ignis significationem ? Alias een schauwe vocant. Schauw ut & scioor, & Scythis, & ab iis ortis po-pulis, sicut Germanis, nihil aliud notat quam ignem. Hinc schauwen, amburere. Hinc vetus Gothicum vocabulum, qvod Hispanis, magnam partem Gothorum soboli, hodiégyé usitatum est, Causon, quo febriles astus & veluti ignes denotantur. Cum qvibus simillima, aut potius eadem sunt (sunt enim ejusdem, hoc est Scythicz, omnia originis) Gracorum Kaien, unde Kau- , ardor, astus, Kaung Kaungeson & alia similia, de quibus amoi dicendum nobiserit. Uticitur schaw ab igne nomen habet, ita etiam Schoorsteen à Scieor, gvod eamdem habet significationem, & plane idem est cum Persico Scior, sive Cyrus, quomodo ignem appellavere & Solem, quem sacrò igne repræsentandum & colendum sibi putavêre. Neque tantum nomina hæc Persis & Germanis eadem, sed & sacra fuêre, & Sol ac ignis Germanis quoque ut numina colebantur. Infignis est locus in legibus Canuti, totius Angliz, Danorum & Septentrionalium (ita fe ipseappellat) Digitized by Google Regis;

Regis; Probibemu, inqvit, gravistime omnem gentilitatem. Gentilitas est, quod quis idola veneretur; id est, quod quis veneretur gentiles Deos; & Solem & Lunam, IGNEM aut Aquam &c. Ignis ergo & Sol Dii Germanis, & przcipuè culti, ficut & Persis. Nunc reliqua que apud Curtium leguntur prisca vocabula Persica, corumque cum Germanicis cognationem videamus.

Acinaces, gladius Perficus, quô non punctim, sed czsim feriebant. Accine hodieqve Zelandi nostri vocant securim, quod idem cum Persico illo Acinaces effe videtur. Eax aut Eaxce fecurim vocabant Anglo-Saxones; idqve vocabulum exstat in Legibus Jutz, Occidentalium Saxonum Regis, qui regnare capit annô Christianô DCLXXXVIII. ubi de iis, qui in sylvis cadunt aut prosteriunt arbores, corumque poena, agitur.

Gangabæ. Qvi ita dicti Persis olim fuerint. dubitare nos Curtius non sinit. Verba eius sunt fere fub lib. 111. finem, c. x111.7 Gangabas Perfa vocant humeris onera portantes. De co vocabulo vix est gvod nunc dicam. In Gracorum Romanorumque & Germanorum, qui ex Scythis juxta cum Persis originem trahunt, sermone mihi qvidem nullum simile ea significatione hactenus offertur. Dubitabam aliquando, an non scripsisset Curtius, Gangaras aut Angaras. Ita Persæ vocant coactos onera portare. Angariare qvid sit, ex Historia Euangelica, ubi de Simone Cyrenzo, coacto Domini nostri Crucem portare, notum est. Notum quoque est origine Persicam esse eam vocem. Sed plane ab iis dissentio, qui que non satis intelligunt vocabula statim corrupta esse pronunciant. Maneant igitur Gangabæ apud Curtium. Forte est id vocabulum ex vesustissimis illis; quæ

224 MARCIZUERII

sensim Persis & cognatis populis, quales & Gera mani funt, in usu esse desierunt. Ipsi Persæ vulgò hodie neque usurpant, neque satis intelligunt. Athletis, sive Athletarum linguz, ea ipsi tribuunt. Ita autem vocant lingvam majorum suorum antiqvissimam; quod me docuit, super hoc Curtii loco rogatus, Vir Cl. & harum litterarum veritissimus, Jacobus Golius. Ipsis Persis dicitur lingva Piegul, hoe est, Pugilum. Piegul enim Perfis est Pugil. Ubi & obiter observare licet vocabulorum Piegul apud Perlas, & Pugil apud Romanos, & in totidem penè litteris, & in ejusdem rei significatione, eam cognationem, ut ex illa promptissimum sit cuivis colligere, ejusdem originis & ab iifdem majoribus, hoc est, Scythis, accepta ea esse. Pugilum autem sive Athletarum istorum nomine Persæ intelligunt Gigantes, quales vetustissimos majores suos fuisse volunt, sicut & volunt aut fabulantur multæ aliæ nationes Hac cum scripsissem didici, in Hispanorum lingva Persico huic simillimum, & ejusdem fignificationis vocabulum occurrere. Ganapam illi vocant bajulum, onera portantem, qvalem Galli Crocheteur, Itali Faquin solent appelalare. Qvod nomen cum neque à Romanis, neque (nisi fallor) Mauris Hispani acceperint, certum est Gothis deberi. Neque Belgæ ignorant. Canape., aut contracte Cnape, proprie illis significat famulum, aut bajulum. Persæ, inserto g, Gangabas dixerunt, aut Cangabas, ut alii legunt.

Satrapa. Nihil eô vocabulô magis obvium. Qvid eô fignificaverint Perfx, etiam pueris jam notum est. Nullum autem simile dignitatis nomen aut Græcis aut Romanis suit, neque superest Germanis, qyamqyam hi omnes populi ejustdem

ori .

originis fint, qvod fapiùs jam dictum est, cujus funt Perfa. Notant veteres, Perfis proprie dictos Satrapas, mari & classibus præsectos, qva-les hodie Archithalasse, vel, Arabico vocabulo, Ammirales dicuntur. Ergo ab his ad Provincia-rum fingularumqve dirjonum præfectos id nomen translatum est. Proprie autem & vi primz oris ginis notat præfectum mari. Et certé facile est in eo agnoscere nostrum Zee, pro quo Zea & Zaa veteres Saxones, & contracte Za Persa dis xerunt. Trabant vel Drabant, Germanis, Polonis, vicinisque populis significat ministrum Regium. Tales fuere primi Persarum Satrapa, rei maritima: Rogum nomine præfecti. Tandem omnibus omfinò præfectis reglis id nomen tributum eft. Satrapa enim Persis idem significavir quod veteribus Germanis Gereba. Greve aut Grave hodie vocant , & Latine Comitem interpretanturi In vetustiffimarum Anglo-Saxonicarum legum Latina versione illud Gereba, aut Kuning Gereba, nunc Præfetti regii, nunc Satrapæ, nomine, à Persis acceptô, sed Romana quasi civitate jam donatô, passim redditur. De quo iplo, & plura, aliàs.

Certa, urbs, oppidum. Non quidem Curtius Persica stujus vocis meminir, sed meminêre ejus interpretes. Tigranocerta, urbs Tigranis, Voldgesocerta, urbs Vologesis. Germanis quoque veteribus nota est. Caer aut Cer sis idem significat quod Persis Armenissque Certa, urbem nempe, Et Cer ae Certa eadem vocabula esse quis non statim agnoscat? Exstat apud doctissimum Jacobum Usserium, Episcopum Armachanum, in Commentariis de Ecolesiarum Britannia, ex antiquissmo Codice Cottoniano descriptus, ex quo liquet,

226 MARCI ZUERII

liquet, Anglo Saxones, ex Germania in Briranniam profectam gentem, Cair, aut Caer urbem nominaffe.

Cair Winwich, Wincestria,
Cair Mincip, Verolamium,
Cair Lizualid, Luguballia,
Cair Meiguod, Meivoda,
Cair Colum, Colcestria,
Cair Ebraus, Eboracum,
Cair Carotaus, Salesburia,
Cair Lundein, Lundinum.

Xerxes, princeps, imperator. Commune Persarum Regum illud nomen fuit. Propriè autem significare militiæ supremum ducem aut imperatorem, notant veteres. Et sanè idem-illud Germanorum fermone fignificat. Herfech, Hertsoch, aut Hartfock, splendidissima hodieqve dignitatis nomen , si primam originem inspiciamus, nihil notat ahild gvam exercisus ducem. Her enima aut Heer, iis dicitur exercious. Anglo-Saxonibus milites diauptur Hersusman. Exstat id vocabulum in verustissumis legibus Withredi , Anglorum in Britannia annô Christiano 603. Regis , quas beneficio Amplissumi & Eruditissimi Viri, Joannis Latii, inspexi. Xernec Persarum, & Germanorum Hersech non mode idem significant, sed revera eadem & ejusdem originis vocabula sunt. Imò Hungari hodieque Ducem Hertzeg vocant. Qvod plane idem est, qvod Xerxes. Pro Xerxes videntur & Persæ dixisse Arsacx , qvod dialecto tantum & diversa pronunciandi ratione distat à Xerxes, quomodo extulerunt alii. Inde & Arfaces, aut Arsacida, communi nomine, Perix Reges omnes appellati funt. Arfan autem Perfarum & Harfach aut Harfoch Germanorum eadem dem vocabula & ejuschem significationis esse, gvemadmedum & Xerxes, omninò jam liquet. De qvo nos plura alibi. Et ea, qvæ de augusto celebratissimoque hoc nomine paucis jam diximus, adeo meo certè animo, aperta sunt, ut pluribus ea persvadere hic non sit necesse.

Dariue, qvod Persicum nomen, istellus, qvasitu dixeris coercitorem, interpretatur Herodotus. E'etic Gracis est coercitio. Inde factum nomen Dariaus, id est, Darii, qvod proinde, ut bene judicat Samuel Bochartus, vir eruditissimus, rectè ietilu Herodotus interpretatur. Belgissanè & id notum est vocabulum; Dariaust, sive contracte, ut nunc loquintur, Darost aut Drost: qvod iis

præfectum notat.

Bagoa, nobiles.pueri, pedissequi Regum Persarum, qui ferè erant spadones. Bagoz spadonis meminit non semel Curtius. Non est illud nomen proprium, sed appellativnm. Plinius certe, lib. x111. c. iv. docet Bagoas Persis vocari sadones, gvod jam ab aliis observatum est. "At non illud, gvod nunc dicam. Germanis nempè idem vocabulum, & idem significans, nunc qvoque manere. Nobiles pueri, pedissequi Regum Principumque illis Pagien dicuntur. Iidem & munere & nomine sunt cum Persarum Bagoic. Duo illa vocabula Bagea, & Pagien, pronunciatione tantum sunt diversa, B&P frequenter inter se commutantur. Nier Gracorum, & Germanorum Burch, Poculum Romanorum & Bocale Germanorum. nais Grzcorum & Germanorum nomen Bai, pro qvo Boi hodie dicunt Anglo-Saxones in Britannia , Parere & Baren, & plura ejulmodi alia, eadem esse vocabula; & idem significare, solà pronunciatione tantum diversà, nemo non vider. Imò, qvod & huc inprimis P & facir.

228 MARCI ZUERII

facit, Bagh, veteribus Germanis puerum notat. Olaus Wormius, Germanicarum lifterarum & antiquitatum peritissimus vir, in Literatura Russica videndus est. In antiqua illa Germanica vo-ce Bagh Persicam illam veterem Bagon, ut & istam in aulis nostrarium Principum hodie receptam, Pagie, promptum est cuivis harum rerum & veritatis studioso animadvertere. Penè monere omiseram, Polonis etiamnum puberem. ephebum, & pedissequum Principis Pathol, qvod à Persica, de qua hic agimus, voce non abludir, vulgò appellani. Iidem Poloni & pueros, qvi Principi à Cubiculo sunt, vocant Pokoiogo. Eam certé vocem eamdem esse cum Persica Bagoa non est dubium. In antiquissima etiam Britannorum lingva, (qvam à vetustissima Gallica non multum diversam fuisse in Agricola docet Tacitus, qvemadmodum Gallicam illam haud multum diversam fuisse constat à Germanica) qva Wallix incolx hodieqve utuntur, Bach fignificat parvum Bachgen; parvulum, puerum, juve-nem; qvod plane idem esse cum Persico illo Baroa, nemo ambigar.

Bassus, pessus, præsectus. Est qvidem proprium illud apud Persas nomen, sed ex appellativo, qvod Præsectum notat, sactum; qvemadmodun & Artabassus, qvod significat principem purpuratorum. Bassa proprie Turcis, qvi ex Scythis orti, qvemadmodum & Persa, notat Caput. Cui simillimum est vetus Saxonicum Beah, vel, ut alii scribunt, Beaz, qvod ornamentum capitis, coronam & galeam & caput interpretatur vir eruditissimus Joannes Laetius in Lexico suo Anglo-Saxonico, dignissimo, vel sold Germanicarum antiqvitatum illustrandarum caussa, qvod in luccan aliqvando prodeat. Leunclavius in Onomo

Aomastico; Bassa & Bassa Turcis caput. Bassilere capita, sive duces, ut à require Gracis sunt distinsiquires nostris à capite, Capitanei. Noti hodiéque in aula & imperio Ottomannidarum, Bassa, id est, Præsecti. Germanis quoque, Relgis certè nostris non ignotum id nomen est Baasen illis dicuntur præsecti; Werck-baasen operis præsecti. Neque dubitandum, quin ex Scythico illo vetustissimo vocabulo factum sit Græcorum Bæsidevicid est, Rex. De quo & alibi plura sunt dicenda.

Hæc erant, qvæ de Persicis Curtio memoratis vocabulis, eorumqve cum Germanicis nostris cognatione, nunc mini disserenda sese offerebant, doctissime Blancarde. De aliis, qvæ alibi haud pauciora leguntur, suô locô plura. Si exspectationi fortè tuæ sic ego non satisfecerim, saltem desiderii rui habuisse me rationem ex epistola hac intelliges. Tu autem vale, & in ea, qvæ Illustrissimi Bentheimiorum Comitis auctoritate nunc tibi demandata est, publica ac honestissima statione, strenuè ac felicitet rem gere. Luga. Batav. 1648. ipsis Kal. Decemb.

* * * * * *

Claudam hâc Boxbornii, è p. 69, ad Salmafium Epiftolâ, conferente nonnibil ad expositionem locorum Joh. x 1. 45. xx. 7. Act. x 1x. 11. ad quam tamem dicti. non habemue Salmasii responsum, si dediti

CLAU-

CLAUDIO SALMASIO,

M. Z. BOXHORNIUS, S. P. D.

D epetenti mihi qvos de voce Sudarium, qvz in Historia passionis Domini exstat, sermones facere dignatuses, Virillustris, omninó videtur origo eius ex barbara, sive Scytharum lingva perenda. Ita se res haber, ut dixi. Su Scythis significat aqvam, & qvidqvid liqvidum, aut liquescere natum est; idque vocabulum, ac ea si-gnissicatione, Turcis, quos Scytharum sobolem esse constat, hodieque manet Lexicon Turcicum Latinum; Su aqua, Tasli fu, aqva falfa; Talei su, aqva dulcis; Safi su, aqva clara; Suoli, aqva ductus; Suden, ex aqva. In fluminum plerorumque omnium nominibus idem apud eosdem su-In codem Lexico; Haliis Aijtozu, Akbarsu, flumen quod per agros labitur, ut de aliis jam non dicam. Id ipsum vocabulum Gracorum pariter ac Romanorum, qvi & ipsi ex Scythis orti, lingva etiam agnoscit. Neque enim aliunde Gracorum Bue, Latinorum Sudor, & Succus, & alia infinita. Unum hoc addam. Sucula Romanis sunt stella, qva Gracis vades, à pluvia ita dicta. Orientes quippe ac occidentes pluvias cient. Aut admodum fallor, aut à Scytharum Su ita dicuntur. Germanis autem, ex Scythia etiam, utvagina, ficut Jornandes loqvi-tur, gentium & officina nationum, progress, idem nomen, & idem fignificans, superest in vocabulis propè infinitis;

Sue, so, sew, aqua, in qua carnes cocta,

IIIS.

See, fi, su, (varia enim dialectus est Germanorum) mare. Glesu, succinum. Glesum, vocant vel scribunt vereres. Succus est, qvi marinis undis congelatur, unde & succinum dixerunt Romani. Germani, qvia plerumqve pellucer, ac exaqva coit, glesu vocant, nomine sacto ex gles, sive glas, qvod pellucidum notat, & su, qvod aqvam,

Sude Wint, ventus pluvius, auster, Anglis sout

Wint, Gallis sud.

Sunt Danis fretum; unde Sunda Danis, Ore-Junda, aut Sonda hodie appellatur.

Sudvloet, five Sundvloet, diluvium.

Suvel, lac, & quicqvid ex lacteo liquore conficitur.

Suveren, aqva lavare, purgare.

Sueet, sudor. Anglis, ex Germanis ortis, significat pinguedinem. Unde nostrum Vet, pinguedo.

Suc, fach, succus. Et id ipsum, succus, haud dubie ejusdem originis.

Sugen, sugere, liquore pasci.

Sufen, bibere.

Sucht, hydrops, &c.

Longum enim esset omnia, qvæ huc faciunt, recensere. An ergo Sudarium, in Historia Euangelica significat linteum liqvore aliqvô, aut ungventô, qvod putredinem avertit, madesactum? Stultæ enim videntur, qvas alii hactenus promunt, interpretationes. Qvomodo enim cadaveri conveniat linteum, qvô sudores absterguntur, een Sweetdoeck, ut hactenus interpretes omnes pernacula lingva nostra reddidêre? Potestne eò uti cadaver? Mirum certè sacrarum litterarum interpretibus id commentum hactenus potusse placere. Hæc ex Commentariolo Scythicarum anti-

232 M. Z. BOXHORNH EPISTOLM.

antiqvitatum nostro raptim nunc excerpsi. Vocem bise qvod spectat (de ea enim, nis fallor, etiam qværebatur) verum est, & vetus Scytharum id vocabulum. Significat autem Septentrionem, aut ventum septentrionalem. Galli vestri

dicunt, Vent de bise.

Biesen, & Bissen zstu agitari Germanis significat. Biesen dicuntur Belgis boves; cum plus solitò mugiunt. Qvod septentrionali vento tribuendum esse, nemo neget. Scarabeum iidem vocant Biesbout, ut, nempe, alis strepitantem, & cum impetu se moventem. In Latini Psalterii interpretatione vetussissuma, Ludovici Pii temporibus, præter propter, concinnata, Bisa est turbo. Glossariolum vetus, à Lipsio editum, Bisa, turbo. Non abludit ab his Persarum Bes, qvod ventum iis significat. Portè & Bistones, ultimi Thraciæ populi, hinc nomen accepère. Hæc raptim ad te, vir maxime, qvi, cum sihil ignores, ut temeritati meæ ignoscas, unicè te rogo.

III. DISPUTATIONIS

DE

CONFUSIONE LINGVARUM

PARS PRIOR,

Continens Lingvæ Hebraicæ antiqvitatem, characteres veros & partes constitutivas,

PROPOSITA

In Collegio illustris Wittebergensium Academia Philosophico 28. Aprilis, annô M. D.C.X.

examinanda,

ì

M. CHRISTOPHORO CRINESIO.

Schlaccowaldo-Bohemo,

Respondente

ELIA KNOGLERO AUSTRIACO,

Augustin. lib. xvIII. c. xxXIX. de CIV. DEI.

Nulla gens de antiquitate sapientiæ suæ super Patriarchas & Prophetas nostros, quibus inerat divina sapientia, ulla se vanitate iniqua jattaverit. DE.

LINGVA HEBRÆA,

OMNIUM PRIMA.

THESIS T.



e γλωιβου[χύσο differturi, necessim est ut de prima illa, qvæ à creato-mundo ad confusionem usque Babylonicam annos 1757. in universa posteritare Adami usurpabatur, certi fimus.

II. Unam enim Lingvam ante miseram illam & toti generi humano per se exirialem σύγχυσιν suisse, id Moses, ες αρχιγένεθλω και μέγας φίλω ψίσοιο, (Nonno, Oracul, Sibyll,) testatur librò suo Bereschith, besimam & (seu Gen. x1. 1.)

III. Sic enim ibidem scriptum reliqvit:

ויהי כל הארץ שפה אחת ורברים אחרים: Maximam hanc Mofaicam μεδρεσσει aliis qvatuor: duabus antiquisimis & duabus recentioribus, omnibus tamen in Ecclesiis nostris usitatis, majoris σαφίωτείας κ βεδαιώσεως χάρι , allubescit exponere.

IV. Antiquissimas nuncupo Targum sive expofitionem Chaldaicam & Gracam LXX. Inter-

pretum., Illa ita habet:

והוה בל ארעא לשן חר וממלל חר: Ηπς verò: में में बल्ज में भूमें प्रसंत्र हैं। में क्यामे шांब zárı,

236 CRINES. DE LINGVA HEBRI

V. Recentiores dico: Latinam & Vernaculam nostri, pientissima recordationis, Lutheri: Illa: Erat autem terra labii unius & sermonum eorumdem. Hac: Es hatte aber alle Welt einerley Zun-

gen und Sprache.

VI. now Nomen Hebrais primitivum, defie gnat extremitatem oris, quam Gracus dicit zeilo. Inest aurem nomini huic Metonymia caussa efficientis instrumentalis, dum instrumentum pro instrumentato seu esfecto collocatur, nempe pro ipso sono labiis cum lingva collisis formato, quem in hominibus, utpote distinctum, aliàs simili Metonymia Lingvain nominamus. Per דברים verò fignificantur verba, qvando jam certum qvid no-bis est enunciandum, sive illud sit simplex, ubi VOX and oumanic adhibetur, uti ex Nomenclationibus videre est, sive compositum, ubi regimen statusque syntacticus assumendus est, uti ex Phraseologiis & Lexicis junctim constare potest. Sic ergo Moles per now integrum Lingvæ fystema, per mariautem partes ejuldem egregia & meesous ignyfod denotatas voluit.

VII. Valeat proinde Philastrius, qvi smultis seculis ante exstructionem Babel magnam inter homines lingvarum & sermonum varietatem statuens) ita Mosis verba detorquet in Catalogo Hzrescon, c. cvi. Moses dicit terram unius labis suisse, quia etsi varia erant lingvarum genera, omnes tamen se invicem intelligebant: eratque omnibus lingva una & idem sermo, non quidem corumdem vocabulorum usu, sed eadem omnium loquentium & audientium intelligentia. Miserè enim deceptus suit ignorantia sigura Anticipationis, qua Gracis dicitur vesses resures, & est Scriptura sacra, in Chronologiis cumprimis recensendis, frequentatissum, qualis est. c. x. & xi. Bereschich.

IX. Expresse sanè illum nihil desinivisse videmus, verum tacità sua transitione illum diverasum à nostra, quam jam proposituri sumus, sententia nihil sensisse, firmiùs affirmatur, quam

negatur.

X. Est autem communis omnium tecte judicantium Theologorum, Historicorum, Lexicographorum, tum prifei tum recentioris seculi, sententia, illam omnium primam lingvam, quam jam Hebrzam indigitamus, exstitisse.

XI. Testes desideras ? Ecce tibi par Theologorum majorum nostrorum facile principum: Augustinum & Hieronymum. Illum lib. xv1. de Civ. Dat, c. x1. Non defuit domac Heber (tempora confusionis Babylonica) ubi ea, qua antea fuit omnium, Lingua remaneret. Et paullo post. Quia ergò in ejus familia (puta Heber) remansit bac Lingua divisis per alias Lingua ceteris gentibus, qua Lingva prius humano generi non immeritò creditur fuisse communis, ideo deinceps Hebrica est numcupata. Et : Nisi adbut Heber viveres , quando Lingvarum facta est multitudo, non ex eque nomine nomen acciperet lingua, qua apud illum potuit per-mauere. Et ided credenda est ipsa fuisse prima illa communis, quontam de pæna venit multiplicatio mutatioque Linguarum: & utique prater hanc pænam esse debuit populus DEI. Et: Hebræa vocatur Lingva, quam Patriarcharum & Prophetarum non solum in sermonibus suis, verum etiam in libris sacris custodivit autoritas. Eizvya bis scribit idem, lib. xviii. c. xxxix,

XII. Hice

238 CRINES. DE LINGVA HEBRA

XII. Hieronymus vard in c. 111. Sophoniz vocas Hebream marricem omnium reliquarum lingvarum. Et hisce Theologis. Eusebius & Josephus historicus consentium: ille lib. 13. c. 14. & lib. x. c. 11. hic: de antiquitate lib. x. c. 14.

XIII. Nostri seculi omnes propemodum docti, primas Hebrææ deferunt, excepto unico Goropio Becano, qvi Belgicam suam principem antiquia tate asserve (sed frustra, qvippe parum sirmirer)

allaborat.

XIV. Sed ne nudis rannum modò autoritatibus inharere videamur, placer & hanc collectionem subdere. Ad quamcumque linguam Etymologia nominum & personis & rebus a Parriatchis, ante pharscripy ware illam viventibus impositorium, proximinis convenit e a meritò omnum plima statuenda asta, Sed hoc sir in Hebraca. Ergò menda asta, Sed hoc sir in Hebraca. Ergò mendo este solo este allam sententiam stabilire sargin. Er Theodoretus, Quast. Lix. in Genesia. eòdem principlo de Syriaca, quam ille salso squippe hum jus vicinissimam, ur brevi sumus demonstraturi, Dialectum) statuir primami, unirum. Quando evidem omne ortum sequipur naturam sur originam, qui essectim suam caustam: Ergò nomina, que sum, semper à wum & etymo quopiam primo, quod est verbum, oriunium.

XVI. Minor continens revolutes, exigit ut

XVII. Dein postquam Chava incepit propagare genus humanum, primimmqve marem peperit, indidict i nomen pp Kain, c. iv. Gen. i. ex caussa sinali nomine rapinum à siducia (sed sinstrata) acquisiti lapsus sui restauratoris. Sic enim ipsa irumnique dicendo: num um ump Possedi virum Jehovam. Sic enim articulus um semper (inpumis verbò activò præeunte, & sequente nomine aliquò) casum accusandi Hebrais denotat, licho id non semper codem in casu Itarians Græcusve exponere possit.

XVIII. Sed Chava eventu contrario Alia, contrifiatur milera & morroris sui in alsero sub recens. sato filio indicium reliqvit, quon ban Hebelum nominavit, à vanitate, quòd vanium spem prius experta, nomabsimilem quoque; si eamdem in prasentem collocaret, expertura sit.

XIX. (Allum pariens filium), eum appellabat www.Scheth, ab effecto. Dei finali: subett enim

כי שרג לי אלהים זרע אחר תחרת הבל כי הרגו קין:

qvia reposuit mihi Deus semen aliud pro Hebelo, nam interfecit eum Kain:

Est Schethus filio suo nomen acrisbuit word Eneich, ab adjuncta miseria & zgrivudine. Est enim Radix won Egrum vel zgrivudine assectum significans Psal. 1x. 21. sicut abunde generi humano post lapsum evenir. Hinc & Gra

CRINES. DI LINGVA HEBR.

elt & Adinop miler dictus, quali radion T. sogor portans luctum.

XXI. Lamechus autem filius Methuschelachi anno 841 illos demun subsequens filium suum a contrario plane eventu nuncupavit à quiete na Nocebum: ""?????" subsequent part 6 V 28

אסמלאנה היער אבר העשנו ומעצבון ירינו מן fibnexa hac: c. v. 29. זרה ינחמנו ממעשנו ומעצבון ירינו מן הארמר אשר אררד יהורה:

Hic consolabitur nos de labore nostro ; & de opere manuum nostrarum ; de terra ; cui maledixir ipse Jehova. Radix enim nu qvietum esse, aomen illud proprium Noachi qvietum in se se, & essective qviete alios recreantem consolationemque esse denotat. Job. 111: 26. In textu aurem prasente pescent (consolation nominis, sed rei sit expositio.

Lectorem cordatum compellamus, ut is judicium fuum do Etymologiis przientibus, non è cerebro nottro i fed ipfius Spiritûs S. ore defumptis, ferat liberumy & num chiquam alii torius orbis habitabilis Lingua, przienquam Hebraz, aptari pof-

fint, pronuncier.

XXII. Et hæc hactenus young de Hebræa di-Ca sunto, jam specialibr & fortassis dutrication suboritur qvæstio, de signis ejusdem externis, Scriptura: an videlicet ea, qua nobis Biblia sacra consignata nunc sunt, semper fuerit in populo DE1 ustituta. Dein quasuam partes habeat systaticas & essentiales ?

XXIV. Prius quod spectat (frina), negat id in Hebraica: litteratura aliquanto aliis prastantior Hiesonymus: Certum est, inqvit, in Prolog. libris Regum prasixo. Esdram post captam Hierofolymam & instaurationem templi sub Zerubabel, alias literas reperisse, quibus nunc urimur, cum ad

ad illud usque tempus iidem Samaritanorum &

Hebraorum characteres fuerint.

XXV. Hujus viri vestigiis incedens Bellarminus, adducit Alphabetum Samariticum, & sicli Israelitici similibus literis insigniti formam sub sinem Grammatices sux Hebrxx edition. Colon. Qvibus subscribit etiam Caspar Waserus, lib 11. c. 111. de numismatis Hebrxorum Tiguri excuso, ubi qvatuor Siclos literis Samariticis impressos eruditè exponit. verum in qvibusdam literis, nunc totaliter, ut in Aleph, Jod, Zade, Kuph, nunc partialiter in Vau, Min, Thau disconveniunt, uti ex collatione utriusque is, cui libri ad manus sunt, videre potest. Sentiunt idem alii qvoqve; Scaliger, librô de Emendatione temporum, in comp. Sam. Calvis, in Isagog. Chronolog. c.xl. p. 165.

XXVI. Duo itaqve hujus fententiz Patroni habent argumenta: autoritatem Hieronymi, & Siclos aliqvot Israeliticos. Num verò avantappirase hac eadem subsistera possint, our Oia, dispicie-

mus.

XXVII. Ac sanè Hieronymum qvod concernit, novimus eqvidem illi plus in Grammaticis, qvam aliàs in historicis & dogmatibus esse tribuendum, verùm qvid sidei hac in parte mereatur, illud historia, unde Hier: svam sententiam, videtur desumsssss, unde Hier: svam sententiam, videtur desumsssss, nempe qvartus liber Esdræ, (c. 1v 23. & xiv. 21 statuens legem Dei aliquamdiu penitus interiisse) totus penè fabulosus & partim etiam blasphemus abundè testatur. Et qvamvis aliqua literarum Hebraicarum inventio Esdræ tribui possit, tamen illi non nova, sed & xvyesosas Elementa à Doctis adscribuntur.

XXVIII. Caussa autem, qvam assignat, istiusmodi mutationis, valdė infirma est, qvasi Judzi, Q post-

242 CRINES. DE LINGVA HEBR.

postquam decem tribus à regno Juda defecerunt, partim odiô secessionis, partim superstitione noluissent amplius ob religionem mutatam iisdem cum Israelitis uti characterum formis 1. Reg. x11. & 2. Chron. x siqvidem à (de) Judaico regno nustibi legimus, quod tale quid ex odio fecerit, quin porius semper in id incubuit, ut ad se decem tribus avulsas reduceret, unde triennio post sa-Etam discessionem magis magisque se ad illorum (malum) cultum accommodarunt, bellaque gravia invicem gesserunt, usque tandem universum regnum Israeliticum à Rege Assyrio Salmanassare occupatum, incolæ captivi in Assyriam ducebantur, unde nunqvam redierunt, testante libro 2. Reg. xvII 27. c. xvIII. II. Rex autem è Babylonia colonias duxit illorumqve in locum collocavit v. 24. Hèc peractô regnum Judæ adhuc 140. annis suos habuit reges; postqu'am autem tandem à Babyloniis quoque occupabatur, & vicissim post 70 annos in regnum remittebantur, in que tempora incidit Eidras, non opus fuit zelò illò in Israelitas Apostatas: merus sigvidem Gentilismus in Samaria viguit.

XXIX. Sich insuper Samariticis insculpti literis, plus non probant, qu'àm aliàs lapides איז שיים ליליים puram aliquam Linguam commonstrare possum. Non enim constat publicò mandatò, an verò privatò factò istiusmodi monetæ sint cufæ: ego posterius præ priore statuerem: siquidem nullius summi Sacerdoris in issem fit mentio, quod aliàs gentilitium est omnibus regnis, ut numis Monarchæ vel effigies vel nomen duntaxat inscribatur. במירו בא בשלום אלהים Dein inscriptio monetæ cujusdam, quam Waserus lib. 11. c. 111. p. 62. exponit, videtur nobiscum consentire, quæ talis est:

Unctus Rex venit cum pace, DEUS HOMO FACTUS EST. Hæc in posteriore parte, in anteriore suit nomen Messiæ nostri waliàs integrè ywo Servator. Qua ut de Messia nostro Genospamo verissima, ita & alienissima à consensu Gubernatorum Jeruschalamitanorum, penes quos suit libertas excudendi monetas. Si modò amplius eò tempore hæc potestas penes Judæos suit, quod dissiculter Wasero, p. 66 f. b. credo. Facilè itaque adducor ut credam, issusmodi monetas à piis inter Samaritanos & Christi sidelibus privatim procuratas invicem unique, siguines do oliminatorio della sesse quo piam suite su

aliqvid.

XXX. Interim monstriferæ literarum effigies videntur non levem injuriam inferre sapientissimo Dei digito, bis legem suam tabulis lapideis inscribenti Ex. xxx11. 16. xxx1v. 28. qvain dein Mosche in suum librum authenticum inserere jussus est, Ex. xxx1v. 27. qvo in libro omnes res geste Ex xv11. 14. Deut. xxx1. 9. & xx11. 24. duce Mosche, ex jussu divino continentur.

XXXI. Imò Characteres ipsi Samaritici ortus sui principium videntur agnoscere partim Hebræam, partim Syram scriptionem utramqve, interdum qvibusdam virgulis vel additis, vel longiùs extensis, incisis, inversis, abscissis, vel etiam literis transpositis; tertià & qvartà, qvarum illa Hebræis est qvarta, hæc Syris tertia: Item Beth Q 2 Syrò

244 CRINES. DE LINGVA HEBRI

Syrô in Phe, & Phe in locum Beth collocato, aliàs enim & hæ duæ apud Hebræos instrumento oris Bumaph conveniunt. Uti itaqve Samatitana plurimum à Syra; ita & hæc ab Hebræa vicissim depender, uti ex oppositione Alphabeti

quadruplicis quivis judicare poterin †


XXXII. Ex his hucusque dictis, liquidò, reor, constabir, quid de Scriptura Hebraica, quam Rabbini בחיבה נרולה בחיבה ברולה ברולה מיבת מוברים feripturam majorem, & מיבת מוברים à forma quadrangulari, Quadratam nominant, quaque במאוין especia sua omnes alias linguas obscurat, sit sentiendum. Nos uti suprà eidem primas significandi, ita etiam h. l. in scriptura eastem deferimus, alios autem libenter sua sentia abundare permittimus, modò eastem in Scriptura Samaritica affectiones & eostem canones, qui sunt in Hebraa, sinduant nobis concedant.

XXXIV. Expeditô primô ζηήμαθ, alterum quoque, quod partes seripturam Hebraam essentialiter constituentes investigat, examinandum

venit.

XXXV. Hic nos ex natura rerum, è quibus con-

min. Hebr. Samar. × NOTA BY OF BRICA 3 5300 $\boldsymbol{\omega}$ <u>と</u> \$0.5 A A A 122 Δ



OMNIUM PRIMA.

conceptus primi abstrahuntur, qvi dein >6/00 000-Poesso cum aliis præsentibus communicantur, (vide Arist. lib. 1. de Interpretat.) absentibus verò Scriptura traduntur, dicimus, qvòd, qvem-admodùm in homine, 220 pare omnium perfectissimo, tria dantur קינו, רוח, נפש : Corpus, anima, Spiritus: ita & in Scriptura, animi indice, totidem funt : Consonantes, Vocales, accentus.

Vid. Capnio, lib. 111. Cabalæ, p. 650,

XXXVI. Confonantes enim, qua Hebrais איריירין figna dicuntur & materiæ respectium obtinent, αναμφισέη, ήτως utringve constat esle carum numerum 22, in qvibus x primum, 'decimum 5) 22 occupat locum. Hunc enim numerum & ordinem ipse Spiritus sanctus in scriptis metricis demonstratum nobis dedit : In Psalmis qvidem septies, in quibus ferè tot versus, vel incisa sunt, qvot literæ Alphabethi, ceu funt : xxv, xxxiv, XXXVII, CXI, CXII, CXIX, CXLV. In Proverbiis c. xxx1. a v. 10. auspicante Encomium strenbe & frugi conjugis ad finem usqve. Lamentationum Ter. c. qvatuor prioribus. In qvibus omnibus literæ, uti supra à nobis, ritè collocantur, exceptô tantum Psal. xxv. ubi n bis ponitur omissô p & Thren. 11. D literæ y præmittitur. Valorem hujus ex probatissimis Grammaticis Schindlero, Weigenmeiero & Buxtorfio petito.

XXXVII Formam & animam qvasi scripturæ instillant Vocales *, id qvod nomen etiam ea-

rum-

* Vocales sunt 15.		
Lo.	Br.	Brevif.
A٠	-	, /
\mathbf{E} .	*	: 🚎
I.	_	
Oi V	73	72.
V	Ň	}
, • •		

246 CRINES. DE LINGVA HEBR.
rumdem demonstrare posser: dicuntur enim Hebræis à proprio ossicio πρως Motiones, eò qvod literas sonò additô moveant per pronunciationem, ut Buxtorsius loqvitur. Unde à Græcis eædem non immeritò & Φρωνενω, illæ verò per sese adom non immeritò & Φρωνενω, illæ verò per sese adom non immeritò & Φρωνενω, illæ verò per sese adomna, cum his verò σομφωνα nuncupantur: eò qvod per sese nullô modô possint proferri, sed demum accedentibus vocalibus consonantiam efficiant optimam ac debitam. Sicut etiam Aristoteles testatur σερίζωων isocias Δ. κερ. θ. Διάλεκ, το φωνίκενω, ή Φωνη κ. ὁ λρερυγκ αφίνειν στα δε άφωνα, ή γλατίω κ. χείλη: εξ ῶν η Διάλεκ ος είν · Qvod est: Locutio est vocis per lingvam explanatio. Vocales igitur literæ à voce & gutture, consonantes lingva & labris proferuntur, è quibus locutio est.

memoria.

**XXXIX. Conjunctum hoc officium egregiè in verbis imperfectis elucescit: ibi enim frequenter activum à passivo solà punctarione discernitur, ut in particular des singles activus. Se supply vocabit Esaiz 1x. 5.

Qvibus

OMNIUM PRIMA.

Qvibus non observatis propositionum lux valde obscuratur, & subjectum, de qvo qvid prædicatur obnubilatur. Sic literæ verborum implicite qviescentium auxiliò longarum vocasium exacte investigari possunt, ut 13 verbum monosyllabicum, cognoscitur ex mediam radicalem (qvævis enim vera Hebræorum Radix tribus literis consonis constat) esse vel Jod, vel Vau; talia enim sunt omnia verba monosyllabica. Plura

συζήτησις, cum Deo, suppeditabit.

XL. Hæ funt tres rationes principales auctoritatem parem & principium idem, qvod veruμώτω est, vocalibus deferentes, qvibus aliæ ab eximiis in Hebraica Literatura noitri feculi Doctoribus, M. Laurentio Fabritio pracept. nostro venerando in partitionib. Bibliorum Hebraicorum, c. 11. p. 5, 6, 7, 8, 9. & Joh. Buxtorfio Professore Basiliensi in thesauro Grammatico, lib. 1. c. 1. p. 59. usqve ad 69. adduntur, desumptæ ex malo effecto Negativa. Sic enim 1. Scriptura Sacra obscuratur. 2. incerta redditur. 3. divinationibus exponitur. 4. hostibus depravanda paratur. c. traditionibus mancipatur. 6. veneranda & pia Judzorum antiqvitas (aut ignorantiz aut invidia) accusatur. 7. animi hominum dubitationibus immerguntur. 8. Omnes aliæ, etiam infimi generis & ex hac nostra prognatæ Lingvæ, Hebræz præferuntur.

XLI. Ac licet aliud detur, & hand eqvidem leve μίσον intelligendi Scripturas in σωμαφεία textus, dum ἐγρέμθρα & ἐπρόμθρα καὶ ἀκερδίστερν inter sese conferentur, & inde τ μέσων concluditur vis & sensus genuinus. Qvem interpretandi modum omnibus aliis præferentes, uti experti & persvasi sumus, ita aliis qvoqve eumdem observandum commendamus. Verùm qvia de propositionibus nullô

248 CRINES. DE LINGVA HEBR.

nullô modò judicare possum, nisi prius ejusdeun partes, que sunt subjectum & prædicatum, percalleam, ita multò minus de integra oratione. Δε ηδ πρώδο, inquit Aristoteles, διαξ ε διομά δεξε είν δεί βομα είν και δεί δεί βομα είν και δεί δεί βομα εξι βομα εξι βομα εξι δεί βομα εξι βομα εξι

XLII. Exempli locô sit nobis incisum ultimum

v. 8. c. xl. Esaix:

ורבר אלהינו יקום לעלם:

Hoç in membro occurrit dictio illa absentibus punctis valde ಪ್ರೂಥಾಕರಿಸಿ Et hoc tu mihi înterpretare? sed remotis & non inspectis interpretationibus aliis omnibus, qvibus Edviepac tantummodo creditur. Nonné utrumqve & דָּנָד & fubsistere posse videbitur > Videbitur sanè (licet revera non sit) ex cohærentia versus 6.7, 8. Utique gramen est populus. Exarescit gramen, decidit flos & pestis (id est poena : sæpiùs enim species pro genere poni soler) DEI nostri permanebit in seculum: qvia (v. 11.) ecce Dominus Jehova in fortitudine veniet & brachium ejus dominaturum est in illo: Ecce merces illius apud ipsum & opus illius coram ipso est. Sic ergo Propheta לעולם in feculum nimis longum describeret Judæis ultimum exfilium afflictionemqve diutinam, qvandoqvidem DEO post tories iteraram & innumeram defectionem nimium fuerint immorigeri, qvalem afflictionem Judeorum eriam Apostolus c x1. Ro. videtur innuere. Et ipsimet Judzi ex Vaticinio Jacobeo (sed detorto vocabulo unu sceptro pro afflictione sumpto) dicunt sese in tali exsilio, in quo jam sunt, per-mansuros usque ad adventum sui Messia. Hac ambiambiguitas & depravata sententia ex absentia vocalium suboriri potest, verum illis, uti divinitus exaratæ exstant II qvid concinnius, qvid magis nobis miseris ক্ষুত্তু copê à Propheta dici potuisset, qvàm VERBUM DEI NOSTRI STABIT IN ÆTERNUM?

**XLIII. Voci Hebraica duabus hisce partibus ritè constituta & distincto sono efferenda accidit Accentus, quem Hebrai generali & Metaphorico nomine way ab effectu, gustum nominant, quod dictionem suavem & auribus gratam reddat, dum uni & certa syllaba in ipsa dictione imprimitur, & sic totius vocis sonum, qui uno potissimum in loco evidentius percipitur, legirime moderatur, ut Buxtorsius loquitur. Verum quotuplex ille sie, & quanam eius sit sedes, id quaissame ex tabulis Weigenmeieri, Schindleri tractatu de Accentibus & Buxtorsii Thesauro Grammatico, Scriptoribus solertissimis, petat, Nos hic substitums.

Θεῷ μόνῳ δίξαν.

CORONIDES.

An vocabula fint qu'el vel 26ed? A. posterine.
 An ante Mosen suerit Scriptura? A.
 An Hebraica Lingva denominetur ab Heber?
 Affir.

M. ABRAH. GIBELII,

Torgensis Misnici, Pasporis Burgensis & Parochiarum Femuria Inspectoris

DISSERTATIO +

DE

G E N U I N A ΛΕΞΙΚΟΓΡΑΦΙΑΣ

CHALDÆÆ CONSTITUTIONE,

ÈT

Præsertim de ratione nativam fignificationem in qualibet vocula propriam indagandi & reddendi.

† Scripsit præter hanc & duas alias annô M. DC. VI. Wittebergæ, ubi & hæc habita, Dissertationes, editas, quarum secunda recitat & explicat singulas dictiones Hagiographicæ Chaldaices usque ad numerum ipsarum dimidium, tertia residuam Lexicographias hujus Chaldææ expositionem pertexit usque ad sinem, quas nactus alia occasione dabo, sicuti & egregiam ejus explicationem loci Classici Ferem. XXXIII 16. de æterna divinitate Christi, Witteb. edit. M. DC. XVI. in 8t.

M. ABRAH. GIBELIUS,

DE

ΛΕΞΙΚΟΓΡΑΦΙΑΣ

CHALDÆÆ CONSTITUTIONE.

THESIS I.

tudium antiqvioris puriorisque Chaldaices Hagiographica volvitur partim in praceptionum ejus lingua Grammaticarum contemplatione atque exercitatione; partim in genuina ipsa-

rum Hagiographica puritatis Chaldae dictionum

Lexicographia.

II. De priore studii hujus parte, nempe de præceptionum grammaticarum theorematis, qvæ hodiè ex residuis potissimum Prophetæ Danielis & Ezræ resiquiis Aramæis, & pauculis qvibussam Jeremiæ & Geneseos voculis judiciò adornari possum, propriè nobis impræsentiarum agendi non erit locus: tum qvia deprehendimus, ante omnes nostri seculi Hebræos & Chaldros Doctores in theorematis Grammaticalibus ex Hagiographicosum monumentorum Chaldrorum antiquitate resiciendis dudum Johannem Mercerum præclarè laborasse, ac tantum non elaborasse; tum qvod pauciora & minora inibi sint momenta, qvæ qvamdam disqvisitionis prolixioris dubitationisve aleam subire videantur.

III. Ceterum altera præsentis studii pars, fru-

chûs longe momentosioris, occupata erit circa dictionum Hagiographicarum Chaldearum thesau-rum.

IV. Is quoque ex Danielis 11. 111. Iv. v. v. v. & v11. Capitibus, & ex 1v. v. v1. & v11. Ezræ: & ex versu 11. capitis x. Jeremiæ: & duabus voculis Aramæis versûs 47. c. xxx1. Geneseos erit adornandus. Idque partim distionum Chaldearum inibi exstantium collectione & enumeratione; partim

earumdem genuinâ înterpretatione.

VI. Contrà, si aut in dictionum L'exicographica enumeratione, allegatà exemplorum quâdam congerie, de regularibus minimus & aliis affectionibus communioribus commentationem instituere velis, præter rem excrescet opus Lexicographicum in immensum, id qvod multis Lexicographicum in immensum, id qvod multis Lexicographis Hebræis accidiste videmus: conqueritur idem Sebast. Munsterus, in suo Lexico Hebraico. Aut si contrà in Grammaticarum præceptionum systema intrudere velis notationes de ingenitis peculiaribus vocabulorum anomaliis; rursus ipsarum præceptionum, notatiuncularum & cautelarum Grammaticarum præter rem excre-

fcet

CHALDER CONSTITUTIONE. 253

scet moles: Vel denique tota Lingua institutio evadet manca & mutila, si utrobique peculiarium istarum anomaliarum doctrina negligatur & prorsus omittatur. Qvocirca ne vel doctrinarum auchodo consulio, vel institutionis impersectio obrepat; ex usu difcentium commodissimum fuerit, omnes peculiares dictionum genio innatas anomalias ipfi protinus Lexicographica cujusque vocabuli recitationi figillatim adjicere, reliquas verò communiores ac regulares vocularum affectiones Grammaticis præceptionibus relinquere. Ut : qvod pro Pa recte scribatur etiam Pa nihil attinet in Lexicographia speciation de hoc verbo monere, cum id non huic modò sed omnibus aliis & Verbis & Nominibus accidat ufitatiffime & prorfus regulariter, ut pro ה finali li-ceat reponere א. Ut: מהוא Dan. v. 29. & להוא Dan. 1V. 22.

VII. Hucusque de vocularum Lexicographica recitatione. Porro ad dictionum genuinam interpretationem requiritur primo, ut in qualibet vocula primam ac certam significationis unica propria vim indagare ac constituere studeamus, rescissis (qvoad fieri possit) omnibus laciniosarum æqvivocationum & aliarum incertitudinum labyrinthis. Deinde ut indagatam & inventam dictionis proprietatem non pluribus fine discretione coacervatis synonymis, sed, si fieri queat, vel unica saltem vocula, aut certe apta & qvam proxime usui vocabuli Chaldzi correspondente circumlocutione non ambigua reddamus ac efferamu, qvæ & ipsa nempe usu potestateque redditi vocabuli Chaldzi nulli parte nec latius pateat, nec arctius constringatur. Utracumqve in parte ubi hactenus à Lexicographis aut interpretibus peccarum fuir, non fine periculo peccarum fuir. VIII. Ac.

254 GIBELIUS DE AEEIKOTPAO.

VIII. Ac, quoad signiscationis propriæ indagationem ac constitutionem, sane niss in ea usitatam Rabbinisticam æqvivocandi licentiam studiosè cavere conemur, satius omninò foret (Divi Lutheri judiciò) vel antiqvam vulgatam Bibliorum versionem retinere, qvàm tot sluctuantium æqvivocationum mœandris in varias sluxas ac inconstantes unius ejusdemqve loci Biblici interpretationes distrabi ac qvasi transversos abripi.

1X. Sic proinde etiam arque etiam statuo; si modò ingruentes dubitationum slucius eorumque impetum ac vim satis masculè sustinere volumus, oportere nos certam, sirmam, sixam arque solidam, eamque solam & unicam cujusque vocis proprietatem in contextu Biblico exploratam habere, in quocumque Articuli sidei Christianz sundamentum & præsidium certum satis tutò po-

nere nitimur.

X. Adeo nihili facio judicium Benedicti A-rix Montani, primarii apud Pontificios Bibliorum interpretis, qvi in Prafatione suorum Bibliorum Hebrao-Latinorum sic scribit: Cum hujusmodi aliqva vox ambigua, seu qvæ duo signisticat, in primava illa Lingva usurpatur, ea Spiritum sandum sine delectu aliqvo usum non esse, nobis persvademus: & utramqve signisticationem, suam interpretationem postulare, & hâc de caussa voces nobis, ut in utramqve partem eas interpreteinur, propositas esse credimus.

XI. Idem autor, in discursu de versionum similitudine & varietate, graviter scilicer hunc in modum censet: Nemo Hebraice doctus est, inqvit, qvi inficias ire possir, Hebraicam Lingvam in simplicibus etiam verbis multiplicem significationem continere, non illam qvidem pugnantem, tamen multiplicem. Idqve cum omnibus aliis Lingvis

non

non ignotum aut novum sit, huic tamen est notissimum & frequentissimum. † Ideò verò videtur DEUS veteres libros hac potissimum lingva conscriptos à principio voluisse, qvi cum simplicissima illà immensaque sapientia omnia noverit, ut multa etiam consilii sui mysteria unica ac simplici oratione declararet, eam auctor ipse Lingvam adoptavit, qvæ prima omnium suerit, qvæque omnium significantissima laudatur. Ceteras namque Lingvas idem præstare non poste, manifestius est, qvam ut nostris documentis egeat. Nam sacrorum verborum majestatem, pondus, numerum, & significationis vim Græcè reddi exprimique poste, Ecclesiasticus negat in Prologo. *

XII. Cum ergo sacrorum librorum interpretes (inqvit porrò) aliarum Lingvarum peritis hominibus qvammaximè prodesse studuerint, id qvod una opera essicere non poterant, divisò labore moliti sunt, ita ut alius aliam ejus servi significationem, alius verò aliam, sive ex varia punctatione sibi existimata, sive ex simplicitate, sive ex translatione, sive ex multiplicitate (qvam aqvivocationem vocant Dialectici) exhiberet. Ha tantum abest, ut secum pugnent, ut potius unà collatz & considerata, magnum lectoribus usum-

fructumqve afferant.

XIII. Idem, ubi de usu peritiæ Lingvarum sacrarum agere profiretur, conqueritur ante omnia, ambigua nimis arctè contrahi in versioni-

bus.

† Iisdem sermè verbis utuntur Zwinglius & ejus socii in præsatione suæ Biblicæ versionis Helveticæ, ubi interpretamenta sua à Divi Lutheri versione recedentia simili qvôdam prætextu palliare conantur.

* De vi & emphasi verborum sacrorum logvitur Syracides: at de verborum Hebræorum æqvivocationibu

in toto suo Prologo nihil qvicqvam somniavit.

256 - GIBELIUS DE AEZIKOTPAO.

bus. Et in usu octavo: Illud (inqvit) prætermittendum pon est, sacram Scripturam adeò uberem ac foecundam effe, ut lapius duplicem fen sum in se contineat : qvod qvidem potissimum accidit, cum oratio ex figuris, exornationibus auc allegoriis constat. Qvz qvidem fœcunditas nusqvàm magis qvàm in primæva illa Lingva deprehendi aut observari potest. Qvo in genere illam, que sancta appellato est, Lingvam ceteris præstare omnibus, constar : cujus nimirum infinitæ penè dictiones multiplicem in se significationem continent : qvod in qvovis alio Lingvarum genere non invenias. Arque hac potissimum de caussa eam tamqvam omnium foecundissimam à Deo electam esse, ur divinorum mysteriorum veluti sacrarium qvoddam estet, credendum est. Hucusqve verba Ben. Ariæ Montani.

XIV. Sub hujufmodi nempe phaleratis prætextibus ansam prehendere parant adversarii, Papicolæ, Zwingliani & Judæi, in textibus Biblicis ex quovis quidvis pro lubitu fingendi. Ut: cum hac vel illa propositæ dictionis ounind urgentur, non placet ea? mox, Leviathanica ferpentina sua lubricitate freti, per istiusmodi zqvivocatiuncularum rimas elabuntur ad significationem aliam atque aliam, donec fignificationis aliqvod figmentum inveniant, in qvo subsistere dogmatis suis stabiliendis commodum ipsis videatur, aut qua saltem vis orthodoxorum argumentorum eludi queat: uzi si adversarii ex eo non propositum luum solide obtinere valeant, saltem dicti Biblici interpretatio anceps evadat, dubia & lubrica, que nec nobis nec ipsis nec aliis constanter succurrere possit.

XV. Uno atque altero exemplo res evadet isfultrior. Scribit Lutherus in Affert. Artic. v. de fatissatissactione operum. Vehementer odi & sublatum vellem hoc vocabulum Satissactio, qvod non modò in scripturis non invenitur, sed & periculosum habet sensum; qvasi Deo qvisqvam possir pro ullo peccato satissacre, cum gratis ille igno-

Icar omnia.

XVI. Ad qvæ Lutheri verba Rob. Bellarminus Jesuita, lib. 1v. de pœnitentia c. vIII. ira respondet, inquiens: Testimonium nostræ sequentiæ habetur Danielis 1v.27. Peccata tua Eleemosynis redime. Hic habemus vocem Redemitionia, qvæ æqvivalet voci satisfactionia, qvam Lutherus in divinis literis inveniri negabat. Certè enim non minus ad justitiam pertinet Redemtio, qvam Satisfactio: &, si absurdum esser dicere, nostris operibus fatisfieri pro peccatis, multo estet absurdius dicere, nostris operibus redimi peccata. Qvemadmodum ipsi triam hæretici gravius serunt, si dici velimus aliqva ex parte redemtores, qvam Satisfactores. Cum igitur Scriptura non uno in loco disertis verbis tradat, nostris operibus redimi peccata, prosectò non abhorret ab usu Scriptura, qvod nos dicimus, nostris operibus satissifieri pro peccatis.

XVII. Et paullo post: Locus Danielis duobus modis erponi solet. * Uno modo, ut per peccatum. intelligatur culpa sive immicitia cum Deo: & tunc significatur illis verbis, posse hominem poenitem tem per Eleemosynas placare Deum ex congruo, atque ab eo gratiam reconciliationis impetrare. Ex qua interpretatione id sequitur, ut si opera hominis nondum justificati, tamen cum auxilio Dei speciali sacta tantum valent ad reconciliationem, ut ex congruo dicantur redimere cul-

pam ;

Solide & acerrime refutatur hæreticus Lutherus per Potest sie exponi:

pam: multò magis opera hominis justi, ex Spiritu inhabitante facta, tantum valeant ad expiandam poenam temporalem, ut ex condigno dican-tur redimere poenam. Aliô modô † exponuntur à nonnullis ea verbas ut per peccatum sola pœna intelligatur. Sed qvia Nabuchodonosor impius erat, & non folum poena, sed etiam culpa remissione indigebat, idcircò autores illi volunt, tententiam Damelis ese hiulcam, ac subintelligi alia verba, qvibus ad agendam pænitentiam, & qværendam reconcifiationem Daniel regem sit cohortatus, ac tum Elemans addiderit de expianda poena: Peccata tha Eleemosynis redime. Ceterum plenus commentarius erit, si verba Danielis intelligamus de perfecta remissione peccati quoad culpam & poenam: ita ut cohortatio fit ad magnas & frequentes Eleemosynas, quibus primum disponatur rex ad reconciliationem, deinde etiam poenam ex condigno redimat. Hactenus Bellarminus.

XVIII. Ex adductis ejus verbis videmus, qvod in fententia Danielis Iv. (Peccata tua justità abtampe, & iniquitates tuas miseratione erga afflictos) Jeiuita verbum Chaldzum pro accipiat de redemtione & satisfactione operum nostrorum pre peccation wel punis corum. Quam interpretationem ex vul-· gata antiqua versione lubens retinet etiam Ben. Arize Montanus. Tamethinterim Pontificiorum Lexicographi non diffitentur, Verbum Hebrzo-. cum & Chaldworum proalioqvin fignificare Frangere, abrumpere à collo suo, conterere, lacerare, dividere, separare, servare, salvam facere, sub-

vertere, dissolvere &c.

XIX. Jam si has significationum zqvivocationes adveriariis concedas, & dicas, in loco tamen Danielis citato, pro non fignificare Redimere

[†] Et per Potest aliter exponi.

CHALDEE CONSTITUTIONE. 259

fed simpliciter defricando abrumpere & abjicere &c. an non æqvè promtè adversarius reponet pro ibi non significare simpliciter abrumpète, sed redime-Te ac Norce fatiffacere : siquidem po tam pro redimere & falvare qu'am pro dividere & dissolves re in scripturis usurpari admittas. An queso jam ex his aqvivocationious certi quid statui sententiavé ferri posser, uter veritatis palmam obtinuerit? Nam ex eodem zqvivocationis jure zqvè promitum erit antagonista tuam signissicationem tibi negare atque tu cam affirmaveris. Adeoque dum pari hle Marte certaveritis, intereà isthac aqvivocationum ambiguitate dubitationis ferupulus neutrobique tollitur. Ac, cum illis quidem hôc modô redimendi fignificatio allegatô loco non omninò maneat certa & fixa, tamen nobis quoque hisce aqvivocationibus, si earum unicè præsidiô freti essugere debeamus, nostram etiam loci præsentis expositionem reddiderint prorsus incertam, dubiam, vagam & fluxam, id qvod vel solum effecisse, in sinum gavisuri fint adverfarii, eorumqve parens, à quo omnes scriptura-rum corruptelæ ac vagæ violentæque eatum detorsiones profices cuntur.

XX. Atqvi verò facile tota ishac aqvivocationum Babylonica confusio & plùs qvam Pyrrhonica incertitudo in fumum ac ventum displosa exspirabit, si-urgeas Regulam Lutheri in Commentario Gen. xxx111. super versum 18. necesse esse, ut unius dictionis una tantum sit significatio propria: adeoque hujus etiam Hebrai & Chaldai

verbi pro unicam tantum esse proprietatem.

XXI. Que enim ea sit, tutissime & liquidissime poterir deprehendi (monente infrà Regula secunda, de ratione inveniendi propriam dictionis cujusque potestatem) ex comparatione sive

collatione & inductione complurium & qvidenz przcipuè illorum Scripturz Canonicz loeorum, in qvibus omnium evidentissimè vox pro non ullam aliam pati potelt, nisi unicam tantum significationis propriam vim, nempe defricare, seu, fricando abrumpere atque abjicere.

XXII. Ad que sanè scripture loca fignifica. ·tio Pontificia neque per proprietatem neque per tropum ullum reduci poterit: qvod omninò fierì oportebat: Omnimode namque cujusque penuina significationis natura ita comparata est, ut ad sua voculæ loca Biblica universa & singula aut per proprietatem aut certe per convenientis cujusdam translationis observationem quadret.

XXIII. Accommodemus proinde Scriptura testimonia, in quibus vox pro exstat. Ut: Psal. עוד 2. Ne forte deprædetur ut leo animam, פרק defricans seu abrumpens, & non liberans, scilicet sir. Qvi vel unicus locus putidissimum Pontisiciorum redentionis figmentum, qvod in voce pro Dan. Iv. comminiscuntur, in minutissimum pulverem contundit : nisi leoni abripienti & dilaceranti vel propriè vel translatè redemtionem absurdissime tribuere velint.

XXIV. Sic 1. Reg. x1x. 11. Ventus magnus & validus, בירה מפרק מפרק montes, hoceft, frustillatim montes & colles abrumpens & dejiciens: Juxta Pontificiorum sapientiam., redimens mon-res. Exodi xxx11. 3. & 4. & 24. pnann ord defricate inaures aureas, que sunt in auribus uxorum vestrarum & liberorum vestrorum, &c. Juxta Pontificiam significationem, Redimite inaures ab uxoribus & liberis vestris, seu, satisfacite pro eis. Zach. x1. 15. Pastor improbus carnem pingvium ovium comedet, & ungulas carum defricabit. Juxta Pontificios scilicet Pastor improimprobus oves salvabit & redimet: Credo, eż methodo, qva Pontificii Pastores, novi illi mundi redemtores, hoc est, exitiosi Christianorum seductores, oves gregis Christi sibi commissas redimunt & salvant. Bzech, xix. 12. ppana defricii supt, & amerunt palmites vitis. Ex Pontificiæ significationis sundamento, redemti & salvati sunt palmites; Ostendite Lojolitæ, per quem tropum?

XXV. Porrò Genes. xxvII. 40. benedicit Isaac Esavo: & inter reliqua ait : Erir tempus norm quô & tu defricabis jugum Jacobi fratris tui à collo tuo: Non utique surge, sed vi & armis: qvod ita factum historiæ Biblicæ clarè loqvuntur. Solidissimè proinde juxtà atque aptissime R. Salomon & alii interpretes puriores vel exhoc solo Geneseos loco arguunt vim memorati Chaldaici etiam verbi pro Dan. Iv. ubi Nebuçadnezari svadet Propheta, ut rex iniqvitatem iva eirale, qua totus involutus & quasi constrictus hærebat; omni laboris ac diligentia studio viribusque omnibus, divina simul in auxilium ac præsidium adhibita gratia, à collo & cervice sua abrumpat & prorsus abjiciat. Qvod metaphorico sensu tractum sit à jumenti violentia, qvod alligatum jugi qvandoque molem omni vi defricando à sese abrumpit ac bumi dejicit. Unde nempe aphorismi Propheti-ci sensus genuinus hic emergit, Peccata tua abrumpe in justiria, & iniquitates tuas in miseratione erga afflictos; hoc est, Peccatum & ini-quitatem tuam, qua hactenus in innocentes inique & crudeliter faviisti, dehinc prorsus mitte & contrà equamine abjice, & contrà ejus rei locô diligenter stude justitiz & miserationi in affli-Etos.

XXVI. Ulterius, Ps. cxxxv1. 24. Dedit ter-R 3 ram Sihon regis Amorriscorum, & Og regis Baian, Israëlicisin hæredicatem, in humiliatione nostra recordatus est nostri upper & abrupic (hoc est constrictos omni vi eripuit) nos ab iis qui affligebant nos: Ægyptiis nempe, Chananxis, Moabitis, Philistinis, Midianitis &c. ue ostendunt historiæ Judicum, eripuit nos, nom sanè solvendo hostibus dures, sed valida manu & brachio extenso, Exod. xIII. 2. Nahum III. r. Væ civitati sangvinum, tota est mendació & per ruptione plena: non certè redemtione. Obadiver, 14. Ne stes ad pre ruptionem seu rupturam, h. e. in bivio, ubi semina altera ab altera destricatur seu diffinditur. Ex Pontisciorum sundamento, bivium denominationem suam sortitum sussessioned, I. Sam. Iv. 18. Fracta est uppen cervix esus: que apud Hebraos nomen accepit à defricando: ex Pontisciorum sundamento, à duresord.

AXVII. Ad nullum horum Scripturz locorum hactenus recitatorum quadravit fignificatio Pontificia redemtionis ac fatisfactionis: Et tamen in nulla alia canonica Scriptura uspiam usurpatur hac vocula, nec Radix ejus, nec derivatum: Unico nempe adhuc adjuncto loco, qvi restat ex Thren. v. 8. Servi dominati sunt nobis, & non est, qvi nos ab ipsorum manu abrumpat, hoc est, non est qvi nos in eorum potestate constrictos valide eripiat. Ubi seremias non loqvitur de redemtione xingo interventu acqvirenda: vix enim hujus etiam adminiculo in libertatem vindicari potuissent captivi apud Chaldzos detenti: sed desiderant ibi pii straelitz validam manus divina ereptionem & qvasi abruptionem, qva ex captivitatis carcere eluctari qveant.

XXVIII. Dicas: Viderur ramen ibi vocabuli proposite

posse esse significationem redemtoris. Responsio planissima est: à Posse ad Esse argumentari, Sophistarum esse. Ac si vicissim ipse quoque more zqvivocorum andabatarum obverterem, posle etiam ibi significationem voculæ non esse de redemtione, sed simpliciter de abruptione seu exeptiose; qvid tum qvælo Jesuitæ suô Pyrrhonicô posto evicerint? Atqvi verò tenebantur Jesuitæ talem adducere Scriptura locum, qvi non indigitet faltem, sed inevitabiliter evincat, ut alicubi vocula isthec non ullô aliô nisi redimendi signisticatu accipi possit. Qvalem illi Scripturz locum ad Cal. Gracorum fine dubio in medium producent. Exploratissimum enim est, præter supra allegata Scripturarum testimonia, voculæ hujus nec Radicem nec surculum ullum in tota Scriptura canonica exstare Ac denique cum ex superioribus certum fit, redimendi significationem ad pracipua Scripturz dicta tuperius excussa nulla prorsus ratione quadrare quivisse, Et verò necesse sit, ut gvzvis Germana dictionis Hebraz & Chaldzz fignificatio non ad unum saltem atque alterum, sed ad universa & singula Scriptura loca, ubi eadem von occurrit, vel proprietate sua vel conveniente. observato tropo congruat : avanaslism concludimus Pontificiam redimendi fignificationem in Hebr. & Chald, verbo pro nullo prorius modo posse esse genuinam. Una hac fuit aqvivocatio, qva pulcherrimum Danielis aphorismum Chaldzum redemtores Pontificii ad fuum dogma in Christi, merita blasphemum neqviter detorserunt.

XXIX. Deinde, in eodem Danielis aphorismo equivocationes porrò comminiscuntur in Nomine Tun peccata tua: quod refert Bellarminus vel pro peccatis vel pro ponis peccati posse accipi. 3. idem ilhidasseric de dictione inibi sequente Tuny

R 4

iniquitates tuas. Perinde ac fi ingenica natura harum dictionum geminam hujusmodi significationem requirat. 4. Dictiones ejusdem versiculi ימחן ענין in miferatione afflictorum, Judai nonnulli (teste R. Saadia) interpretantur de percussionibue & flagrin, & spontaneis afflictionibue: dedu-cuntque à Rad non, quam ajunt modò significare delere, modò percutere &c. ut sit sensus. pecsata tua redime per percussiones & flagra. qvia Justiriariorum, Poenicentiariorum & Flagellariorum Monachorum ordo in regno etiamdum Chaldro inde usque à Danielis tempore exstirit: Qvorum patronum nunc Danielem qvoqve, velit nolit, oportet fieri. 5. Imperitia etiam ea est, qvod nors justitiam, stricte exponunt Eleemosynas, & 6. ענין simpliciter de pauperibus seu egenus: cum vis & proprietas utriusque voculæ sua natura multo latius pateat. 7. Particulam in Ecce, qua ibidem affertivam promissionem temporalis felicitatis annectit Propheta, inquiens, Ecce (bac pacto) erit prorogatio incolumitati tua : Pontificii convertunt in dubitativam, & prætendunt, in aliàs significare Ecce, aliàs Si forte. Ut sit senfus, Redime peccata qua Eleemosynis, si forte Deus ignoscet delictis tuis, hoc est, etiami iatisteceris tuis Eleemosynis & aliis operibus ac passionibus pro peccatis aut poenis peccatorum tuorum, tamen nondum certi qvid tibi polliceri debes, an protinus tibi remissa sint peccata, nec ne, sed. oportet ut id etiamdum in dubio relinquas: fieri enim posset, ut adhuc in purgatorio qvoddam tibi delictorum tuorum residuum sit expiandum: quippe cum homo in hac vita scire non queat, an amore apud Deum, an verò odiô sit dignus. Ubi iterum præsente loco Danielis, dubitation nem suam, conscientiarum istam carnificinam, bene-

CHALDER CONSTITUTIONE. 265

benefició istius zqvivocatiunculz egregium in modum adstructam autumant Romanenses. 8. Qvod mox inibl subsequitur ארכה prorogatio, statuunt adversarii significare etiam posse sanationem, ignoscentiam, remissionem ac condonationem. 9. Denique qvia ultimam ibi voculam Tout meolumitati tue, R. David Kimchi affirmat etiam exponi polle Erreri tua: Pontificii plerique libentius ample-Auntur significationem hanc posteriorem, & contrà prioris illius, que tamen dictionis Chaldaice propriissima est, interpretationis sensum parum aut prorsus nihil curant. Conferas jam & concilies interpretationem utramqve. Una, quæ proprias significationes vocum attendit, talis est; Peccata tua justitià abrumpe, & iniquitates tuas miseratione erga afflictos. Ecce (hôc pactà) erit prorozatio incolumitati tua. Altera, qvz zqvivocationes sectatur, talis est: Peccata tua Eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum, (juxta Judzos qvoldam , flagris & afflictionibus) for sit an ignofest Deus delictionuis.

XXX. Nondum hic adjicere placuit plenariam deliriorum horum confutationem, sed satius est reservare eam ad subsequentem infra ordinariam distionis cujusque exposizionem. Hic autem eò saltem sine interpretationes islas breviter recitando attigimus, tantum ut cordatus quisque lector exinde quodammodò judicium facere quirer, quid adversaris suis equivocationibus moliantur, quamque turbusenta ambiguitatum, incertitudinum ac corruptelarum omnis generis lerna impendeat ex ionidatus, sistis dictionum equivocationibus, cum videamus, isthâc equivocandi temeritate vel in unico hoc brevissimo aphorismo novem continuas voces sondissimum in modum suisse detortas, corruptas ac depravatas: Qua factum, ut postmodum, dum,

chim, cum justiciarii vix tam quoquam qu'am in hoc Scriptura loco caussa sua prasidium poner tent, multa animarum myriades prava hujus loci versione mitere seducta ad inferorum baratheum recta descenderint.

XXXI. Atque eò porrò sanò perminiosior mali hujus gangrana fuerit existimanda, quò eadem lariùs serpsisse deprehenditur. Siquidem non in Chaldæis solummodò sed eriam in præcipuis Hebræis dictionibus eamdem æquivocandi licentiam hactenus obrinuisse videmus. Quod Divus Lutherus in Commentar, in Genes. xxx. 24. graviter conqueritur, quòd Rabbini & alii eorum sectatores vel uni tritissimæ isti Radici pp tantum non viginti diversissimas significationes tribuerint. Nempe hôc vel illò Scripturæ locò significatio non placer illa? arripiunt aliam.

XXXII. Idem accidit verbo Hebrzo mw, in illo Gen. 111. 15. Semen mulieris obruendo opprimet atque obteret tibi caput & tu similiter obteres apsi calcaneum. Hic. Maqviunt, mw significat conterere, sibilò afflare, univ, mordere, insidari, tenebris occultare & c. † Verè tenebras has dixeris. In tota Scriptura quater tantum exstat hoc verbum mw, & nihilominus faciunt ei significationes sex inter sese longè diversisimas. Eone verò rem Christianorum indignum in modum recidise! ut inde usque à seculo temporibus Apostolorum proximo, rarissimè interpretum quidam aut Lexicographus Hebrzus repertus suerit, qui solidam ac primigeniam verbi hujus Hebrzi proprietatem ab zquivocationum tricis explicatam, puram enuclearit, enucleatam unicè unserit. &

† Loca, ex quibus hanc figuificationum multiplicitatem evincere conantur, videre est in Lexico Pagni-

CHALDER CONSTITUTIONE. 167

sartam tectam ad posterorum manus transmiserit: Cum contrà verbi ejus vim atque potestatem ymoiar in illo infigni agardiayyedia nuspiam non indies in omnibus templis & scholis ingeminato ac decantato, oportuisset ante omnia usquequaque explicatissimam ac exploratissimam habere.

XXXIII. Similes justifilma querela possent institui de numerosorum aliorum quoque S. Scripruræ vocabulorum æqvivocationibus: qvorum plerumqve Germana ac nativa proprietas hactehus à Lexicographis, Rabbinicis prafertim, ignorata fuit. Id quod vel ipii propalam luculento hoc ipso argumento produnt, quando nempe in certa significatione non subsistunt, sed tot uni eidemqve voculæ æqvivocationes disparatissimas tribuunt, que nulla prorsus ratione unius pro-prietatis sinum ingredi queant. Quod genus a-quivocationis assatim hic etiam videre erit (ut Lexica Hebrza prasente locô mittamus) cumpriins in Dictionario Chaldao Gvidonis Fabricia Boderiani, primarii Pontificiorum Lexicographi Chaldzi: qvod unice in eo totum occupatum eft, ut diversissimas Rabbinorum & aliorum interpretum significationes ac sententias de qualibet vocula comporter & conglober: Qvod abi effe-Qum dedir; solidam inibi postmodum certamque proprietatis constitutionem nihil qvicquam moratur.

XXXIV. Judicet jam qvi aliqvid judicare pot-est, an negocii hujus doctrina, denfissmarum nempe illarum, qvas hactenus æqvivocationum latebræ induxêre, tenebrarum discussio, occupata fit circa quastiones rixasve Grammatisticas

scholastici pulveris situ dignas.

XXXV. Qvinimo, cum vix qvidqvam certi de cujusquam voculæ significaru proprio statui poffit

possit, niss inspects arrenteque considerata inductione ac comparatione omnium, in quibus una eademque vocula recurrit, locorum Biblicorum, uti insta Regula secunda requiret : cumque certum sit, unius proprietatis evolutionem genuinam creberrimis in locis plùs facere ad perspicuum oraculorum Biblicorum sensum enucleandum, quam alioquin citra eam vix multa copiosa commentaria præstare potuerint: judicet jam qui velit, annon studia hæc, istatum nempe tot seculis inversatarum ambiguitatum ac dissicultatum enodationes dignissimæ usque fuerint diligentissimis quibusque Scripturarum sacrarum in-

terpretibus.

XXXVI. Qvocirca dolenda & iterum arqve iterum deploranda irreparabilis isthze Ecclesiz jactura est, qvòd post Apostolorum tempora, tantô seculorum decursu, paucissimi fuerian docentium & discentium, qvibus fundamentalis in Lingva Hebr. & Chaldza zqvivocationum conciliatio curæ fuerit : inter eos præsertim, qvi præcipuum ætatis suæ florem intricatioribus nonpullis quastionibus aliis tantisper consecrarunt, ut in earum situ quasi consenescentes', postmodum ad negocii hijus gravissimi & difficilimi expeditionem hebetati prorsus ac inepti, adeoque ad penitiorem fontium Mraeliticorum adytorumque Theologicorum introspectionem vestigandam habiles nunqvam evaserint. Qvod damnum etiamsi nos hic dissimularemus, tamen experientia id plus quam innumeris suffragiis publicitus clama-

XXXVII. Opera proinde precium etiam atque etiam facturos nos spero. si qua ad eos aquiyocationum Dedalaos labyrinthos perrumpendos. & ad constituendam significationis cuique yoça.

· CHALDER CONSTITUTIONE. 269

vocabulo Hagiographico Chaldzo propriz certitudinem, adminicula potissimum reqvirantur, hisce subjunctis quinque observationibus sive Regulis explicemus: quas in colligenda Lexicographia Hebraa & subsequente hic Chaldaa studiose sectari oportebit. Ac optandum sane suerat, ut antehac, quemadmodum par erat, hoc genus Regulæ omnibus Lexicographiis Hebr. & Chaldæis præfixæ, in iisque adornandis vel hæ vel similes etiam aliz probe attentz fuissent. Sed quia de-prehendimus, eas Judzorum & Pontisciorum Rabbinis plerasque hactenus prorsus ignoraras aliis etiam Hebrzis & Chaldzis Lexicographis haud rarò parum feliciter ad usum traductas, in unius verò Lutheri eruditissimis ac Deologicolisis commentariis omnium luculentissime passim annotatas & explicatas esse: ipsius proinde porissimum ductum in Regularum carum recitatione sequar, commentariorumque ejus loca, ex quis bus axiomata fingula hausi, sigillatim allegabo.

REGULÆ V.

De ratione propriam cujusque dictionis Hagiographicæ Chaldææ signisicationem indagandi.

REGULA I.

De indaganda dictionis cujusque Hagiographica Chaldaa proprietate. Lutherus in Commentario super ultima verba Davidis.

XXXVIII. Ac fatendum est qvidem, primà aliqvid sanè ad hoc negocium expediendum facere, si qvis consular & excutiat Rabbinos cum

170 GIBELIUS DE MEZIKOTPADI

fuis interpretationibus, ficubi videlicet ipsis inter se mutud de fignificatione aut assertione aliqua Grammaticali, usui Scriptura conveniente, constat. Ut: qvin Noon univoce significet Sapientiam: aut, qvin Terria persona Prateriti Sing. Kal. in Verbis sit cereratum Verbasium Assertione

prigo ac Radix, nemo est qui reclamer.

XXXIX. Ceterum talis contensus & certitudo quia apud Rabbinos, in significatis prasertim certificandis, admodum rara usu venit, siquidem totum hic eorum studium consistit in aquivocationibus, ac tantum ad sophisticen in his idonei sunt, un Divus Lutherus ait in Commentario super Gen. xxx. 38. dissensionum jam & aqvivocationum reliquarum longè confussismarum chaos quanum ratione evolvendum ac dijudicandum aut; si qua interdum illis de sententia constat, ejudem certitudo nobis etiam qua ratione evadet liquida ac sirma?

REGULA II.

Quam habet Luth. in Gen. XLIII. 30.

XL. He proinde ulterin per-opus est diligenti comparatione & collatione mutua exemplorum Biblicorum, ubi in hac Lingva (sive etiam in Hebraa, qvippe hujus marre) eadem phrasis, eadem vox, ejusdem thema derivatumve recurrit convenienteque locorum omnium ad unius significationis proprietatem reductione & conciliatione.

XLI. Ut: quod mann non fit (ut quidem R.Sakomon Jarchi exponit) idem quod mann & won palpavit & exploravit: animadvertimus ex collatione exemplorum Hebraorum, Pf. 11. 1. Pfal.

Digitized by Google

Ly.

CHALDEE CONSTITUTIONE. 271

tv. 15. Psal. Lxiv. 3. ubi Radix ejusque derivata significant, turmatim & cum tumultu confluere. Ita vow obsequiose observavit. Qva vis animadvertitur ex comparatione etymi ejus Hebrai (2 quo per usitatam commutationem Frind sactum est) pow quod azon & observationem cum assectium animi conjunctam norat Hebrais, Exodi xxxii. 25. & Jobi iv. 12. xxvi. 14. à ynu permutatis Literis x & y, qua enallage nec Chaldais nova. Qvinimo, Lingua sere torius significata tutissime ex Hebraica veritatis sonte hauriri, ejusque identidem iteratis exemplis judicari; advertes infra in ordinaria vocum Hagiographica Chaldaices recensione.

XLII. Caurio tamen hic est in hac Regula; avod si quando utus ipse significationem vocular alicujus longius à sua primigenia origine degenerare coegit; magis rum debeat haberi ratio usus quam Etymologiose derivationis. Ut: cum now alioquin in origine Hebraa significet propriè, adbibità industria cen minister coluit: usu tamen postmodum Chaldao generalius ad quamlibet actionem indigitandam extensum suit. Vide Luth. in Gen. xxxx. super voculam on sicut in Latina Lingua & c. Talem etiam indicat esse vocció por la para

C. XLII.

REGULA III.

De qua mones Luth. in Gen. iv. 7.

XLIII. Accedere terrid oportet in quibussibet texus Hebrzi & Chaldzi locis subjectz materia & circumstantiarum accuratam pensitationem.

Ot: Quod Germanica versio Lutheri in illo prope (molimen corum) Ezra iv. 13. recedit ab Hebrzis

272 GIBELIUS DE AERIKOTPAO.

interpretibus : (qvi vel Do tributum & regias pensiones, ut R. Salomon & Aben Ezra; vel ma id est, robur, ut David Kimchi; alii etiam Praceptum & statutum reddiderunt, habentes pro di-Clione nna) suggessisse Luthero hanc dictionis rationem & vim videtut partim qvidem Etymolo-gica deductio ab Hebr. 15% id est, ambire seu po-rius circuire (unde Babyloniis 138% ambitio seu potius molimen & machinatio, quam quis diu animô versat, circumvolvit & secum circumfert) & à Pronomine on, ablorpto n, quod in pronomine 2qvivalente in non novum: Ut: Dan. 11. 42. in רהוץ Partim verò & qvidem maximè suggessit B. Luthero hanc dictionis vim ipsa circumstantiarum textus harmonia in eo loco, ubi vocula ad-hibetur Ezræ Iv. 13. ubi sermonis tenor, ipsa quoque Fœminini verbi adjunctio omnibus fuffragiis suis talem quamdam expositionem flagitat & qvasi in manus tradit.

REGULA IV.

Quain babet Lutherus in Gen. XLI. 34.

Excussionem porrò reqviritur observatio junctura vocabulorum sive constructionis: qvippe cujus diversitas varias sape & qvasi alienas vocabulo generaliori restrictiones; restrictiori dilatationes parit aliis atque aliis Tropologicis translationibus factis: Er rustum, troporum vi in interpretando neglectà, disparatissimas efficit unius ejusdemque dictiuncula interpretatione in aliis atque aliis Scriptura socis: qvibus tamen unus & simplicissimus nudissima proprietatis sinus est constituendus, ad quem interpretationes istas & sigurationes

r. 2383 ..

reduci posse necesse est.

XLV. Ut: Qvòd raw Dan. v. 6. activè ac transitivè (Mutare) redditur, verùm Dan. vii. 19. intransitivè (mutare sese, seu potiùs diverse agere) exponitur: sit ex constructionis positu: Cùm Hebræa & Chaldæa verba activa ita comparata sint, ut non minùs ad actionem quodammodo intromanentem aut reciprocam designandam adhibeantur, cùm nempe deest Accusativus alius in quem actio transeat: quàm ad crieveum egredientem, quando nempe cum Accusativo patiente construentur. Perinde ut Latinorum Variare pro constructionis positu modò transitivè modò intransitivè capitur.

XLVI. Sic no (generaliter diraus, quam liceat virtutem reddere) speciatim modò ad virtutem animi, modò ad belli vel opum vim applicatur: Ideoque nunc Strenuitatem, nunc Exercitum, nunc Victoriam, nunc Divitias &c. restricte exponere coegit junctorum ei verborum diversi-

tas.

XLVII Russum Don etsi propriè est destringere, ut claret ex Cantic. 11. 15. Esa. x. 27. Dan. 1v. 20. & c. v1. 23. Translate tamen latius extenditur, ut dicatur fehova destringere improborum capta & instituta, h. e. in medià ea telà abrumpere, prossigare & damnare: Eccl v. 5. Item Prov. xx 16. Destringere sponsorem, h. e. exuere eum possessionibus ed usque dum sponsioni satisfiat. Cantic. v111. 5. Todan pou ibi destrinxit te mater tua: h. e. ibi summà cum anxietate ruptis cotyledonibus ex utero materno abruptus impensoque studiò è secundina destrictus ac exolutus es. Sicuti ad hanc destrictionem per ipsa mox immediate subjuncta verba limitatur, Todan estrictionem ser ipsa mox immediate subjuncta verba limitatur, Todan estrictionem ser ipsa mox immediate subjuncta verba limitatur, Todan estrictionem

stringendo enixa est te mater tua. Hinc enim He-bræis etiam Nomen Con ulurpatur de adin seu dolore parturientis, Efa. xxvi. 17. & C. 1xvi. 7. Sic Pial. VII. 15. Ecce ille destringir scelus, hoc est, ex intimis cordis sui fibris cum omni animi con-tentione sunctisque ingenii nervis intensis scelus quoddam ceu anxiè parturiens enititur.

XLVIII. Atià translatione, Destringere urbes, regiones vel regna, dicitur, ea omnibus angulis, ab orâ ad oram, usque ad extremitatem quasi destringendo demoliri adeoque in aternam vastitatem redigere, ut solo aquata videri queant. Esa. XIII. 5.

Dan. 11.44. vi. 27. vii. 14. Ezræ vi. 12. XLIX. Hæc omnia qvando emphaticarum figurationum coloribus exuuntur ab interpretibus. redduntur modò per impedire & damnare, modò Oppignerare, modò Parturire vel parere, modò devastare &c. Qua redditiones omnes, nis sigurationum fontem attendas, nullà alias ratione conciliari queant. At contrà facilis & horum & talium aliorum innumerorum explicatio evadet, si phrases & sigurarum vim attendas, cum nulla alia Lingva plus siguris gaudeat, qu'am Hebrza, ejusve imitatrix Chaldza. Verba fermè funt Divi Lutheri, super Genesin, c. xL11. 33. L. Sicuti eamdem Regulam alibi qvoqve in

Genes. xxx111.18. repetir: inqviens: ludri obfeurant genuinum fensum suis aqvivocationibus, distrahentes vocabula in varias & multiplices si-guificationes, idque studiose faciunt, ad terendas qualtiones & errores omnisgeneris. Sed diligens Grammaticus debet dare operam, ut varias si-gnisicationes in unam quamdam & certain redi-gat. Qvia necesse est unius vocis esse unam propriam & genuinam significationem. Monstret igitur Radices singulas & earum proprietates , post figuras , meta.

CHALDEE CONSTITUTIONE. 275

metaphoras, allufiones & phrafes colligat. Hoc Rab-

LI. Eadem pluribus diducit in confutatione. Latomi, p. 416. & 417. Tomi secundi Jessens? Qvi locus qvia insignis est, & ad præsentis negocii illustrationem apprime facit, non pigebie me eum hic integre assignare. Sic autem scribit. Hoc libenter asserimus & gaudemus, Sc4-1 peuras frequentissime uri figuris Grammaticis, syn-ecdoche, metalepsi, metaphora, hyperbole, imo in nulla Scriptura frequentiores sigura. Sic cum ca-lum in universa Scriptura simplex & universavor sit, quæ supernam illam machinam signisicet, tamen Psal xix. 2. pro Apostolis per metaphoram ponitur. Et Terra simplex vox qvid signissier, nemo nescit: metaphorice impios vitis & malit calcandos fignificat. Qvòd fi qvis contendat; hae nibilominus multa significata esse: Respondeo: si fic vis, non repugno. Sed quodnam tunc Lexicenterit, quod nos vocabula doceat? cum figura ejusmodi sint in arbitrio utentium, seu ut vocant, ad placitum: ficut Horatius docet, in Arte. v. 47. Dixeris egregiè, notum si callida verbum reddiderit junctura novum. Exempli caussà: Vexillum nemo non simplex vocabulum ducit. At cam dixero, vexillum crucis, aut vexillum verbi, nemo non egregiè factum verbum novum ex notifsimo cernit. Et has egregias innovationes si ve-lis proprias significationes facere, quis erit sinis? scilicer, ideo in Lexico scribes, Vexillum aliqvando fignificat erucem propositam & Euangelum prædicatum: Persius cape tunicatum vocat : ergo. icribendum? Nota, Tunica significat corticen capæ.

Proinde mihi Hebræistæ illi non placent, qvi.

zot uns verbo significationes faciunt, occasione

S 2.

Cha

276 TGIBELIUSIDS AESIKOTPADI

Chaldaicorum istorum Onkeli & Jonatha, qvorum hoc negocium fuisse videtur, ut ea, qva-Scriptura venustissimis & ornatissimis figuris eloqvitur, pro rudibus exuerent, & crasso simplicique fignificatortraderent. Hinc nata illa aquiregegtiques in ista Lingva sine caussa, & quadam Babylonica confusio verborum. Mirè enim dispergitur & intelligentia & animus istà varietate, ubi fi una simplice, (quoties fiers potest) significatione proposità ceseras illine imagines & figurat juxtà posuerie, placido & facili sinu omneui illam confusionem colliges, rùm & memoriam &. intelligentiam mirum in modum juvabis, nec minus animum simul dulcissima voluptate capies. Nescio enun, que sit signrarum energia, ur tam potenter intrent & afficiant, ita ut omnis homo natura & audire & loqvi gestiat figurate.

'Nonne multo dulciùs sonat, Cali enarrant gloriam DEI., quam istud', Apostoli pradicant verbum Dei: Et quando Moses Deuter. Iv. 19. dicir de astris non adorandis, Ne forte adores ea, qva creavit Dominus Deus mus in ministerium cunctis gentibus, que sub celo sunt : Si Hebreum verbum sua simplicitate reddas involuta metaphora, certè nihil dulcius, potentius, plenius audias: Sic enim sonat Hebraice: Qva phoblandificavit Dominus Deus tuus cunctis populis sub calo. Obsecro, quanta eruditio pietaris? qvanta concitatio affectuum? qvanta voluptas in co verbo est? quod DOMINUS Deus astra illa cæli omnibus populis dederit, velut adulatus & blanditus eis, qvò eos svavissima & tenerrima bonitate sua ad sese allicerer, & mollibus istis beneficiis ad sui amorem invitaret, non aliter quam ficut mater filio suo super genua sua blandiger. Ubi si mihi agrivoraror accesseris, & id

CHALDEE CONSTITUTIONE.

id verbi contenderis preprie ed loci significare, Partitus est, vel ut Latinus interpres translulit, greavit: Numer. xviii. 20 Psal. Calle parlet greavit: Numer. xviii. 20. Pfal. cxlix, parlet rem. xii. 10. cogor tibi cedere: Sed quanta gratia fimul me privasti, & volut è paradiso in terram deposuisti? dum nimis proprie & sutra figuram loqueris. Cum in figura minil minus & tuam figuificationem cum voluptate possederimi. Nam quod hinc Portio, pars. sora, bareditas di citur, quis non videt inde manare, quod Deua unicuique blanditur pro sue mecassitate. & blanditias suas nostras facit portiones, ut possederere, Hac blanditia Dei mihi es mea portio est. Et hinc id Verbi divissorie significationem nidetur per Metalepsin traxisse. Unde illud Gep. xlix. 7. Dividam illos in Iacob. At Pfal. v. 10. XLIX. 7. Dividam illos in Jacob. At Pial. v. 10. Lingvis sujs dolose agebant, pro Lingva sua blauditi sunt, recinet gratiam verbi. Iziku id qvod Dividere, Blandiri, Cesare velut tria cuerbula facia, propter usum autorum vel sigurantium vel siguras tallentium, potatas in uno vocahuso aon-cludere, majore gratia of luce.

Sic cum Deur vi. 7. dicigur, Et narrabis ca filis tuis: fortuis sonato, si dinaris, & acues ca

Sic cum Deur vi. 7. dicieur, Et naerabu ea filiis tuis: fortius sonat, si disenis, & acues ea siliis tuis. Nam 120 non cle simplicem narrationem, probat, quod sequitur. & loqueris de els, sive habites in domo misvo ambules in via, sive cubes, sive surgas. Quod si obstrepes, A-ciere non ad verba sed ad fortum pertinere, ut hic proprie verbum istud statare, Narrare, sur enleare cogas significare, Permittam tibi, sed magis credam priori ut gratiori significationi & fortasse soli. Nam hujus verbi vun amulatus videtur Paulus 2. Tim. 1v. 2. Insta opportune, importune, argue, increpa, solietra. Qvid hoc estanti verbum Dei osse assidue tractandum & incul

candunis, acuendum & expoliendum, ne scilicet int thit traditiones hominum & hebetent ver-bum Deis fiatque illid Ecclefiastis x. 10. Si ferruth rubiginosum fuerit, & facies ejus non de-

teraneur, roborabuntur vires &c. Liet Exod, xxx11. 25 ubi dicitur, Vidensque populum esse you nadum, spoliaverat enim eum Aaron, propter ignominiam sordio, & inter hostes nu-Hum constituerat; Non prohibebor, qvin camdem Pêta melius sic referam: Et vidit Moyses popu-- Parch ad notam, dum erexisset eum. Qvod ver-The Paullus ad Galat. v. 4. amulatus dicit: E-Sumuri estis à Christo, Et, Evacuatum est scan-dalum crucis, id est, cessavit scandalum, jam rion esticax est, nec Christis in vobis operosus est. Ita hic Aaron fuo vitulo fecerat populum, ut nec à Dec agerent, nec Deus ageret in iplo, sed cosofus ab illis divinis operibus, erectus effer ad gloriam proprie justicie. Monne hôc verbo putchrè, non solum miditatem iplam, sed & qvid illa sit & portendar; colligo: nempe qvod suti-ritti erat, sicue & illic Aaron secerat; qvod Sa-cerdotes populatin a lege DEI traherent, & divinis operationibus vacantem in suis propriis operibus erigerent: Blette & Paullus dicie: circumcidi · Vos Volungue in carne Vestra glorientur: Hanc enim gloriam rangir Moyses, quando dicir, populum ab Aarone evacuatum, & tamen erectum in suam notain, ut iple hine notabilis effet, cujus opera ralis eflet populus factus: Id quod Hieronymus dicit, Propter ignominiam fordis d'inter bostes num constituerat: quod ninii facit neque ad rem neque ad textum, his aqvivoces omnia, quod non prohibeo. Ab hoc verbo Rex Regypti nomica

CHALDEE CONSTITUTIONE. 279

men haber *Pharao*, qvòd fit ejusmodi populi rex, qvi ociosus fit ab operibus DEI, suis propriis operosus.

Adhuc unum, Ps. cxix. sæpiùs iteratur hoc verbum myw & yyw Meditari. Ut; v. 24. Testimonia tua meditatio mea. Et: v. 16. Meditabor in justificationibus tuis semper: it. v. 77.92. 143. 174. Et cum varis modis vertatur, tamen facile omnes in unam colligam fignificationem, qvz est, qvod vulgo dicitur, Amicabiliter applicare, sefe insinuare: Qvod Genes. Iv. 45. dicitur, Respexie DEUS ad Habel & ad munera ejus, ad Cain autem & munera ejus non respexit. Proverb. VIII. 30. aliter, Et delectabor per fingulas dies. Et iterum, v. 31. delicie mez ad filios hominum. Efa. xvII. 7. 8. In illa die inclinabitur vir ad-DEUM suum, & non inclinabitur ad idola sua. Jam Esa Lxvi 12. Et super genua blandientur vobis. Rursus Esa. vr. 10. Et oculos ejus claude, Obsecto, sint ista omnia vera, ut idem verbum Meditari, inclinari, Delectari, Delicias habere, Respicere, Blandiri, Claudere, & si fuerint plura, significer? Justum autemne est, tot vocabula ex une multiplicare, cum possis vel omnia vel plurima in unum significatum colligere, & figuris solis variare? Respenit Deus ad Habel, id est, hoc faciens animum appulit ad eum, Sapientia delectatur per singulos dies, dum boc agens appel-lit animum suum omnibus, & insinuat se benigniter filiu bominum. Sic, homo applicat sese dulciter ad Deum. Sic, mater blandita silio in gremio, figit vultum suum in vultum illius, & blande ad eum gestit. Sic, oculos illorum claudit, faciens, ut sponte illos figant in Jun; studia, & sic claudan-tur. Sic, Teitimonia tua sunt meditatio mea, dum ceteris contemtis ad ipfa me verto. Breviter 2

ter, omnem illam varietatem colligo in hoc qvod verti, Applico aptoque me gratuito & ex animo ad illa. Hac eò dicta putentur, ut probetur, Script iram effe refertam figuris , Non tot fignificata o' vocabula faciamus, quot fuerint figura: alio-qvi, qvid opus figuris, Hactenus Luth.

LII. Ac talia fuerunt quatuor priora proprie; tatis vestiganda adminicula. Verumenimverò hi quacuor modi universi adhuc fuerunt vacillantiores, quam ut in dictionum significatis propriis co stituendis omnem ubique aupircinous per se tollere valerent : Ut: wow, gvod suprà in Regula secunda exposuimus obsequiose observare, à ישבי : si id verbi juxta eamdem Regulam secundam deduceres ex Hebrzo wow, gvod fignificat folem, haud prorfus male redderetur munem Dan. vii. 10. radiati circumstabant eum. Sic ביום yod supra in Regula terria exposuimus molitionem ac machinationem eorum, ab חשא, si deflecteres ab Hebræo אוף & exponeres fervorem eorum; imò si vel maxime una voce interpretareris tribajum, juxta R. Salomonem, aut ararium, juxta Eliam, cum semel tantum exster, nempe Ezra IV. 13. In his fane, inquam, & similibus ancipiribus minutiis nullius periculi, qvid caussa ester, cur tantopere quispiam discruciari aut cum diversa opinione digladiari velit? nempe salva modò inter illas interpretationum dubitatiunculas ac inviolata usque quaque permanente hac, que restat, Maxima: de quinto videlicet ac ultimo, gvod qvasi succenturiatum subvenit significatio num constituendarum adminiculum longe validiffimum,

REGULA V.

LILL. Est ea, Observatio cum interpretationis

CHALDEE CONSTITUTIONE. 281

in Novo Testamento locorum quorumdam Propheticorum inibi allegatorum, tum præcipuarum perspicua harmonia in utroque Testamento propositarum rerum seu aradoyias fidei. Eas primo & ante omnia bene nôsse & consulere, ad Germanam dictionum vim ac naturam in hisce Lingvis eruendam, perquam est necessarium. enim ulli ratione usus & cognitio S. Lingvæ in integrum restitui poterit, per Christianos id fiat oportet , qvi ex Novo Testamento veram cognitionem Scripture sancte babent : inqvir Divus Luth. in Genefin c. xxxIII. 18. Imò super c. xIII. 32. affirmat, quòd ne Grammaticam quidem Hebræam qvisqvam restituere possit, nisi Christiani Gen. xv1. 13. diligentissime eamdem admonitionem inculcat: Vos, inqvit, curate, ut primo res bene habeatis notas, &c.

LIV. Exemplific loco considerabimus Nomen yn, Hebr. yn Qvòd id non per se collective (ur qvidem Joh. Calvinus in c. 111. Gen. contendit) sed sæpe & qvidem proprie de unico & singulari Individuo, pro Hebrææ & Chaldaicæ Lingvænatura, usurpetur: argumento sufficienti est interpretatio Novi Testamenti, Gal. 111. 16. ubi Apostolus voculam hanc, in promissione de venturo semine Abrahæ sactà, ad unam propriè Christi individuam personam referendam esse do-

cet.

LV. Sic sicitiam istam Nominalem formam 1000, slagra & macerationes jejuniorum, Dan. 14. 24. ex opinione Judzorum, descendentem ex Radice 1000, qvam & Delere & Percutere significare comminiscuntur: nunqvam illi nobis obtrudent. Tum qvia non Nomen est à 1000 delevit, Sc

fed Infinitivus Kalordinis sexti à un gratia affecit: per p præformativum non per p radicale: & per ? radicale, non per Heemanthicum: (figvidem apud Chaldxos in ordine sexto nulla prorsus hujusmodi forma Nominalis definit in Radicalem , multo minus in ordine quinto ulla hujusmodi forma Nominalis definit in Heemanthicum) Tum quia Radix rand nungvain significat Percutere, ut infra in catalogo inductio omnium exemplorum Biblicorum evidenter comprobabit. Tum etiam potissimum, qvia memorata Judaica aphorismi Prophetici expositio toti & veteris & novi Testamenti consensui è diametro apertè repugnat. Qvippe ubi சேல்சிறாகைய்க spontaneorum flagrorum & jejuniorum, pro expiatione peccati aut instigatione poenarum divinarum susceptorum, toties disertis verbis manifestæ idolomanias arguitur & ad infima tartara damnatur: Ut: Esa, LvIII. 3. 4. 5. Zachar. v11. 4. 5. &c.

LVI. Hæ fuerunt qvinqve significati proprii indagandi Regulæ, Jam deniqve, in Lexicographia Chaldæa concinnanda non sufficir (uti supra thesi VII commonefactum) si genuinam dictionis cujusque proprietatem legitime inqviramus & inveniamus, certamqve animô constituamus, sed ulterius reqviritur etiam (qvod pauci attenderunt) ut indagatum ac inventum voculæ significatum yvious animô conceptum adæqvatè (qu'àm maximè fieri potest) correspondente redditione Latina done-mus, non ambigua, quæque natura ac usu readiti vocabuli Chaldæi nec latius pateat nec arctius conftringatur: non pluribus coacervatis synonymis, querum vix rarò par ac essattè æquipollens fuerit pose-ftas, quin alterum altero vel latiùs extensum vel angustiùs contractum usu venerit.

LVII. Ut : si verbum Hebraum & Chaldzum dæum 328 & 328 in Lexicographia reddas Perire: fignificatum qvidem verbi admodum propinove ca interpretatione explicabis, sed latiore ac faxiore, 'dvam ut usus אבר Hebrxorum aut Chaldxorum ferat : Siqvidem illis verbum Kal אבר nungvam eum Actusativo junctum ad perditum amorem transfertur ; qualis tamen metaphorica rraductio & constructio verbo Latinorum Perire plane solennis suerir. Contrà si id verbi in Lexicographia simpliciter reddas Interire, iterum admodum qvidem propinqve ad vim ac naturam verbi nan collineabis ed redditione, sed jam anguftiore, qvam ut integrum verbi Hebrai & Chal-dæi uinin exprimat : Siqvidem אבר metaphorico usu latius extenditur etiam ad simplicem rei amissionem, que utique non semper eun rei amissie pernicie aut extrio conjuncta est. 1. Sam. 1x. 498 20. Rectius proinde & plenius usus verbi 430 efferellt per Latinorum Paffiyum Deperdi, qvod & ipsum more Hebræô & Chaldæô in la-ziore translatione ad simplicem rei amissionem accommodatur.

LVIII. Patere potest vel ex hoc uno Exemplo non, qvantô labore, qvanta temporis mora, qvamqve accurata circumspectione in legitima Lexici Hebrai aut Chaldai conscriptione opus sit, non in ejus qvidem generis Lexicographia, ubi mera Rabbinorum & aliorum interpretum interpretamenta congeruntur & conglobantur, qvemadmodum hactenus in Chaldaico & Syriaco Lexico Gvidonis Fabricii & Massi & aliorum factitatum est; qvod qvis non possit prastare? Sed in tali Lexicographia, ubi nempe, in nativa cuiqve vocabulo Hebrao aut Chaldao unica significatione constituenda & certificanda, omnium Exemplorum Biblicorum conciliațio attendatur, juxta tra

Digitized by GOOGIC

\$84 GIBEL. PRAEMK, CHALD. CONSTIT.

ditam Regulam secundam: ubi in cujusque Exempli Biblici consideratione ipse quoque res Theologice accurate pensitentur, ne ullibi significario constituta aut redditio quampiam in Articilum sidei absurditatem aut alioqui violentam cujustam textus sacri torsionem incurrat, monenribus Regulis tertis & qvints: ubi item usus
proprius ab usu translatitio diligenter discernatur,
juxta Regulam quartam: ubi denique significatio
& interpretatio Latina ita conformetur, ut reddita vocula Chaldas usu nec latius pateat nec angustius constricta sit, monente cautela ustima.
Hanc ipsam proinde, uti & reliquas antecedentes necessarias Regulas, qvod à nemine Lexicographo Chaldas hactenus factum est, in hac nostra Hagiographice Chaldaices Lexicographia
pro viribus observare conabimur, quam, savente
Altissimo, subsequente utraque disputatione piis
harumque Linguarum gnaris Lectoribus judicandam proponemus.

RELIQVIÆ SYRÆ.

ORATIO

Wittebergæ in festo Philosophorum Catharinali, qvô à singulis Philosophiæ Professoribus studia singularum artium & singvarum Studiosis commendari solent, habita, de reliqviis sanctis Syrarum vocum in Novo Testamento asservatis, qvæ vel ad suas radices reductæ, sic excutiuntur, ut de earum ortu & significatione deinceps dubitare, qvod hactenus indoctis ac multis doctis usa venit, nemo postit.

A

M. LAURENTIO FABRICIO.

Dantiscano, Hebrææ Lingva Professore, ac Facultata Philosophica Seniore.

CID LOC XIII:

1. COR. XII. 28.

رهم المراحدية مديرة المتا والمناه

Deue constituit in Ecclesia genera lingvarum.

Magnifico, Amplissimo & Consultissimo

V I.R.O.

Dn. Marco Gerstenbergio,

J. U. D. celeberrimo, Illustriss. Electoris Saxoniz Dn. Dn. JOHANNIS GEOR-GII, Consiliario, hereditario in Schwerster & Drackendorss in Thuringia.

itto ad te, Magnifice & Ampliss Vit,

Domine ac Macenas Nobilifime, Cophinum reliquiarum sancturum, mon qua-les Pontificii ridicule oftentare solent, sape incerti, hominumne an bestiarum osa, theca sua contineantur; vel etiam satis gnari, capita, qua sanctorum Apostolorum Roma oftenduntur, è ligno tornata esse : sed veras reliquias sermonisSyro Chalduici in novoTestamentoGraco asservatas. Collegi enim ex N. Testamento Fesu Chri-sti, aliquot voces Syræ lingvæ, qvæ vel à Christo ad plebeculam pronunciata, vel ab illius Apostolis usurpata fuerunt, quas tam sanctas ipsi Apostoli esse, censuerunt, ut eas Graco sermoni admiscere, ad omnes gentes circumferri; & ad finem mundi. certô consiliô conservari voluerint. Bacile enim fuifset illu narfare Christum ad mutum loguetam recu-perantem dixisse, Agroixen aperitor, seu die loquendi redito Ad puellam vitæ restitutam : x0000 7100 iyape puella surge. Agrum proditoris pecunia emptum: zweis awal dictum fuisse Sed retinent illi ipsissima verba Christi Syra: Ephphata: Talita Kumi: Chakel dama &c. quibus ille usus fuerat ad

rudem plebeculam , que Chaldeo-Syro sermoni an-

Digitized by Google

tea

tea in captivitate Babylonica associa, etiam sub adventum Christi, extra Synagogas eôdem utebatur. Hujus lingue cognitio non minus necessaria est, quam Hebraæ. Nam ut bâc Vetus Scriptura confignata fuit: ita in illam tempore Apostolorum, Gracum Just: sta in suam tempore Apostourum, in Testamentum transsusum, in omnibus Syris Ecclesiu, que longè latéque per Asiam & Africam dissundebantur, & adbuc latissimè plantantur, lectum fuit. Sermonem enim Græcum paucissimi in illis locis intelligebant : ideò translatione Nov. Test. Graci, in Syram lingvam opus fuit, in florentissimis Ec-clessis, Antiochiæ, Seleuciæ, Alexandriæ. Translatio ista omnium prima fuit , à Viris Apostolicis procurata, ut tempori, & necessitati Ecclesia Syra, consentaneum est, qua ab ipsis Apostolis citra omne dubium visa, & approbata suit. Ideò multò probatior est bac translatio, quia translatores, in ambiguis & obscuris sententiis ipsos Apostolos viventes, & ibi docentes consulere quiverint. Quilibet enim facile largietur, Antiochenos sola prædicatione Euangelii non fuisse contentos: sed ab Apostolis magnopere efflagitasse, ut ea, que ipsi in publico dixifsent, quisque auditorum domi sua legere & meditari posset, quod nisi in suum idioma transsusum esset, commode non potuisse sieri. Non enim ignari fuerunt, illius sancta acorconis: Beatus qui in lege Domini meditatur nocte diéque : A puero sacras literas noverus : & aceres, in amyrard, incumbe lectioni Scripturæ sacræ. Ideo versionem Syram factam fuisse ex Græcis textibus, intellectu multorum locorum ab ipsis Apostolis requisité. Aliarum gen-tium versiones crudiores sunt, qua sapé à vero in-tellectu longius recedunt, qu'od interpretes alicubi ipsi hærentes, doctiores, aut vivos Apostolos consulere jam non poffint.

Sunt vere Apostoli sanctis illis reliquis ita dele-Elati.

Stati , ut illis aliquando interpretationem subjunxerint, aliquando solam Sytam vocem posuerint, absque ulla interpretatione. Exemplum sit vox: Rhaca si quis fratti dixerit Christiano, Rhaca, reus erit ouredese Matth. v. 22. At quid est Rhaca? Id Apostolus non est interpretatus, ut nobis ejus rei diligentem inquisitionem tantò severius commendaret, quò eam è sua lingua penetralibus promeremus. Gracus te-atus habet parà At quid Gracis parà sit, nullus Gracus dicet. Ideò Graca lingua adjumentò hujus vocis Etymologiam venari non poteris : terminationem quoque hant, Hebræa lingva pro sua non facile agnoscit. Nune ad conjecturas & incertas interpretationes Doctorum tibi recurrendum erit. Litigant illi. Rhecáne an Rhaca legendum? Illam lectionem ab Hebræo por derivant. At constantissime habent exemplaria Latina cum Græcis, Rhaca non Rheca. Hieronymus arbitratur significare bominem nevor vilem & vacuum, quod Hebræis effet a pin. Augustinus in hunc locum putat vocem indignantis esse, veluti interjectionem quamdam, séque à Judeo didicisse, nibil certi, vocem hanc signisicare, sed tantum animi indignationem notare. At resistit huic Judaico commento, Christi sermo: Si quis dixerit fratri Rhaca. Non igitur tantum gestum aut animi indignantis affectum, sed quod ore & sermone in proximum effunditur, significat. ut pressius significatum bujus vocu investigetur, orige & radix illius quærenda est, quà non inventà si-gnissicatio vera semper latebit. Derivant bane vel à prospuere, ut Rhaca sit, quando proximus extremô contemptu, cum expuitione excipitur, & iracundo gestà facies avertitur. Sed quomodo perditur prima radicalis, in constitutione nominis Rhaca? & gvå ratione ab hoc verbo formari potest Rhaca? Alii à verbo y vacuum esse, qviesceme in secunda radi=

radicali Rhaca derivant, ut significet, hominem cerebrosum, aut potius cerebro, vel actu restenò carentem, ideò aliqui vocem Rhaca, dictione Graca zuò, verterunt. Verùm nullum quietis in constitutione hujus nominis apparet indicsum, quod in quiescentibus verbis aut nominibus sieri soles.

Sed Syrus suum 29 NPD deducit à PPT desiciente verbo in secunda, quod cum Hebrao & Chaldao commune habet. Unde Hebrao ab hac radice est nomen PT sputum, & Chaldao NPT, idem Syro est NPT Rhaca (literà P molliùs enunciatà, more Orientalium, ac si esset litera > hôc modò scripta NPT, Media litera geminatio ferè sonat, quam ratio originis omninò requirit.) Rhaca igitur signissicabit, hominem conspuendum, qui indignus, cujus nomen bonestè exprimatur, ad cujus etiam vel nominis mentionèm expuitur, & plaustra convitiorum simul egeruntur. Nempe hominem illum, unicam pestem esse & perniciem humani generis, propudium hominum, qui indignus sit cali solisque aspectu. Dicit Hebraus aliàs norq con effundere in aliquem benedictionem seu magnis benesiciis aliquem afficere, seu de aliquo practarè sentire. Contrà, dicit idem:

que generis criminationes. Id Syrus unica voce 29

htp Rhaca exprimit. Atque hoc vocis verum esse
usum itum ipsa vocis constitutio, Syrascriptio, tum
listora mentis Christi requirit. Nam interpretatus
is suerat quintum praceptum; monintegrari illud es,
si tantum manisestum homicidium non committatur:
sed prohiberi hac lege longe plura: iram temerariam
seu odium inveteratum: contensum proximi, cujus
labores & homesta studia fatuitatu malitiose arguuntur,

tur, cum is apud alios contentissimus redditur: Probibetur Rhaca hostile. Singula hæc judicanda esse Christus pronunciat, vel in foro civili, vel saltem ad tribunal Dei. Principium homicidii patrandi, est affectus internus, odium, seu ira temeraria, hæe gignit proximi contemtum, ut esus omnia etiam bonesta facta pro stultitia & fatuitate habeantur. Hic pedissequas hubet classdestinas delationes, malitiosas criminationes, que omnes directe sunt ad proximi perniciem & eversionem. Hæc quia in animo bominis latent, vel in occulto committuntur juden in hoc mundo judicare non solet; quia nullus occulta cordium scrutari potest, nec ullus occultorum invenitur accusator. At non possunt talia prætervolare tribunal Dei ; ibi enim omnia ista sistuntur, verè judicantur, & ad Gebennæ flammas damnantur. Due cum ita in animo & corde radicata sunt, tandem in proximum erumpunt per Rhaca bostile, quò innocens criminationibus, falsis testimoniis, & horrendis conviciis lancinatur. Huic malo est quandoque aliquod in mundo remedium relictum, quô malitia criminantium & innocentia oppressorum vindicari solet, nempe Synedrium, Judicum consessus, in quo innocentes defenduntur: nocentes autem puniuntur. Loquitur enim hic Christus more Judais illo tempore usitato, apud quos minora negotia & delicta, in singulu urbibus ab inferioribus judicibus judicabantur. Crimen autem homicidii & injuriosum Rha-. ca in metropolin ferufalem, ad magnum LXX Seniorum consessum, qui Gracis Svideser, & Hebr. Doctoribus similiter vuice Graca retenta, ספררין חסכררין חסכררין minatur, deferebatur; Omnes gradus homicidii divino judicio subjacent, etiam que in humunis judi-ciis examinantur. Sed non omnia, que ad DEI tribunal judicantur, ab hominibus quoque in judicium trabuntur; imò que bomines peo re nibili babent,

bent, et impune se facere erbitrantur, ceu Christianum pro satuo babere, illud pro omnium atrocissmo in judição Dei habetur, quod Gehenna-horrendis slammizavindicatur. Ut hinc insimes nos rationem banc ineamus; qui homicidium tommist, aut qui debachatus est, criminationibus in fratrem, sed de facto serio doluit; absolvir queat; qui verò perpesado fratrem heenter consemmit; es pro satuo babet, a Gehenna ignibas usulandus est. Hac ego de Racha tantò susus, quanto omnes interpretes, de eo parciùs locuti sunt.

Ad Magnificentium verò Tuam hunc reliquiarum Syrarum Calathum mittendum censui, Vir Magnisice, Mecœnas Nobilissime, literatorum ocelle, qui Jurisconsultorum Coryphaus, Lingvarum amator, Lutherane religionis strenuus assertor jam pridem were celebraris. Fect hot; ut pluribus constaret, quanti ego Tuam Magnificentiam faciam : utque multis constaret, quò animô Tua Magnificentia enga huju/modi meditationes sit affecta. Sunt prætereà alid caussa domi mece, qua ejusmodi animi significationem & observantiam erga Tuam Magnific testatam requirebant. Vale Meccenas, & vultu serenante bafce reliquias Syras intuere (contemplare etiam novum Syrum characterem, qui nunc Witteberg & capit fplendere, unteà in omnibus Academiis Germania diu desideratus) earumque vetustatem sanctissimam aliis communstrato. Scribebam Witteberga annô MDCXI. die monsis, quò felicissimis auspicin Illustrissimus Dux & Elector Suxoniæ, Dominus Dominus JOHAN. GEORGIUS homagium à subditis Wittebergæ efflagitavit, & juramento fidelitatis fibi obstrinxit.

LAURENT. FABRICII

RELIQVIÆ SYRÆ.

onvenimus hodie in hunc locum, Re-

ctor Magnifice, Reverendi, Consultissimi, Solertissimi & przstantissimi Viri, omnium facultatum Professores Celeberrimi, tu quoque studiosorum nobilis concio. Convenimus ex mandato & voluntate fundatoris, nostra facultatis Artislicæ (ut eam priùs nostræ Academiæ seculum vocabat) facult. Artistici ordinis sapientissimi Philosophorum; sed quô fine convenerunt huc omnium facultatum Viri spectatissimi, ac Celeberrimi, cum nitidissimo juventutis slore? Manda-verat quidem sundator, ut hôc die solennia Catharing fierent, in templo arcis, laudes ejus decantarentur, missa celebrarentur, & devota Eleemosynarum fierer distributio. Animum hæc religiosum, & finem bonum fundatoris omnia arguunt, sed modo agendi vitium adhæsit, ex conditione illius feculi, in quo horrenda illa moλυθεία, qvæ ex gentilismo in Ecclesiam irrepserat, & stupenda ayrora veritatis principatum tenebat. Nam omnibus rebus, in Idololatrico Papatu, agendis, sui Dii tutelares, Patroni, Patronxque sancta attribuebantur, sic studiis Philosophicis Patrona data fuit Catharina seu Ecatharina, ut Græcæ Litaniæ habent. Laudes. Catharinæ alias, ab aliis nostris Collegis decan--tatæ fuerunt. Patrocinium autem rerum agendarum, ab eo tempore quô disjectis nebulis superstitionum, lux veritatis fulgida emicuit, non pere-

peregtinis Diis aut. Deabus, Sanctis sictis vel eriam sape pictis, sed DEO JEHOVÆ vero, duñes sices, largitori & datori omnium bonozum, qvi. Pater est JESU Christi merito attribuimus, &

religiose afferibimus.

Kem magnam, & admirandam scitisesse, sapientiz studium circa qvod homines Philosophi occupantur: Fructuofam etiam lingvarum Hebrzz, & Grzco-latinz tractationem esse, ex qvibus sese fontes commodorum magnorum, essundant in Ecclesiam DEI, & politiæ conservationem. Hanc liberalium artium caussam, conservationem & propagationem, non possumus Creatura misera, homini, nedum femina fragih, Catharina attribuero: sed Pietas cogit, Veritas jubet, ut hac ombia ad Oceanum illum ac foncem omnis boni DEUM referamus. Si negotium pressius consideratur, ut de mea Profesfione verba faciam, non potest commodup aliqvod Ecclesiz, alicui homini assignari, qvi rei istius nec notitiam habuit, nec dator, nec conservator, nec Patronus illius dupu, exstitit, Sed mitto ista, que indigua funt, ut refellantur, quia nullis nervis firmara coherent: credant ista creduli Papicola.

Nos Ŝτοδίδακοι talia non Catharina: sed sapientia divina λόγω αίριακῶ JESU CHRISTO afferibimus, qvi à Parre non solum justificatio & redemtio, sed etiam sapientia nobis factus est, à qvo solo omne bonum fluit. Fas igitur est, ut hac solemnitate laudes decantemus JEHOVÆ munisico, qvi infinitis donis humanum genus ornat, & admirandis charismatibus Ecclesiam suam instruit, ut ea compta, expolita & supra modum ornata, inter homines, donis tamqvam lucidissimis gemmis vestita, sulgeat, condecoravit. A

præsente etiam tempore; & Professione med non alienum est, ut hac desebritate quædam dicam de sanctissmis N. T. resiquis; quæ in eo vel ab ipso JESU Messia, vel ab Amanuenssbus Apostolicis, sunt aspersæ & in Gazophylacio divino Euangelistarum & Apostolorum, asservæ

Is qui caput vult effe Ecclesiæ universæ, & visibilis Vicarius Christi in hoc mundo, maximam cultus divini partem in spectaculo reliquiarum fanctarum collocavio. Sanctis V. T. hon magnum tribuit honorem, ideo eorum reliavias non tantô studiô ostentat At sancti Dei homines, primi seculi, in N. Tonihil in corpore, nihil circa corpus habuerunt, qvod non Papæ fervi, Sacerdotes illius Baal, populi oculis exponerent. Hinc crepidas a inbligacula, lacerasque vestes Josephi promunt !! Hinc capillos, indufium, funicam, lac Marie monfrant. Hinc pra+ sepe - La cias quibus Christus infansinvolarus fint, commonstrant. Hinc Petri Paullique capita, digitos, crura, & nesoio qvid oftendunt. Imò exhibent pennam ex alis Angeli Gabrielis, Mariam, falutantis, evulfam. Has resilli magni faciunt, quasi sandalia, capilli, vestes sint fun-damenta religionis, quasi crania, ossa sint instrumenta faluris.

Nos miss illis nugis, veras reliquias, quæ faciunt ad verum Scripturarum sensum; ad pietatem acuendam è libro Domini colligemus, & vestris oculis auribusque exponemus. Obvium enim est lectitanti novum Domini fedus Græcum, multas voces non Græcas ibidem occurrere. Si enim pauca exceperis, quæ Latinam originem agnoscunt, reliqua aut ex Hebraismo aux Syriasmo siuxerunt, quæ sine cognitione Hebrææ, aut Syræ lingvæ, intelligi non possunt. Imò si absque illis

illis fuerit, voces ista Magia, aut incantationum figna offe videntur, Qvid enim est illud, Christo loquelam muto restituente, Hepheta? qvid istud, côdem opitulatore, puellam mortuam viex reftiruente, Talitha Kumi? Qvid illud Apo-Rolicum; maledictum fore qui Christum non dilexerit Maranatha: Ad sonum vocum istarum exhorrescis, quia nescis, quid fignificent, quid so-nent, quid digatur; que tendant. Dicit alicubi Augustinus qvid Hosianna in Euangelio sit, sciri neqvit. Dixerunt multi qvid Hepheta, qvid Thalitha, qvid Maranatha? qvid Chakel dama fit, non posse pervestigari. Divus Irenaus solicitus de notatione nominis FESUS, quidillud Latinis fignificaret, consuluit Judzum, is ne-gyam, Virum religiosum & cupidum discendi Judificatus est. Hanc illusionem ipsemet notavit (lib. 11. c. xL1.) IESUS fecundum propriam Hebrzam lingvam est literarum duarum, & dimidia, sicut Periti eorum dicunt, signissicans Dominum eum, qui continet calum & terram, qvia JESUS secundum antiquam Hebrxorum lingvam calum est, terra autein Sura usser dicitur. Hæc ille: O peritos illos Hebrææ lingvæ? qvi nomen yw, duabus literis & dimidia con-ftare dixerunt, qvasi 'paullo minore nota exaratum, fieret ea scriptione dimidia litera. Non ex magnitudine picturæ litera judicatur, sed ex vi constituendi Syllabam. Qvæ verò antiqva Hebræorum lingva, ישוע cælum vocat, id eft, qvali idem fit wow, & your Salvator, Que eft illa Hebraa lingva, qva Suta usser terram vocat, qvasi Sura uffer, sit idem qvod Hebrzis ארצ terra. † Videris Auditores quid ignorantia rei,

[†] B. Mich. Waltherus in Quadragena Miscellaneor.

quidve prava institutio porteneosa Examologiae genuerit. Sed quid diceret, si de vosibus Syris, Graco textui admixtis quasitum sussecute consiste proinde & cô quidem ordine recensebo cas, vestrisque animis atque auribus exhibebo sanctas nonnullas JESU Christi & Apostolorum reliquias, quò in scriniis Euangelistarum & Apostolorum sunt asservata. Quapropter intuiti capsulas sancti Marthai, in illis quatuor sanctas reliquias sermonis Syrisinventinus, omnes ista hominibus Christianis appellarione satis nota: originarione verò, & vi significationis non aquè omnibus cognita. Primò ses offert Mammona dicente Christò: non potestis Leo pariter &

Mammona servire. Matth. vi. 24 12 000

בונא (ממונא eft nomen Heemanricum, per in principio, & in fine, 2

formatum, quô manus à pariete apud Danielem egressa, scripsit win, id est, Numerata exacte est familia Nebucadnezaris, penes quam hactenus Imperatoria dignitas fuit. Numerus illius familia nunc completus est, deinceps ex illa, nulli Chaldzorum Imperatores sient. Verbum hoc win ortum est ab Hebrzo nin quod rem numero comprehendere significat. Mammon pro- inde

Theologic.n. x11. §.11. p.m. 462. eamdem hanc hac ex Oratione receniens Historiam subjungit tandem; Uter borum melius responderit, judicium esto penes Lestorem.

inde & pecunia & res numeratas, in quibus diviria sita sunt, significat, ideo Mammon nomine, divitias interpres notavit, ut Mammon Syris, & www. Hebrais, sit ejuséem significationis, qua tamen different, ut res & numeros rei. Hac est prime sancta reliquia (liceat mihi, etiam vestra venia yoce hac, numero unitatis uti, qua Plautus cum delectatione Auditorum quondam usus.) Secundum sanctum residuum, quod Matthaus c. xvi. 171 asservavit, est Bar Jona; sic Servator nognationem Perriespresse, qui ex circumcissone 1972, ex citulo autem honorario constantis

confessionis, dictus est 2000 Kers Cephas,

ac si dicas Petrinus à وبر صوب idem qvod

aliàs Hebrzis petra Nam Simeonem Marthzus discipulum suum ait esse

brius Murpara, que Hebreorum 13 fespondet.

Nam ut his 13, ita Syris 73 filium figni-

ficat. fonô & fignificatione cum

Hebrao convenit & columbam fignificat; qvacumqve etiam de caussa Genitor Petri Jona, columba dictus fuerit. Eductus Christus ad locum supplicii, in Golgatha cruci assixus, narratur Matth. xxvII. 33. Corruptiùs Golgatha, pleniùs T 5

Syris Ao dicitur. Ter.
minatio hac Syra, etiam à Gracis fuit retenta,
vocem aurent hanc formarunt als Hebrare Table

vocem autem hanc formarunt ab Hebrao stata spharicavit; seu rem rotundam fecit. Hine stata Sphara; unde nostrorum suppliciorum socus Galgen; cirra omne dubium suit denominatus, voce mutno sumta ab iis populis, qvibus socus supplicii sic nominabatur, ande Hebrais eriam supplicii sic nominabatur supplicii s

At avid illud est, gyod Matthaus, xxvx1.46. Christum in cruce pendentem exclamasse dicit,

Eli, &c. בארני, voces non-

nullas ex Pialmo satis noto, repetens, sed pro Hebrzo many substitutim Syrum; ut Idiotz Judzz Apropla, illam intelligerent. Qvid autem sit

αμόρος πείοι Hebrza lingva,

nec agnoscit verbum אשבק Nam אשבק Nam אשבק Nam אשבק Nam אינים אינ

מלהי ערהי Qvô Christus fuit usus, voce

communi cum Hebræis, qvia Syri voce אים aut non utuntur: fed pro illa יהוים fubitituunt.

Excussionus Syras Matthæi aliqvot thecas: Marcus vero alia sancta Syra καμήλια nobis asservavir.

Narra-

Narrat is, c. 111. 17. cum Christus 12. discipulos concionatores designasset; ac Simeoni nomen Honorarium; Petri, imposuisset, qvòd silios Zebedei, Jacobum & Johannem, titulò majoris honoris vocarit, Boanerges. Voces Syræ & Græco Scriptore contractè & corruptius sunn seriptæ, ut vix ac nec vix qvidem, è Græca lingva divinare possis, qvid sit Boanerges. Syris distinctius, plenius, & significantius, duo illi

Zebedzi filii בוא בוא בוא filii, terminatio-

ne Syris & Chaldzis in plurafi ufitată dicuntur. Cum enim Hebrzus in numero multitudinis dicio

בים fili Syrus fua formatione id effert,

perit had vox, apud Gracos, dux enim voces in unam confluxerunt, & peregrinis vocabulis assumtis, necessarization quantitis, necessarization quantitis.

voci בניא כנין, additur aliud fubstantiyum

ex Hebr, מין qvod strepitum

aut fonum tonitru fignificat. Wen enim fonitum ac tumultum excitare fignificat. Unde hi duo fratres filii tumultus aut tonitru vocantur, qvod tàm fonoram vocem illis esser daturus Christus, qva tonarent in toto orbe, cum viva voce, tum scriptis; ficut hodie Johannes & Jacobus: Ille in Euangelio: Hic in Epistola tonat. Titulus enim

2002 LAURENT. FABRICII

enim hic Benaijeregschi, singularis officii dignitarem ac efficaciam verbi pradicati notavit: Johannem & Jacobum non vulgares fore Euangelii pracones: sed quorum sono, ac doctrina terra universa concuteretur, & omnes anguli eorum. side complerentur.

Sed ecce rursus aliud sacrum à gente Syra deductum, Marcus c. v. 42. nobis commonstravit, in admirando Messiz illo sacto, cum mortuam

puellam his allocutus est:

Puella surge. Vocem 'ning prima conjugationis Hebrai, vel Syri, qvi prima conjugationis fundamenta didicir, facilè judicabit. Nam in Hebr. lingva verbum pringere, & modò imperandi de femina dicitur

tu femina surgito. Qvidverò ____

ירואה erit? Hebraus sermo, vocem hanc prorsus ignorat, ideo nec de ejus significatu judicare potest. Chaldais & Syris

idem est qvod Hebræis יעל כורו בתולרה idem qvod Hebræis מלכורו בתולרה idem qvod Hebræis בתולרה ideò Marcus interpretatus est vocem

אליתם ליכום voce needon Graci, qvæ

puellam fignificat. Est qvidem Hebrzis vox

מלרה, qvæ agniculum fignificat, ab hac fortasse Metaphorice, storidam ac lepidam puellam

אליתא Syri vocarunt. Corrupte

hæc vox legitur in Latina versione Thabbita Kumi, posteriore qvidem rectè habente pp; sunt enim duz distinctæ voces, duarum partium Orationis: ideo non sine obscuritate in unam consunduntur. Prior autem Thabbita qvid siz bôc locô, nec Hebræus nec Chaldæus cum Syro rationem reddere valet. Orta est hæc corruptio in communi versione ex dubitatione, æ ulli lingvæ

באליתא ב effet מן effet מין שעי Prodic

Chaldzus cum Syro, qui hanc vocem suam ver-

naculam agnoscunt, apud qvos אביותא est pueritia, & unitatis etiam numero puella : & מליותא in numero mul-

titudinis puellæ.

Alienum igitur est, ab hoc loco, suspicari eum corruptum este, ideo corrigendum ex illo Actorum, in qvo Petrus Joppæ, Feminam Christianam bonorum operum studiosissimam, nomine Thabbitam susciturity, ubi mortuam sic alloqvitur: Thabbita Kumi. At non animadverterunt boni isti viri, in loco Actorum Thabbita, nomen proprium este feminæ: in loco autem Marci Talitha este nomen commune ætatis, & Virginitatis: Ibi purpurissa Joppensis qvotidie vocabatur Thabbita: Hic verò nomen puellæ non exprimitur: Ibi Marcus Syram phrassis.

יאפוו טליתא קומי לצב ב 1 סספב ווא inak-

pretatus est dicens, qvod est, Puella surge: Hic Lucas similiter homo Græcus interpretatur nomen Thabbita per nomen Dorcas, Caprez. Fuit enim hoc nomen blandiriarum & svavitatum; nihil enim amabilius est hinnulis & capreolis,

Idem enim ferè אביא Syris fouat, quod Hebrais סייניען. Nam ab Hebrao אביר capreolus, & de fexu femineo אביד, fit Sy-

. rum & in v, ulitata ne Gronzenord facta,

প্রাপ্ত & alia formatione, Syris magis recepta

ביתא ביתא Latinis Thabbita. Utrum

impositione hujus nominis ad naturam acerrimi visus, qvi in Capreolis animadvertitur, unde & depual ac si dicas visu præstantes, dicantur à diquen, non satis habeo exploratum. Arbitor enim nominis hujus impositione prima, magis auctorem. Ivavitatem animalis, qvam acrimoniam visus notasse.

Sed ecce alia reliquia apud Marcum c.v.1.34. conspicitur in alio scrinio, cum Christus muto loquendi facultatem restituerit, imperando dixit Hepheta, rectè interpretatus est Euangelista, aperitor, quod deductum ab Hebrzo nos, aperuit, facile etiam tirones sancta lingua deprehendunt, formationem vocis non pari facilitate novisse possunt, de cujus obscuritate etiam Sebastianus

RELIQUIESYRE

stianus Munsterus conquestus, at quantus vir, quanta diligentia in Orientalibus lingvis versatus qui alicubi his verbis quertilatur (in Chaldao Lexico, fol. 81.) Non credis lector quantum negotii hac dictio mihi fecerit jam inde ab Octo annis: usque in istam horam. Videbam sane eam Hebraicam non esse; saltem in hoc loquendi modo; nec tantum in Chaldaismo promoveram.

Dici autem Chaldaica formatione (qvz. Syris

braice man. Nam omnia Exemplaria Graca & Latina habent Epheta, qvod Chaldaicz formationi longè similius est, qvam Hebraicz, Dicendum qvidem erat Christo ning, sed usitatior contracta forma est, in passiva prima Chaldzorum conjugatione THER characteristica flectendi littera n in Ith-Pael (qvæ Hebræorum esset Niphal) conjugatione, excisa, & per dagesch in prima radicali compensara. Deinde more Orientalium dages-satis literis בגרכפת aspirate enuncia. tis, ac sonô n in fine Græca pronunciatione prorsus neglecto, dicitur Epheta; vel ut Mercerus Parisiensis Acad. olim Professor Hebrzus peritissimus, qvi in Orientalium lingvarum cognitione, post Hebræam in Chaldaica & Syra lingva probe versatus suit, dicit: tempore Christi efferebatur Ephphetha. P enim in hoc sermone Hebrzo aut Syriaco auditum non est: sicut neque hodie in magna parte corum, qvi Arabica lingva utunsur, & phe litera dicitur, ut etiam Veteribus Hebrais.

Atque has facras reliquias Syras Marcus spectandas nobis exhibuit. In Johannis & Lucæ Enam-

Euangeliis ferè nullas novas sacri sermonis reliquias animadvertimus, unam sanctam reliquiam eamque singularem & valde splendidam nobis gesta Apostolica Lucz commonstrarunt, dum agrum in sepulturam proselytorum, pretio proditi Christi comparatum dicit, propria Judzorum lingva (Aprin habet Grzcus textus)

יס א עסט אסט אסט פסען vocatum, c. ז.

Atque est hæc lingvæ Judaicæ idiotis, cum tota antiquitas Hebræa, attestante totô codice Bibliorum, nunqvàm usurpaverit vocem 777. Habent enim Hebræi suas agri appellationes, qvi agrum vel 778 vel 778, vel in specie 770 vocant: 771, nunqvam.

Neque Hebrzus antiquus populus sangvinem appellat 207: sed 57: nam illa vocis forma

Chaldza & Syraterminatione confituitur. Lucas proinde fanctus Dei amanuenfis, proprieratem hic Lingvæ Hebr. vocavit, non qvam Hebræa Lingva olim in fe habuit, fed qva commune vulgus, post reditum ex caprivitate qvotidie utebatur, qvòd loqvendi hanc communem formam, ex Chaldzo in Judzam transtulerar.

Hic sermo, qvi usu qvotidiano tum frequen-

 tium, pretio eo emtus, quo Judas Christum pro-

diderat Scribis.

Offerunt quidem se hic in variis capsulis Johannis aliæ nonnullæ reliquiæ, cujusmodi sunt Gabatha, Bezaida: sed quia illæ ex Hebræo sermone possunt judicari, eas diutius nec oculis vestris exponam, nec animô menteque contemplabor.

Sed adhuc unam è facro penu, ac divino palladio, immò ex ipso sancto sanctorum promam, vobisque intuendam & considerandam proponam, Syram reliquiam, finemque dicendi faciam. Hanc Paulus legatus ad gentes, literis ad Corinthios prioribus inferuit, quas conclusurus ita contra fallos fratres, qui ventris & inanis jactantiz caussi, Schema ac velum duntaxat Christiani ostentabant: in corde suo nec Christum seriò diligebant, nec Christianitatis alios amabant, sed tum Ecclesiam ipsam, tum frattesperperuis odiis & molitionibus insectabantur, hos fulmine anathematis ferit, ac prosternit; dicens: Si quis non diligit Dominum nostrum Jesum Christum, is fit anathema, Maran-atha. Fucatus & ceruffatus ille Christianus רלא רחים, qvi non ardentissime & totis visceribus Jesum ejusque membra diligit, is sciat se non esse Christianum; sed הרת חרם fit res internecioni & morti æternæ addicta, & devora. Id enim est Hebræis & Sy-

ro-Chaldzis חרם سؤك feu

res cuipiam objecto destinata, sive in bonam, sive

in malam intelligatur partem.

In bonam, ut illud in Levitico (c. xxv11.28,) omne anathema erit Sanctitas sanctitatum Jehovæ

כר חרם קדש קדשים הוא ליהורה: ע

In malam partem Paullus anathematis voce part utitur, ut dealbatus ille & coloratus duntaxat Christianus sit man res morti & internecioni addicta, ur pereat & exscindatur, quia tales ho-- mines pestes sunt Ecclesiz, quo genere nihil perniciosius & exsecrabilius est, qvi sub pratextu pieratis & Christianz professionis, sie affectibus suis indulgent iisque abutuntur, ut omnibus bonis vehementer noceant. Illi funt pres devota & mancipata morti, & perditioni. Subdit Apostolus, paullulum distincto membro, ut etiam distincté Syra Exemplaria habent, ne vox חרם aut אחרח, cum fequente voce, connecteretur & in unam confunderetur, qvod à multis interpretibus factum est: ut inde gigneretur vox Syris & Chaldzis prorfus ignota Macharammota, qvam non pauci interpretes retinue-runt. Qvid enim, ita conjuncte scripta yoz significat מחרמותא, nullus Chaldzus aut Syrus novit rationem reddere. Qvate ad evitandum hujus des pulas scopulum, ne voci sictæ, & incertæ, credere cogerentur, cujus significationem nullam possent monstrare: ideo vocem unam in duas distraxerunt, in מחרם & אמות ac si dicas, res anathematizata ac destinata morti. Nam ur Hebræis mo, fic Syris ac Chaldæis mo & None mors est & Norme pernicies seu interitus. Erit igitur ex hac divulsione vocis, ille Christianus hypocrites, anathema seu devotus morti.

In priorem sententiam eunt, qvi Wolffgangi Capitonis, & Theodori Bibliandri, nec non Bullingeri ausoritatem sequentur: Posteriorem rationem nostrarum Ecclesiarum Doctores priori prætuserunt, ne sictam & putativam illam vocem

tem Macharamora sequerentur. Ex harum sententiarism collisione, cernimus, magnis illis viris utriusque partis, quibus etiam Nostrum Lutherum annumero in versione Germanica, non defuisse vel voluptarem vel diligentiam, ut hanc difficultatem superarent: sed defuerunt illis instrumenta seu certa adjumenta linguarum necessariarum, non sam Chaldaica, quam Syriaca lingua.

De Chaldaica accidir, quod etiam Munsterus in se desideraverit; in Chaldaica Gram. sol. 81. non tantum promoveram in Chaldaica lingva ut formationem Epheta demonstrare possem. Et Theodorus Bibliander putabat, ut Bullingerus loqvitur super hunc, locum, non autem exactè sciebat, Macharamota esse Chaldaicam vocem. Adjumenta Syræ lingvæ, nullus eorum habe-

Adjumenta Syræ lingvæ, nullus eorum habebat; Nam Imperator Ferdinandus justit imprimi Novum Test. Syrum Viennæ Austriæ anno 1555. hoc nobis oportunè in subsidium venit, cùm ante 15. annos, auctores, qvos citavi, in Epistolas Paullinas commentaria sua adornássent. Erasmô etiam annotationes suas in Nov. Test. annô 1540, edente, fante Syri testamenti editionem.

Arbitrati igitur sunt omnes isti viri vocem anathematis posteriore voce Maharamata, Chaldaica, explicari, aut Judzis saltem vocem indseum ignotam, notiore Marahamata indicari. Sed postqvam Syrum Testamentum petentibus Orientalibus Christianis, justu Imperatoris est divulgatum, dubitationes illa, conjectura sallaces & sica etiam voces, suerunt rejecta. Nam benesiciô Syra editionis edocti sumus ne suspicaremur vocem à librariis esse corruptam, ac scimus si-

† Hze est éditio quincta, qua de dixi in parte II. Animadversion. mear. p. 200, ctam elle Maharamata vocem, duas quoque voces in unam non esse confundendas. Omnia enim clara & distincta sunt in Syro textu vocem anathematis man distinctam esse, à voce sequente

(qvæ non Maharamata: fed 12) est dictionibus duabus notata, que longe aliud, qu'am prior illa, signissicant. Ut recte Veteres Ambrosius, Augustinus, Theophylactus & Hicronymus super hunc locum dicebant; legendum esse distinctis vocibus, Maran & Atha, easque voces magis Syras, qu'am Hebraasesse, & rectè exponi Maran-atha, Dominus noster venit, qvam-vis ista voces ex confinio utrarumqve lingvarum aliquod etiam Hebræum sonent. Interpretatio ista secundum Vereres, vera est harum vocum; lectio etiam prolata qualitatis Syra, denique notatio convenientifima.

Sinite auditores, paullulum hanc Veterum fententiam evolvam, ut hoc auditorium intelligat, & Veteres recté sensisse & novitios paullulum à vero discessisse, ut nostri quoque Studiosi verum harum vocum sensum habere queant.

A voce Anathematis; voces Maran-atha distinctas esse, ac prorsus aliud hisce, qu'am illa significari, distinctio in textu Syro indicat, ponit enim inter an & Maran-atha fua puncta distinctiva, ut qvivis Syrum textum intuens deprehendere potest.

Deinde vocem Moran sejunctam esse à voce Utriusque naturam paucis expendemus. Maran, Syra pronunciatione moran, fignificat

Dominum nostrum. Nam Syris בריא סבינ idem qvod Hebrais arro doctor, dominus, qvi

& docendi & imperandi posestarem habet. 3 Syris pronomen masculinum affigum est, ut He-, bræis v. Hinc sæpius in Commentario de ritu; Baptismi Syrorum Severi Alexandrini Patriar-

chæ, voceshæ סושס פרן ואלהן מבין Dominus noster & Deus noster conjunguntur. Nulli igitur qvi velinitia Syræ lingvæ degustavit,

dubium esse porest qvin and Dominum! nostrum significet, quibus etiam in numero sin-

gulari à him dicitur ing, dicente eriam Thoma ad Christum à mortuis suscitatum, ימרי (אלהי), mi Domine & Deus mi: nourram rem miratus, qvam qvid revera de Christo fen-tiret confessis: Esse Christum redivivum; formu Dominum & Deum fuum, prior vox Maran fid

gnificat Dominum nostrum: Altera yox est 12] with etiam Hebræis nota, significat idem quod venire. Duæ igitur istæ voces significant:

Dominus noster venit.

His ita explicatis, applicatio requiritur ad the-' fin Apostolicam. Thesis illius est: non diligens Jesum, piaculum & exsecratio seu anathema esto. Qvomodo verò hæ voces Maran-atha cohæreant cum illo enunciato, auctores veteres & novitii non consentiunt. Alii de præterito id intellexerunt: Dominum Jesum diligendum esse; nec ei contradicendum, qvia jam venerit in carnem, neque alium exspectandum. Sic enim Hierony. mus inqvit: Superfluum esse odiis pertinacibus adversus eum velle contendere, quem venisse jam confter.

310 FABRICIT RELIQUITE SYNE.

Ali verba hier pominus noster venit; connectuni cum anatheriste, Osorem Christi mannirum sub execratione anathematis, usque dum
veniat ad postremum Judicium, Dominus noster
Jesus. Posteriorem hanc sententiam magis cohierero judicamus cum Chesi proposita sur itas &
exsecrationes anathematis ille osor sentiat sine ulla
intermissione & levamine, usque ad tristissimam
ultimi judicii sententiam, qua talis osor Christi,
hiscis adnumeratus, & ad sinistram separatus audiet hanc damnatoriam vocem: Ite in ignem zternum qui vobis preparatus est.

Hactenus auditores apertis sanctis Dei amanuensium scriniis sanctas reliquias Syramum vocumnovo federi admixtas exposui vestris oculis, Vos-

que illas oculis mentis intuiti fuiltis.

Atque ut eorum contemplatio vobis tam juquada eveniat, qu'am mihi earum expositio laboriosa exstitit, vehementer optarim.

Dixi, quod dicendum eras.

3 10 10 4 2 MOVE TO 11 14 14

VI.

HENRICI KIPPINGI EXERCITATIO

DE

Lingva primæva.

I,

Lingvam effe inter omnes lingvas antiqvitate nobiliffimam, qvando-qvidem illa feculisantediluvianis obtunuerit, itaqve in familia Nohæad-

usque constructam turrim Babylonicam duraverir, cum porro aliæ gentes Orbis peculiares quasque lingvas acceperunt, Hebræam verò domi sua. contervabat Heber, qui turrim struendam nullo coniliô, yel opere adjuverat, inde ad posteros suos, quos inter celeberrimus erat Abrahamus, commendaverit invariatam. Ità docent Rabbinus Simeon Ben Jochai in libro am, Autor li-. hri mit, Orat. 11. sect. LxvIII. Rabbi Levi Ben. Gerson, Aben Esdras, Abravaniel, Salomon Jar-chi, Commenzariis ad Genes. xx.1.2. Rabbi Afarias in Menor Enaijm, c. 1. Grammaticz quuntur Augustinus, lib. xv1. de Civit. DE I, c. x1. lib. xv111. c. xxx1x. Eucherius, lib. 11. in Genesin, c. v11. Robertus Rollocus, librô de efficaci vocatione, p. 99. Hutterus in Locis Communi-

munibus, p. 35. Chamierus, Tom. 1. Panstratiæ Cathol. lib. x11. c. 1. num. 11. Crinesius, Disputat. 1 de Consusione lingvarum. Calovius in Critico sacro, p. 307. seqq. Fullerus, lib. 1v. Miscellan. sacror. c. 1v. Bartholom. Meyerus, part. 1. Philolog. sacræ, p. 19. Johan. Piscator, qvæftionibus ad Genesim, num. 162. Franciscus Junius in Oratione de lingva Hebraa, Joh. Steph. Menochius, lib. 1. de Republ. Hebraor. c. 11. qvæst. x1v. Samuel Bochartus in Geographia sacra, part. 1. lib. 1. c. xv. & defendit prolixè Joh. Buxtorsius, in dissertationibus Philologico-Theo-

logicis, differtat. 1.11 111.

II. Verum Lingva Hebraanec ab Hebero denominatur, nec est primitiva illa ante diluvium usitata: sed est Chaldaica origine, quam Abrahamus è patria lua Dei auspicio evocatus, in Phœniciam secum deportavit, ubi ejus posteri incolatus jure usi commorabantur, & Phoenicicum sermonem permiscebant Chaldaico, qua diale-Etus cepit vocari Ebraica. Cúmqve novô genere dicendi efferebatur, coepit effe Arabica ab Îsmaële, qvi erat Abrahami filius, & porrò ab Esavo, qvi erat ejusdem nepos ex Isaaco, Genes. xv. 16. seqq. c. xxx11. 3. seq. 1. Chronic. 1. 29. seq. Nam horum duorum posteri incoluerunt Arabiam. De Esavo cumprimis sciri debet, quòd ille fuerit Ædom, id est, Ruber, eodemqve significatu meruerit appellari & aciug, nec non & ipuleais. nius scribit: Nave primus in Graciam ex Ægypto Danaus advenit, ameratibus navigabatur, inventis in mari Rubro inter Infulas à Rege Erythra, lib. VII. c. LVI. De rubro mari Virgilius.

Pracipitem Oceani Rubro lavit aquore cur-

lib.111. Georgic.v.359. Et lib.v111. Aneid.v.686.

Erythra Rex est ille, cujus sepulchrum narrat Curtius, repertum esse in quadam Oceani Insula palmetis consità, lib. x. c. 1. 14. Et idem scriptor: Mare certè quô alluitur, ne colore quidem abhorret à ceteris. Ab Erythra Rege inditum est, propter quod ignari rubere aquas credunt, lib. VIII. C. IX 14. Eôdem modô Solinus in Polyhistor c. xLvx. Strabo, lib. xv. Geograph. Philostratus, lib. 111. de vita Apollonii. Arrianus. lib. vIII. Photius in Bibliotheca, p. 717. Sententiarum aliarum farraginem vide apud Raderum in Commentario ad Curtium, p. 526 527. Freinsheimium, notis ibidem, lib.vIII. c. Ix. fect. xIV. Johannem Brodzum, lib. III. Miscellaneorum, c. 1x. Conimbricenses in libro de Mereoris. Tract. viii. c. 111. Johannem Camertem in notatis ad Solinum, p. 242. Erythras Rex ille est gvem literz sacrz vocant Edom, qvi in has regiones profectus cum imperio amplistimo longè latéque Gentibus illis dominatus. Oceano indidir nomen שוא שי, ut ad posteritatis memoriam duratet. Prolixè hoc confirmant Nicol. Fullerus, lib. 1v. miscellan sacror. c. xx. Ludovicus Cappellus in Spicilegiô ad Novum Test. p. 108. 109. Janus Drusius in Observationibus ad loca difficiliora Exodi, p. 187. Gerhardus Johannes Vossius, lib.r. Theolog. Gentilium, c. xxxiv. Qvod enim Vadianus in notatis ad Melam, p. 205. dícit, rubram arenam esse aqvis subjectam, unde nomen illud mare adsciverit, hoc inqvam, oppidò falsum est, quandò bolidis jactu exploraverunt illi qvi totum hunc sinum diligenti navigatione perlustraverant; arenas maris ejus esse aliis consimiles, Ludovicus Vartomannus, lib. 1, Itinerarfi Orien-

HENRICUS KIPPING.

Orientalis c. xxx. Christophorus Fürerus in Iti; nerario, p 34. De Phoenice est notum illudicii Italici:

Et qui longa dedit terris cognomina Phenix. lib. 1. v. 89. E Syria Palzstina profectus ad mare Rubrum colonias suas ibi deposuir, qvormodò illi ipsi Phoenices alias regiones Asiz Arfriczqve plurimas insederunt. Americam qvoqve ingressi, ut dissert Georgius Hornius, lib. 1. de Origine Americanorum, c. v. lib. 11. c. v. v.

feqq. III. Jacob & posteri ejus in Ægyptum detulerunt, unde egressi iterum Mose duce, Phoeniciam majoribus suis promissam, & vel quasi possessan, armis occupaverunt, pulsis Chananais. Inde est Esai. x Ix. 18 JUD De Lingua Canaan, five Phoenicica, id est, Hebraa, ubi Nicolaus Lyranus eqvidem notat, dici linguam Canaan, non quod ed Cananai uterentur, sed quod corum. qui terram Canaan multis jam seculis possederant, nempe Judæorum, propria effet. Qvæ ratio non fufficit. Non solum enim qvia Judzi illas terras habitabant sed imprimis, qvia illius terre sermonem vernaculum, advenæ ipfi, affumferang, lingva Hebraa nominatur Lingva Canange. Ita literas Phoenicicas vel Punicas vocat Plutarchus lib. 1x. Sympos. quæst. 111. que sunt Hebraice. Et quantum Punica lingva non differat ab Hebraica, constare porest è Plauti Comici Panulo, ubi sunt multa Punica, male descripta, que emendaturus aliqvandò fuisset Josephus Scaliger, uti promittebar Appendice ad lib. v 14, de Emendat. temp, sed tamen negociis aliis impeditus haut fecit, itaqve loco ejus præstitit Samuel Petitus, lib. 11. Miscellaneorum, c. 1-11, 111. Qvi Punica legit, Cananza legit, Hebrza legit, quaeenus

tenus omnes illæ dialecti sunt ejussem originis. Poenorum metropolis Carrhago voeatur Chadreanach, id est, civitas Anaceorum, postqu'am scriicet Chananæi bellò sacrò devicti concesserunt intagros illos, atque inter illos præcipui Enacei, com Nova colonia deinceps accessit cum Didonis Reginæ adventu, mansitque nomen vetus, non invidentibus advents recentibus hanc, quantulacumque illa esser, appellationis gloriam, veteribus conterraneis suis, quibus acceptum referre debebant, patere sibi in Africam aditum.

IV. Quod veteres ibi conterraneos habuerint. negari haud debet, constatque satis de Herculo Tyrio avod Phoenicum ritu coleretur in Gadium! templo Juni restantur Pausanias in Phocicis, Silius Italicus, lib. 111. Pomponius Mela, lib. 1111. Appianus in Ibericis. Tantum hie notetur, gvod Sallustius in Jugurthino dixit, postquam in Hispania Harries, sicus Afri putant, interiit, exercitus ejus compositus ex gentibus waviis, amisso duce at puffin multis sibi quisque imperium quærentibus. brevi dilabitur. Ex es numero Medi, Persa, de Arments navibus in Africam transvesti prosumos seftro mars locos occupavere, c.xviii. † Decepit eum nominum finalicudo, adeoque Medos & Armenios novidimas gentes perscripsit, ubi in Punicis annalibus erant Midianitz & Aramzi cives Hercalis & comites ejus, fed profugi, cum Syriz partes illas occupabant Hebrai duce Josua, aus faltem evando illi in vicinis Arabia locis stariva latissima habebant duce Mose, & internecionem gentis facere volebante gladio, postquain Bileami fraudibus seducti cladem à Deo acceperant, Nuzner. xxv. 17. 18. Cixxxx. 1. 2. legg. Populi hi Lane about

Extern habet idem Kipping. 1: Antiqvitat. Rdman.

316 HENRICUS KIPPING.

XIII. An autem tempestive hunc Ebraismum adhibeat Flacius, atqve ita assequatur mentem D. Petri Act. 11 nos ut supra diximus, non moramur? etsi enim ex Paraphrasi Syriaca tundamentum hausisse videtur, qvippe Syrus eodem modo Ebraismum evolvit, atque ille: & istud, non derelicta est, ψυχή αυτέ, anima ejus v. 21 eloqvitur per לא אשתבק, non derelictus est ipse; id tamen sub incudem nequaquam revocamus, fed ad Cathedram Theologorum volumus remissum. Hoc solum est, quod expendendum puramus; nempe, qvicqvid sit de sententia Flacii; istud interim certum esse, quòd eo Ebraismo, quô المريع ftat pro persona, in novo Federe nihil fere fit ufiratius. Ita enim Christus Matth. xxv. 38. & Marc. xIV. 34. dicens, acestumos ies yuxi pe, nihil innuit aliud, qvam triftie fum Ego. & Joh. x1. 33. cuebenuntul vo modiaul, significat, infremuit in sese, quemadmodum Euangelista paul-Io post se explicat. Nam qvod heic ο εξειμένας το ενούμαζ, v. 38. εμθειμάμος ο εποτώ dixit. Iljud Ebræi ημή, hoc μήμη efferrent, nec fortaffe aliud vult Marc. VIII 12. diageraças, inquiens, 10 modual, ingemiscens spiritu, quam ingemiscens in sesc , & Joh. XIII. 21. i@agixen za mrduah turbatus est spiritu , qvam turbatus est in sese. Atque hoc qui non intelligunt, sape hallucinantur, dum vel Orientalium idiotismos in vulgares Lingvas transfundunt, vel alias, sensum comminiscuntur, qui à sacris scriptoribus & eorum mente est plane alienus. Magni viri exemplo nobis funt, Chrysostomus & Theophylactus, 4VO-

qvorum ille Joh. x). 33. per πιδιμα σύγχυση vel πάθω, ipsam nempe perturbationem; hic verò διότηω vel etiam Spiritum sanctum intelligit, ur adeò secundàm illum πιδιμαί, in Dativo vertendum sit, qvasi Christus affectui iratus fuerit, eumque represserit: secundàm hunc in Ablativo, qvasi Divinitate cohibuerit erumpentem assectum; sensu, ut opinamur, nec verbis congruò, nec sacrorum scriptorum menti, nec aliunde error natus est, qvàm ex Lingvæ Hellenisticæ imperitia, & qvod genus loqvendi non penetrârunt. Neque enim, τῷ πιδιμακ aliud Johanni est, qvàm sau-τῷ.

XIV. Perspicuum ergò est ex his, que susè fatis deduximus, qvomodo Ebrai voce wat utantur, quòd nempe iis non folum animam, sed & insuper aliquando corpus, aliquando cadaver, aliquando etiam personam noter, & quod Ebræorum imitatione Hellenistz quoque nonnunquam eôdem modô utantur snô ψυχή. Atque his finire poteramus, nisi ex adverso occurrerent, qvi doctrinam hanc ex aliis principiis impugnant. Sunt enim nonnulli, qvi utrumqve qvidem largiuntur, tum qvòd usitata sit Ebrææ vocis whi usurpatio in fignificatione personæ, tum qvod Hellenistis etiam in voce dux hoc non sit infrequens; sed negant ejusmodi idiotismum ab Ebræis ad Hellenistas manasse, ostendi enim posse putant, quod, sicut apud Orientales 251 pro persona quandoque ponitur, sic à Gracis etiam scriptoribus profanis usurpetur ψυχύ, qvibus tamen de Orientis consvetudine nihil unqvam innotuerit. Producunt locum 1.ex Theocrit. Idyllio xvI. Α'ma & μφ ψυχά, & δὶ κς λυι δῦvoy doidar, & exponunt: sed partem sibiipsi, partem etiam alicui Poërz dare. 2. Ex Euripidis Hercule furente, h. ωλαίσης ε μης ψυχής σουδίς. & dicunt, ωλαίσης ε μης ψυχής idem valere, qvod ωλαίσης εμώ, ut sensus sit: qvis miseram Me oc-

cidet?

XV. Sed nihil efficitur, nec exempla sunt accommodata. Qvod enim Theocritum attinet, ψυχό ipsi vita est, qvemadmodům Homero sæpe. Fecit enim Idyllium istudin Hieronem, & qvia nihil ab eo acceperat, Charites inscripsir. Continet autem vituperium, ut scholiastes loqvitur, τ΄ ἀγαπούνω ἀνείδες κὶ λεγόνων Φοθεμωνίτεν είναι αὐτείς τ΄ ξένων. Unde ait, ε΄ κέρδω ο μυρίω ενδοδι χρυσός κάμβω, qvid prodest immensum autum intus reconditum; in hoc potiùs consistit Divitiarum fructus, ε΄ μλι ψυχά, ε΄ δε κὶ ενι δεναμάσιδον, ut aliqvi vita tuæ impendas, aliqvid alicui Poetæ, qvi vità defunctum laudibus prosequatur. ε΄ φρω καισώ αἰδος κεκρυμμέςω ἐκλλος ἀκεσης, μν ε΄ ἀκλος κεκρυμμέςω ἐκλος ἀκεσης, μν ε΄ ἀκλος κεκρυμμέςω ἐκλος ἀκεσης, μν ε΄ ἀκλος κεκρυμμέςω ἐκλος ἀκεσης.

Ita Euripidi duxi vita est, & porevis & duxis , qvi vitani adimit. Atqve hunc vocis usum, qvi in Euripide non animadvertit, ipfum non intelligit. Documenta pauca damus. In Hecuba v. 183. A', aj vas ψυχάς, si qvi exposuerint, hei hei Tibi ipsi; sensum qvidem bonum afferunt, sed non ex mente Autoris, ut Græcus Scholiastes docet, qvi ψυχίω ait esse ζωίω, & hanc paraphrafin subjungit : อิบออกนลี อีก ovole evera ร อกัร ไมริง, malè scilicet ominor vitæ tuæ caussa, ob qvod etiam Canterus vertit, hei hei tuz vitz. Rurius in Orefte v. 644. in Juzhi inhi owing, fi qvi interpretari velint, duzlu inhi hoc est, innie, Autoris mentem non assequentur. Gracus enim Scholiaftes toxle inhe non air effe inaver, fed the inauls بالالمريش, ut sensus sit, si meam ipsius vitam serva-

Digitized by Google

yeris.

DISPUTATIO HELLENIST.

veris. Denique in Hecub. v. 176. verba hac, είμαν είμαν αίω φάμαν καθε σᾶς ψυχᾶς non licer reddere: qvalem qualem famam audio de Te, sicut non solum ex Cantero constat, qvi exposuit, qvalem famam audio de tua vita: sed etiam consirmat Scholiastes, qvi ad verba, καθε σᾶς ψυχᾶς, ita commentatur: ψυχα λέξις εμώνομο δος , σημαίος του είναι καθε του ζωίο, και του είναι είναι καθε του ζωίο, και του είναι είναι

Hæc itaqve, qvæ hactenus proposuimus, Lingvæ Hellenisticæ dignitatem pariter & usum satis, uti putamus, ostendunt, non potest enim non magna esse ipsius dignitas & necessitas, qvando in plerisque N. T. locis Scriptura nec explicari nec Interpretes intelligi possunt, nisi illius beneficio. Qvocirca hac vice sinimus, alia alii tem-

pori refervantes.

* * *

Hoc distutationis argumentum pluribus ensequuti sunt Theodoric Hackspanius, Theolog. & Lingvar Oriental. Professor Altdorphinus, lib & c. I. Miscellan. sacror p. m. 1. sedit Altdorph. M. DC.'LX. in 8t. & B. Stephan. Clotz in de Dolorib. Anima Christi, Consider. XXII S. IV. p. m. 212. s. edit. Francos. M. DC. LXX. in 4to.

DISPUTATIO PHILOLOGICA

DE

Primævo ac authentico

CHARACTERE

LITERARUM

VETERIS TESTAMENTI,

. Qvam

Divina adjuvante gratia, ex approbatione ac confensu Veneranda ac Amplissima Facultatis Philosophica in Regia Academia CAROLINA,

Præside

V. CL. DN. PETRO HOLM,

Lib. art. Mag. Orient. Ling. Prof. P. ac ord. Facultatisque Philosophica b. t. Decanô,

PRO

Summis in Philosophia honoribus, publicæ bonorum censuræ submittit,

JACOBUS LAURENTIUS COAGIUS, Helfingburg. Paftor.

Ad d. 15. Septemb. Annô 1669, locô ac tempore consuctis.

Vir Nobilissime, plurimum venerabilis,

Excellentissime & Amplissime,

DN. PETRE P. WINSTRUPI,

Dn. de Lundegaard & Werpinge,

Sacro-S. Theologiæ Doctor celeberrime, Episcope Scaniæ Religiosissime, Fautor Magne, ætatèm devenerande!

pùm non solùm ex more celebrium Academiarum, sed cumprimis ex præscripto hujus CAROLINÆ, publicum mihi specimen esset cdendum; non diu anxius hæsi, cui illud inscriberem. Amplissimo

namque tuo Nomini, Vir Amplissime. Excellentissime, hoc, qvicqvid est, humilima animi observantia, ut nuncuparem, suô quodam jure exegit à me, partim officii mei ratio, partim beneficiorum. TUORUM in me collatorum cumulus, partim & argumenti hujus ipsius dignitas. Nam si in aliis quibusois, certé in hoc, constare debet supersoribus nostris, captorum nostrorum ac conatuum ratio. Hos itaque honores, Nobilissime ac Amplissime Dn. EFISCOPE, quos Veneranda ac Amplissima Facultas Philosophica mihi decernere statuit, non affe-Clavi vel ambitione aliqua, vel animi levitate, vel denique pravô cum aliis æmulandi studio inductus; desiit enim dudum juvenilis talis impetus, gravioribus annorum multorum curis facile retusus; sed sustissimis incitatus caussis, quas æquus rerum arbiter, quantum credo, minime spernet. Nam cum Serenissimus ac Potentissimus Rex CAROLUS, Dominus

ac Rex noster Clementissimus, Academiam banc, ut ex nomine, ita & ex munificentia ac omine, merito dictam CAROLINAM, Regia sua clementia, documentum ut præsentissimum, ita studiosæ Ducatus bujus pariter ac Regni totius, juventutis emolumentum certissimum, erexcrit : ac prætereà prædictæ Facultatis Professores Celeberrimi , me inter ceteros dignum æstimarint, quem ad bunc bonorem capessendum invitarent: Parum & REGI meo devotionis, & Dn Professoribus reverentiæ, probare mihi sum visus, si in re tam laudabili, Regiæ voluntati, ab una, ab altera verò parte Clarissimorum Professorum, de me judicio, licet annis jam provectior, non obsequerer. Que & alia ab ambitionis crimine me absolvere posse consido: nulla verò, qua ab singratitudinis suspicione me liberare possent invenio, si TE, Nobilissime Dn. EPISCOPE, insalutatum præteream Offero igitur hoc, qvicqvid est Academici exercitii, Nobilissima ac Amplissima Tua Dignitati; tantò minus ingratum fore arbitratus, quantò ab indefesso, quò dies noctesque pro defendenda ac asserenda veritate cælestis depositi invigilas, studiô, minus abhorret. Accipies itaque serena fronte, Vir Magne, hanc grati animi tesseram, & me meosque conatus favore solitô fovere haud dedigneris, obnixè flagito; qui ut Ecclesia JESU CHRISTI bono din supersis, medullitus precor,

Nobilissimz Tuz Dignitatis
humillimus cliens,

JACOBUS L. COAGIUS.

I. N.

I. N. D. N. I. C.

rout Microcosmo, i.e. bominibus, summâ cùm conficiuntur senectute, varii accidunt casus, iique ut plurimum tristes: oculos enim ipsis caligare, aures obsurdescere, manus ac pedes tremere, nul-

lumque non corporis membrum, aut non fractum, aut non debilitatum videmus: Ita Macrocosmi, i. e. mundi ipsius, annis jam in senectam vergentibus, defectuum ac errorum uberrimus est proventus. Illud quemadmodum Divini Numinis dispensationi, ejufque pediseque, Nature dispositioni attribui; jta boc partim hominum malitiz, Matth XXIV. 12. 1 Jah. 11. 18. partimetiam Diaboli aftutix ac fuvori, Apoc. XII. 12 adscribi debere, omnibus est in

confesso.

Et eccui est ignotum, quas vel Anabaptistarum, vel Weigelianorum, vel bujus farinæ monstrorum alurum, quippe Satana instrumentorum, rabies, no-fra Patrumque memoria excitaverit tragadias? Certè circa Scripturam facram, unicum illud animarum sostrarum Myrothecium, omnes potentia sua vires exeruisse, omnes calliditationervos intendisse, o Mu-Broze zwiene videtur. Nunc enim veritatem verbi Divini, apud Athees plane in dubium vocat : zunc Auctoritatem ejusdem ab Ecclesia dependentem facit, ut in Papismo: nunc ejus perfectionem vellicat: nunc perspicuitatem, & qvid non? Aliis destitutus, Authenticum exemplar Epistolæ Creatoris ad creataram, (ita piè Veteres Scripturam appellarunt) vafrè aggreditur: Illudqve vel totum elevat, jam vulga-tæ, jam LXX. Interpretum, versioni, summam attribuendo auctoritatem : vel partem solummodo infestat (ita tamen ut inde totum ruat) nunc puncta textus

textus originalis, nunc accentus, humanæ faciende originis. Ultimò, nè quid intentatum aut inexper-tum relinquatur, livera ipla in dubium vocasa funt : Eas enim quales olim à Spiritus 8. Amanuen-sibus, Mose scil. ac Prophetis, primitus consignatæ sunt, non amplius superesse prætenditur, sed illærum loco substitutas alias. Quo uno obtento, quod varius molitionibus hucusque frustra tentatum est, uno velut impetu, simul ac semel obtinetur. Sic enim pariter & punctorum & accentuum, qvibus Samaritanus character destituitur, novitas valide introducitur, & Scriptura V T. instar cerei nasi redditur, qvi in qvamvis partem flecti potest. Quod unicum est Palladium, pro quo servando, tot tantasque acies, contra veritatis assertores eduxerunt profaniilli Biblio-Masti-ges. Argumenti itaque bujus & necessitas & utilitas Summa me moust, ut, licet in boc studiorum genere me paullo inexercitatiorem lubens profitear, tamen Claristimi Domini Prasidis sententia accederem, qui hunc ut controversiæ statum discutiendum, mihi præsumerem, svasor exstitit; dextrè judicans eum-dem, nec à muneris functione, nec à debiti obligatione (respectu habito ad constitutiones Academicas, quibus parere habco) alienum. Benè itaque quod vertat ter Optimus Maximus! primò ortuin ac progressum hujus controversiæ videbimus: deinde propositam veram Thesin confirmabimus: Denique adversam destruere allaborabimus.

CHARACT. LITERARUM V.T. 357

SITITAQVE

PARS PRIMA

DE

Ortu, progressu, veroque hujus controversiæ statu.

§. I,

isso Regno Israelis, in duas partes abiisse populum Dei ex 1. Reg x11.
2 Par x. fatis superque notum est.
Harum partium una, majorque, utpore X. tribuum, quæ partes Jero-

pore X. tribuum, que partes Jero-boam equebatur, propter idololatriam à Salmanassare deportata est. In cujus vacuas sedes, cum novos traductos colonos, leones infestarent, 2. Reg. xv11.25. datus est eis Sacerdos, qvi cul-tum Jehovæ eis instillaret. Illi verò & statuta Mosis recipiebant, & una salsos Deos adorabant, ibid. v. 41. At cum hi Samaritani, à primaria urbe inhabitationis Samaria sic dicti, non nisi solum Pentateuchum reciperent, exclusis Prophetis & Hagiographis: Et non solum exstructionem templi Hierosolymitant, sub Nehemia & Esra, impedirent, Esra Iv. 5. s. sed & tempore Alex. M. proprium in monte Garizim exstruerent, ut Auctor est Josephus, lib. 11. antiq. Jud. c. v111. tam acerbissimo ac internecino odio, ha dua gentes, Judzi ac Samaritani, mutuò exarferunt, ut nè destructo quidem, ab Hircano, templo illo in Garizim, cessârit; solà vel Historia Euangelica tefte, vide Joh. 1v. 9. VIII. 48. §. II.

6.II. Ceterum, cam uti dictum est, non nisisolum Pentateuchum pro Scriptura S. agnoscerent, posteriores Samaritani, Historia ilius de X. tribuum in Assyriam deportatione ignari, gloriabantur se nunqvam sedes mutasse, sed montis illius benedicti, per quem Garizim indigitabant, sactos in divisione terra Canaan, sub Josua, legitimos possessimos estis se non Judas traditam a Mose legem: suis se non Judas orum literis esse comprehensam: penesse Mossautographum: se

qvæ sunt hujus generis alia.

6. III. Qvæ apud eos magna cum animi contentione ac arrogantia cum jactarentur: ac B. Hieronymi Præceptores Judæi, qvos propter exiftimationem eruditionis semper magni secit, his non contradicerent: illeque Præceptoribus nimium sidens, alios Judæorum sorte super hac re non consuleret: sactum est, ut uno in loco visus sit in hanc Samaritanorum sententiam inclinare, ac codicis illorum antiquitatem ac Auctoritatem consirmare; licèt aliàs, ut in progressu dabimus, ab hac ipsa plane dissentiat. Qvod & Eusebio, Cæsariens in Palæstina Episcopo, inter Samaritanos degenti, contigit.

5. IV. Ita enim Hieronymus in præf. in libros Samuelis: Viginti & duas esse literas apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæoium testatur, quæ Hebrææ magna ex parte assinis est. Nam & ipsi viginti duo habent elementa, eodem sono, sed diversis characteribus Samaritani etiam Pentateuchum Mosis totidem literis scriptitant, siguris tantum apicibus discrepantes Certumque est, Esram Scribam, Legisque Doctorem, post captam Hierosolymam, & instaurationem templi, sub Zorobabela ALIAS literas reperisse quibus NUNC utimur, cum ad ILLUD usque tempus, IIDEM Samari-

tanorum & Hebræstum characteres fuerint. Ha

6. V. Eusebius verò in Chronico sur, hunc in modum scribit: Fuit, inqvit, Esras Legis Divine eruditissimus, & clarus omnium Fadeorum Magister, qui de captivitate regressi suerant in Judeam, AFFIRMATURque divinas Scripturas memoriter condidisse, & ut Samaritanis nou miscerentur, literas Judaicas commutâsse. Et sic hoc tantum duorum Ecclesia Doctorum par, hujus opinionis meminerunt: Judeorum pauci admodum: subseminerunt: Judeorum pauci admodum: subseminerunt:

quentium seculorum Patres nulli.

6. VI. At verò accensi per Lutherum luce Euangelii & renascentibus bonis literis, cum errores in Ecclesiis passim ope textus originalis detegerentur, undique circumspici cœpir, unde ejus Authentia ac Auctoritas infringi posset, nichilque non tentatum, quod ad hanc rem saceret. Avidè ergo hanc duorum Patrum (si modò est) sententiam arripuerunt tam Calviniani quàm Pontificii; licèt non omnes; nec eodem sine ac intentione. Pontificiorum enim mens est, hoc pactò Scripturam Sacram corruptionis, obscuritatis ac incertitudinis convincere; simulque Vulgatæ sux versioni, cui codex Samaritanus in non-nullis savet, auctoritatem conciliare. Calvinianorum autem; & punctorum & accentuum divinam originem negare.

5. VII. Denique ut status controversix melius intelligatur, sciendum est I. hie non controverti: An libri, tum quoad res, tum quoad verba olim in incendio Hierosolymitano perierint, us Estras Divinas Scripturas memoriter, ut modò air Eusebius, condiderit? Qvod licèt à Pontificiis attirmetur nonnullis: hujus tamen loci non est id refutare † Neque etiam II. quæstio est: Amcharacter ille Samaritanus etiam ante captivitatem. Babylonicam apud populum Judaicum in usu fuerit? Hoc enim ambabus manibus concedimus. Nec etiam quæstium III: An Judai Bibliorum quædam. Exemplaria etiam ante captivitatem Babylonicam babuerint bac charactere descripta? De qua re non magnopere disceptamus. Sed IV. Hic verus est controversix status: An sigura illa literarum, quibus sacri codices ubique sam describuntur aut imprimuntur, quamque quadratam vulgò vocant, sit genuina ac primigenia illarum, quas Deus in monte sinai tabulus lapideis inscripsit, quamque Moses ac Prophetæ in describendo primitus V. Test. usurparunt?

5. VIII. Negativam amplectuntur, ut diximus, multi Pontifictorum ac Calvinianorum, vide Bellarminum, lib. 11. de verbo Dei, c. 1. & in Instit.

† Hanc controversiam studiosè tractarunt B. D noster Gerhardus, lib. 11. Confession. Catholic. Artic. 1.c. 11. th. 1. p. m. 365. b. f. 370. a. edit. noviss. Francof. 1679. in fol. & in Exegeli Loci I. de Scriptura, §. 111. f. p. m. 48. a. b. s. edit. opt. Francof 1657. in fol. B. D. Caspar. Eralm. Brochmand. part. 1. Controversiar. qvæ Orthodoxis intercedunt cum Pontificiis, lib-11.c. 1.p.m.29.f. edit. Hafnienl. 1626. in 8t. Item in System. Artic. 11. c. 11. Q. vi. p. m. 16. edit Uhnenf. M. DC LVIII, in fol. D. Mich. Walther in Officina Biblic. Repositor. 1. Theca v. S. 515. f. p. m. 408. f. S. 642. p. 456 edir. Wittenberg. c10 10c LXVIII. in 4to. D. Dorsch. part.11. Theolog. Zachar. Difp. 11. Loc. 1. Q.11. §.53. p.m. 81.6: & in Sylloge Semestri, p. m. 196.s. qviqve hujus veitigia legit D. David Christiani, Disp. v. Anti-Jesuit. p.m. 210.s. B. D. Calov. in Critico facro, p. m. 384. f. §. 85. f. & Tomô 1. System. Q. xxv1. p. m. 724. Adde B. Geier. in Daniel. p. m. 664.

CHARACT. LITERARUM V. T. 361

Gramm. p. 10. Ar. Montanum in lib. de menfura, actom. 111. apparat. Bibl. in tract. de Siclo, p.126.edit.Lugdun.Batav.cro 10xc111.in4to.Genebrardum, lib. 11 Chron. A. 3603. Hermannum Hugonem de orig. Script. p.42. Angelum Roccham à Camer. lib. v. p. 88. feq. P. Galatinum, lib. r. de arc. Cath. verit. Morinum in praf. Bibl. Parif. fect. vr. Scalig in animady, ad Eusebium, p. 102. & de emend, temp. lib. vII. p. 621. ut & lib. 111. Epist, 242. Gerh Vossium, lib, 1. de arr. Gramm, c. 1x. & c. xxxv1. Drufium in Alph. Heb. ver. p. 11. & ad loca difficiliora Exod. c. v. p. 163. & p. 223. Wittakerum de Sc. S. p. 102. Capellum in arc. punct. revel. lib. 1. c. vi. p. 37. seq. Waltonum Anglum, qvi nuper in proleg. 111. n. 29 feq. & in differtatione de lingv. orient. p. 129 seq & de siclis p. 36 seq. pro ea-dem sententia obtinenda, non secus ac pro axis ac focis, acerrimè se pugnare non dissimulat.

5. IX. Contrà autem affirmativam sententiam tener B. Lutherus in præsat super Essiam, & cum eo Lutheranorum quivis ymposius, orthodoxus. vide B. Gerhardum in Exeg. p. 129. & in Isagog. p. 22. Calovium in Crit. sacr. p. 325. Waltherum in præs. Gramm. Hebr. art. 11. Dilherrum in Eclog. Sacr. p. 10. Schickardum in Bechin. Hap. p. 82. seq. Brochmannum loc. de Sc. S. p. m. 25. Wasmuth vind. Ebr. p. 36. seq. And. Senert in pecul. disfert. de Germana char. Jud. antiquitate, Bangium in cælo orientis, Exerc. 111. p. 209. seq. † & c.

Qvibus & nos meritò accedimus.

† Buxtorf. in Anti-Critica, p. 5. 8. s. & Dissertat. 1v. de Literar. Hebraicar. genuina Antiquitate, p. m. 167. s. edit. Basil. M. DC. LXII. in 4to.

PARS

PARS SECUNDA

DE

Veræ sententiæ confirmatione,

§. I,

Hic partim rationes adducemus, partim Auctoritates. Illarum duplex classis constitui potest: generalium scil. ac specialium. In illa facilè familiam ducunt i Scriptura S. Silentium. Nam cum dux sint potiores sententix de mutatione literaturz primitivx; una qua statim illam sactam zit post seccssionem X. tribuum, 1. Reg. x. alte-74 non nisi demum post captivitatem Babylonicam sub Esta: Neutra suam assertionem ex Historia S. illorum temporum probare potest.

S. II. Urgent quidem locum 2 Reg. xvII. 25. feq. indeque fic concludunt: Sacerdos ille, qui missus erat à Salmannassare in Samariam, aut attulit secum legem Moss descriptam côdem characterum genere, quô profecta suit à Mose, quôque hatenus usi erant, ante divisionem regni, Israelita: aut etiam diversô. Si prius: habemus, ajunt, quod volumus, nempe characterem illum Samaritanum esse primitivum: si posterius, detur immutati characteris ratio? Verum Resp. 1. Scriptura S. l. c. non asseri, quò genere literarum illud exemplar suerit exaratum. 2. Jam supra concessimus, populo Judaico in usu quoque suise Scripturam Samaritanam, eaque nonnulla Biblia in usus privatos suisse descripta. 3. Sacerdotem illum non suisse cordine Levi, sed quemdam ex sace vulgi, quales Jeroboamus sacris præsecit 1. Reg. xxx.

CHARACT. LITERARUM V.T. 363

31. Qvi qvemadmodum cultum divinum à Mofe institutum neglexerunt, uti ex v. 32. & 33. totaqve historia regni Israëlitici patet: ita, omni procul dubio, literature originarie nec magnam

habebant curam.

S. III. II. Providentia DEI circa Scripturam sacram perpetua & indefessa. Neque enim hæc permittere potuit talem vel variationem in omnibus libris V. T. canonicis fieri, vel primavam illam literaturam in quibusdam penitus planeque interire, adeò ut Ecclesia tot seculis authentica Scriptura destitueretur. Nam qvicqvid demum sit de eo, quem habemus, Pentateucho Samaritano, post tantum temporis intervallum reperto: quid quafo fiet de reliquis scripturis. Desardisons? An originalem, primitivam, authenticam tot librorum, perperuo Ecclesia canoni à Deo destinatorum (qvales sunt reliqvi Prophetæ præter Moten) Scripturam penitusita ac funditusab Ecclelia sublatam existimabimus, ut cos non in primavo charactere videndi, nedum in rebus controversis consulendi ulla supersit copia?

IV. Brianus Waltonus in op, Angl. Proleg. 111. n. 37. contrarium à providentia divina infert his verbis: Hoc non sine speciali providentia Dei factum esse videtur, ut legem charactere Assyriorum, quorum imperium longe latéque dissulm erat, describendo innueret, tempus assuturum per adventum silii sui, ut non inter Judea pomæria verus Dei sultus concluderetur, sed undique inter gentes & ubique terrarum, in spiritu & veritate

coleretur.

§ V. Verum, ut taceam pro concesso hic accipi, qvod concessum nondum est, Assyrios scil. seu Chaldzos eosdem cum modernis Hebrzis illo tempore habuisse characteres: videtur hic vir doctiss.

ctissimus ac cerera optime de Repub. literaria meritus, confundere verbum Dei materialiter ac formaliter (logvor nunc de forma externa) consideratum. Nam ut nemo nostrum it inficias, qvin Deus deportatione Judzorum in Chaldzam, sicut & reliqvis Judzorum in captivitatem abductionibus ac Patriarcharum diversis peregrinationibus, inter cetera & hoc intenderit, ut vera fama de Messia, de Deo vero Israelis, ceterisque omnibus rebus, verbo Dei contentis, inter eas gentes propagaretur, idque sub ea ratione, qua Scriptura 9:00000 est: attamen quod Deus textum originalem protinus voluerit, ejus gentis literis in lingva itidem originali describere, nimis larga est consequentia. Nam etiam temporibus N. T. pomœria Ecclesiæ extendit ad Græcos: num proptereà textum Hebraum Gracis literis describi jussit? minimè. Sufficiebant illis versiones. Idem & de Chaldzis sentiendum : tantôque magis, quantô illorum lingva Hebrææ est vicinior.

6. VI. III. Stupenda ac in alia gente prorsùs inaudita Judæorum circa Scripturam S. curiositas. Nam ut prætermittam, qvam incredibili diligentià omnes ac singulos in Scriptura S. versus, imo literas ac qvasvis anomalias numerârint, ac numeratas habeant descriptas: certè Philo, & ipse Judæus, qvi paullò post Christi ascensionem ssoriit, clarè testatur, citante Eusebiô, lib. viii. Præpar, Euang. c. II. ad sua US QVE tempora, per spatium amplius quam duorum millium annorum, NE VERBUM quidem susse UN QVAM in lege Hebræorum mutatum, & QVEMLIBET JUDÆUM centies possius moriturum, quam ut pateretur, legem IN ALIQVO mutati. Hæc ile. An Philonem hominem doctum & Judæum ex Judæis latere potuiset, si qva sacta suisse; chara-

characteris Judaici mutatio? imò mundum ipsum in Tohn & Bohn, i. e. primum illud Chaos Gen. 1.2. abiturum credunt, si qva in lege sieret mutatio, vide Schickardum de jure Regio, disp. 1. S.

Iv. Polan. Synt. lib. 1 c. xv11.

S. VII. Imprimis autem tenaces sunt Judzi characterum suorum, adeò ut ne qvidem in contianuo hoc, diuturnoque suo exilio, qvô, sustò Dei judiciô, premuntur, facilè assumant literaturam earum gentium, inter qvas degunt; etiam ipso Scaligerò teste, lib. I. Ep. LXII. Qvæ igitur ratio esset, qvòd vel slorentibus rebus, vel adhuc illis relictà arbionia, literas proprias absicerent, relinquerentque eassem digitò Dei sacratas, ac unà cum Scriptura à Sp. S. demissa, genti, qvam summe abominabantur?

6. VIII. Tria hic excipiunt. (a) enim distinctionem quamdam Judzorum faciunt. Neque enim antiquos illos tam superstitios fuisse, aunticirca singulos Scriptura S. apices, ac modernos. (b) Non multum offendi potuisse Veteres illos, cum aquè Scriptura S. hac Samaritana ac Hebrat posset describi. (c) adferunt implacabile illud odium, quò dua ista gentes, mutuò, siagrabant. Verum nec ha ratiuncula nos à sententia dimo-

vent.

6. IX. Nam quantum ad I. Resp. Concedimus antiquos non ita suisse superstitiosos ac hodiernos, qui triplici subjacent maledictioni: Interim retinere siguram literarum sibi à Deo ac Prophetis relictam, nec propter quoddam qualecumque tandem odium tradere eam genti prosanz, ita ut peculium hoc Dei inimici habeant, Ecclesia autem eôdem careat, non puto superstitioni posse accenseri. Ad II. Resp. Esto: poterit Scriptura aque bene hôc yel illê charactere describia.

, Digitized by Google An

An proptereà in Judzorum manu ac arbitrio erat; ftylum ipfius Dei variare? 2. Negatur & Antecedens. Alter enim character & accentibus & vocalibus caret: qvomodo ergò zqvè bene hôc ac

illô describeretur?

S.X. Ad III. Capitale illud odium qyod concernit, de quo Adversarii tam seriò triumphant, licer ante victoriam: advertendum (1.) ante deportationem X tribuum tantum abest, ut Samariæ incolas Judzi odio habuerint, ut eos tanqvam fratres Ecclesia, ac partem abscissam regno restituere, omnibus viribus allaborârint. (2.) si hôc intervallo, in originaria scribendi ratione, quamdam factam esse variationem stabuendum : eam in partibus Samariæ potiùs qu'am Judææ cœpisse, verisimile est. Ibi enim, non hic, verus Dei cultus ram repente occidit : minus, fine dubio, fuisser Jeroboamo modum scribendi, qvam Deum recte colendi, immutasse. (3) Novi illi coloni à Salmanassare traducti, usque ad Esram, vixerunt sub Regibus Assyria, Judais non infesti, at in religione aupisioi, ipso Waltono, Proleg, x1. num 4. teste. (4.) post que tempora, utut internecina odia exarterint, ut l. c. piolixè narratur: attamen ne fando quidem auditum est, ullam gentem (verba sunt Brochmanui) alius gentis odio, usitatos sibt characteres ac literarum formas immutasse. Et si fecissent, qvid inde in ipsos redundasser lucri? An id est vindictam sumere de inimico, ressacras ei relinquere, ac iis ipse (forte ipsum) carere?

5. XI. Atque hæc sunt generalia argumenta, quibus satis evincitur nullam in Scriptura S. factam mutationem: At in specie talem factam non suisse, qualem Adversarii prætendunt, specialiter adhuc probari potest, tum ab Austore variationis, quem communiter prætendunt Estam;

CHARACT. LITERARUM V.T. 367 tum etiam ab objecto ejusdem, puta literis

ipsis.

§ XII. Esram si respexeris, multa in eo præclara sunt, que huic commento aperte repugnant Nam hoc eum nec voluisse, nec potuisse credimus. Prim patet (a) ab officio ejusdem. Esras erat acerrimus legis vindex, Efr. vII. 4. unde eum cum Mose, quem tamen maximi faciunt, ludzi passim conferunt; imò, nonnunqvàm eum ipsi anteferunt. Quorum hyperbolica locutiones, proculdubio, occasionem dederunt fabula, Esram, omnes in deflagratione templi facros libros igni absumptos, memoriter restituisse. vide lib. iv. Esræ c. xIV. 21. seq. Euseb, I c. aliosque. At non est legem restituere, sed destruere, modum scribendi sacrum convertere in profanum. (8) à natura ejus. Scimus enim in aliis qu'am zelotes ac moris antiqui servantissimus fuerit hic Propheta: vide Est. 1x. 1. seq. cur ergo in hac re solum, tam remissum suisse existimabimus? Nec si vel maximè voluisset, potuisset literarum formas immutare. Nam cum exemplaria Veteris instrumenti passim per orbem dispersa essent; Judzis non solum in terra Canaan, sed ctiam in Babylonia degentibus, ac scholas seu synagogas suas habentibus, in quibus Moses singulis sabbatis on yeren αρχαίων prælegebatur, Act xv.21. Efras, ut non omnium exemplorum, ita nec variationis, copiam habere potuit.

S. XIII. Contrà, hic multa regerunt. Nam

I. de facto eum fecisse volunt exinde, qvod l. c.

Estr. VII. 6. Του του i. e. scriba velox in lege

Moss appelletur. II. voluntasem ejus variandi

Scripturam inducere volunt (α) ex oblivione prio
ris literaturx in captivitate Babylonica: (β) ex

benesicii divini magnitudine, qvô liberabantur ex

septua-

septuagenaria illa captivitate: cujus memoriale esset perpetuum, character ille Babylonicz gentis assumptus. III facultatem exinde probant, quod exemplaria legis eo tempore admodum rara exstiterint; quod locus 2. Par. xxxxv. 14. seq. luculenter attestatur. Hzc illi.

\$. XIV. Verum Resp. ad I. and h. l. nontam scribam qu'am Scripturz doctum intérpretem, seu legis peritum denotare. † Ad II. Neutram rationem. Estam inducere potuisse, ut qvid in lege Dei variandum attentaret. Nam (a) utut Bellarminus, Bochartus, Waltonus & alii pro concesso sumant, populum Dei penitus oblitum suisse lingvæ ívæ in captivitate Babylonica: tamen illud eis concedere non possumus. Contrarium enim pater ex Neh. v111. 5. & Prophetis, Zacharia & Haggæo, qvi etiamnum jub templo se-cundo Prophetias suas patrio sermone proponebant. At Deus Ecclesiam suam ignora lingva allogvi non solet; ut contra Pontificios ex 1. Cor. xIV. 6. feq. adstruimus. (β) qvod de memoriali liberationis adjicitur, id fine omni fundamento adstruitur: neqve hujus meminit Esras, laudabilium suorum actorum alias haud indiligens narrator. vide Efr. 11.65 66.67. c 111.7. Ad III rara fuisse exemplaria tum temporis, dicitur gratis. Judzorum enim qvilibet tenebatur sibi exemplar legis describere, aut ab alio descriptum ære redimere, si vel maxime quod à Parentibus hæreditariô jure sibi relictum haberet : nec qvidem Reges excipiebantur. Qvod l. c. spectat 1. intelligendus est de άνωγράσω ipsius Moss, non de αργεφορω aliqvo. 2. Felices rerum successus adduxisse aliquando Judzos ad negligentiam legis, imò

† Vide hoc de loco Jo. Buxtorf. Tiberiad. c.x. p.m.93. c. x1. p. 109. B. Dosch. Syllog. Semestr. p. m. 192. s. ad idololatriam ipsam, scimus; uti contigit ætatibus Jossam proxime antegressis: at mala captivitatis accendere solent, non minuere, in hominibus ardorem verbi ac precum, confer Dan. 1x. 2. 3. 6. 11. 13. Et hæc de audlore mutationis.

§. XV. Objectum verò mutationis sunt literæ: quarum tum nomina, tum figura, haud spernen-da Germana sua antiquitatis produnt indicia. Figura qvidem: Nam illam scripturam esse primzvam, in qua (a) litera finales dantur, i. e. tales, qua aliter scribuntur in fine ac in medio & ab initio, constantem esse Judzorum in utroque Talmud affertionem accepimus; imò eam traditionem Mosis ex Sinai, tradunt. A qvibus non abit B. Hieronymusad Es. 1x. 5. (3) literam fod esse minimam in lege, Salvator testatur Matth. v. 18. At hac omnia planè contrario se modo habent in Samaritana. Nam & ea caret omnino finalibus! & Fed non exiguam, sed satis grandiusculam figuram resert, utpote serè & w He-bræorum inversi, hôc modô **. Plura, qvæ ex literarum figura peti possent, utpote, qvod = & v in tabulis Mosis miraculose sterisse dicantur &c. nunc scientes præterimus, que licet Judzorum commenta redoleant: oftendunt tamen, que fuerit illis a Patribus tradita a persons de scriptionis Dei in Sinai genere. Nomina quoque respondent si-guræ: a domam & significat & repræsentat, suncinum &c. Non ita in Samaritano.

\$. XVI. Multa hic regeri tolent, qvæ brevitatis caussa omittimus. Qvod Austoritates concernit, sunt eæ diligentissimè collectæ à Buxtors, in dissertatione zv. de lit. Heb. Antiq. Et hinc nunc abiremus, nisi unicum restaret argumentum à Siclis petitum: Magnam enim Austoritatem antiquis illis nummis, pro sua sententia stabilien-Aa da,

da, defert pars adversa. Nostram verò sententiam alii Sicli sermare possunt, tempore Salomonis, longè ante Esram, charactere Biblicò cusi. Schickardus in dissertatione de nummis Hebr. esfodi, ait Hierosolymis ac in locis vicinis nummos aneos valdè antiqvos: qvorum facies una vultum habet ac nomen Salomonie, altera templum ejussem, literis non aliis, qvàm qvadratis, i.e. hodiernis Biblicis. Similia testatur & R. Asarias in Meor enajim, fol. 174. col. 2. aliiqve. Inscriptiones & figura tales erant phon and i.e. Salomon Rex: & procedure de la regumentum pro literarum nostrarum vetustare. Plura ejusmodi Siclorum exempla vide apud Waserum de nummis, lib. 11.c. 111. Ath. Kircherum in Oepido Ægypt. Schickardum, Hötting. de nummis orient. aliosove.

5. XVII. Hoc argumentum ab antiquorum talium Siclorum inscriptionibus petitum, utut pro
sua parte adductum, realissanum velint Adversarii; quodque unicum pro sua sententia asserenda sufficiat: pro nostra tamen allatum, omnibus
viribus enervare conantur. Undecumque itaque
possunt, robsiac * hos siclos insimulant. Idque
vel (a) ratione materia. Neque enim probabile
existimant tàm opulentum Regem, qualis suit
Salomon, 1. Reg. * monetam * neam cudi curâsse. Vel (a) ratione forma. Judzis enim,
juxta illos, vetitum erat, imaginem alicujus creatura singere vel exsculpere, ex tenore pracepti:
Non facies tibi sculptile, &c. Undè hosce nummos vel suppositirios volunt, vel à recentioribus

^{*} Confer Hermanni Conringii Paradoxa de Nummis Hebrzos, in Fasciculo 11. n. v11. p. 98. f. edit. Rotterodam. nostræ M. DC. XCIII, in 8t.

CHARACT. LITERARUM V.T. 371

subrogatos; ut auctoritatem & antiquitatem sic emendicent & ementiantur: vel omninò ab Herode in honorem M. Antonii cusos; cusus, puta Antonii, essigies essigiem Salomonis optime referebat.

S. XVIII. Sed hac, utue fummo cum fervore urgeantur, non tamen malesanam sententiam Nam quod de Antonii facie referunt, mera conjectura est, nec ullo fatis idoneo testimoniô hucusque probata. Rationes verò addu-&z, nec ipiz majoris funt momenti. Non prior. Nam utur Salomonem opulentum sciamus: an proptereà omnes itidem subditos tàm opulentos credamus, ut ad emendas viliores res, viliori moneta non indiguerint; quales apud nos funt oboli & trientes? Non posterior. Nam non quamvis imaginem prohibitam fuisse, sed saltim cam, qvæ ad cultum prostabar, notius est qvam ut dici mereatur, dudumqve contra Calvinianos demon-Ararum. Qvid ? Judzi ipsi hodie non respuunt Joachimicos vel aureos, qui Casaris aut Regum gerunt effigiem.

PARS TERTIA

DE

Argumentorum contrariæ partis solutione.

6. I.

Tempus nunc est, ut ad adversæ parris argumenta descendamus: non qvidem omnia A 2 2 (negve

372 HOLMIUS DE PRIMÆVO

(neqve enim id fert instituti nostri ratio) sedsaltem pracipua. Qvorum qvædam insita adpellare licet, urpote qvæ ex sigura literarum deprompta sunt: qvædam verò assumpta, scil. qvæ sola auctoritate vetustorum vel monumentorum vel Scri-

ptorum nituntur.

S. II. Prioris generis alia generalia sunt, videlicet que totam literaturam concernunt: alia verò specialia, que ex hujus vel illius duntaxat elementi forma externa petuntur. In illis palmarium est I. Characterum Hebraorum ac Chaldaorum in nos . stris Biblis moderna identitas. Si enim, ajunt, hæ literæ, qvæ in textu sacro hodie visuntur, primigeniæ essent, seqveretur vel Chaldæos vel Hebræos modum gentis suz scribendi olim mutasse, utpote nune cum utraque gens iisdem utatur literis. At prius dici neqvit, cum nec vola nec vestigium mutati characteris Chaldaici apud Auctores aliquos reperiatur; neque etiam probabile censerur. Danielem aliosque sanctos Dei homines, Chaldaica aliis literis qu'am Chaldaicis exaraffe: oportet ergò Hebraos suas literas mu-tasse; cujus-rei famam multi prodiderunt, & haud obscura indicia prostant. Hæc illi.

S. MI. At nos, utut de hac quatione; num feil utraque gensolim iidem usa sit literis, tamquam de re longissime ab hominum memoria remora, cujusque nullum superest jam documentum, nisi conjectura, nihil certi, quod statuatur, polliceri habeamus; tamen sive easdem concesserimus, sive diversas, parum adversariorum caussa hine accedet. Quoties enim evenit, populos & lingva & moribus diversos eisdem uti formis literarum? Sic Nostrates cum Germanis, Hispani, Galli, Angli, &c. cum Latinis, alii-que cum aliis, communicarem quamdam literarum?

CHARACT. LITERARUM V.T. 373

rum servant. Quà etiam inter hos duos admissa (Neque enim improbabilem eam reddit historia Moss, quæ primitivæ literaturæ propagatores, Heberum, unde & appellationem sortita est Hebraica, ceterosque Patres, multis seculis in Chaldra vixisse testatur) totum illud argumentum ruit.

\$ IV. Sed demus tantisper literas suisse in utraque gente diversas: in cujus rei sidem & locum Dan. 1. 4. & monumenta quadam antiqua Chaldaica adducunt Johannes Potken Agrippinensis, Athanasius Kircherus & alii; an propterea mutationem protinus factam dicamus ab Hebrais, gente, si qua unquam, patriarum traditionum servantissima? Chaldaica autem in codice sacro exarata, non suô, i. e. Chaldaicô, sed charactere Hebraicô, propterea sunt, ne populus Judaicus, non tamalteno quam suo scribendi modo assivetus, extraneô ossenderetur. Linguas etiam peregrinis literis nonnunquam describi & posse & solere, luce meridiana clarius est.

S. V. II. Adferunt locum illum modò ciratum Dan. 1.4. indeque sic concludunt : si litera Hebrææ ita olim ac nunc, eædem fuissent cum hodiernis Chaldaicis, quid necesse fuit Danielem ac ceteros adolescentulos Regios, antea, procul dubio, in literatura sue gentis egregie informatos, in Chaldea denuò edoceri literas Chaldaorum? Resp. si diversitatem utriusque literature statuimus, res jam confecta est. Sed non opus est, ut eò descendamus : po enim, cui unice in l. c. nituntur, in tota Scriptura S. nungvam pro solis literis ponitur, sed significat semper vel librum, vel bistoriam, vel recensionem aut tale qvid. In scientiis itaqve, disciplinis, artibus, totaque sapientia Chaldxorum Daniel cum sociis justu Kegis institutus Aa 3 est:

est: non autem in primis saltem Alphabeti elementis, qvibus dudum suisse imbutum & pietas gentis & splendor generis, unà cum ipso textu, nobis facilè persvadent.

5. VI. III. Adjiciunt locum Dan v. 5. feq. indeque ita inferunt : Si Judai eosdem habuiffent olim characteres quos nunc, utique potuissent legere Scripturam illam divinam in pariete: at non potue-runt. E. Resp. 1. pro certissimo ponunt (de qvo tot litigia sunt interpretum) diversitatem literarum fuisse unicam caussam, quòd Scriptura illa cælestis legi non potuerit. Alii enim vitium huius rei in ipsis cerdentium oculis ponunt : Alii in objecto seu Scriptura ipsa: Alii denique in peculiari Dei dispositione, qualem factam legimus Gen. x1x.11. aut Luc. xx1v. 16 Prima sententia hôc fundamentô nititur: Nam si literas vidissent, sive fuissent Chaldxorum sive Hebrxorum, utique eas componere ac efferre potuissent. Illorum autem qvi in Scriptura ipsa impedimentum ponunt, non omnium eadem mens est : Alii enim ad modum scribendi respiciunt: alii ad literas ipsas. prius, uti Menasse Ben Israel de term. vitæ p. 160. putant Chinensium more deorsum fuisse legendas, hộc modô:

-	D	1	ת	מ	a	Í
	,	5	ק	נו	3	2
	7	ר	ל'	×		3.

Cùm aliàs Chaldzi ceterique legant ferè non nisi in linea recta.

Qvi posterius; literas vel transpositas esse volunt; ita ut ultima litera Alphabeti poneretur pro prima & sic consequenter; quod Rabbinos wnan Astas appellare accepimus; vel etiam saltem initiales expositas, ut Latini facere consueverunt,

CHARACT. LITERARUM V.T. 375

in his S. P. Q. R. & aliis; pauci autem literas volunt exoticas, non itaqve certum est, literarum siguras obstitisse, quò minus Scriptura in pariete legeretur. II. Sed demus hoc illis: parum illorum caussa inservit. Nam hæc Scriptura non solum Judæis, sed & Astrologis, Chaldæis ac haruspicibus, imò omnibus planè incognita suit, exceptò uno Daniele, quem Deus peculiari ratione ac miraculosè instruxit. Hoc ergo argumentum nihil ad illorum caussam facit.

S. VII. Specialiter patrocinium quarunt in figuris quarumdam faltim literarum, quas olim aliter scriptas suisse ac nunc, variis indiciis probant. Nam ex. g. B. Hieronymus ad locum Ezech. Ix. 4. ita commentatur: Antiquis Hebracrum literis, quibus usque hodiè utuntur Samaritani, extrema, Thau, litera, crucis habet similitudinem. Hacille. At litera Thau, ajunt, hodiè crucis similitudinem non habet, sed formam hanc s. Ergo hanc Scripturam, indicio est, non valdè

antiquam esse.

S VIII. Respondetur. I. Si hoc argumentum valeret, sequeretur nec Samaritanorum Scripturam e se illam antiquam, cum in illa litera Thau numquam crucis, instar T Gracorum, ut vult Hieronymus, siguram habeat, prout vel in Pentateucho Samaritano, vel in Alphabetis hacenus editis repræsentatur. II. Ante omnia præsupponendum est, B. Patrem D. Hieronymum in expositione dicti hujus Prophetici à vero aberrâsse. Neque enim Ezechieli dictio in thau literam denotat, sed in genere fignum aliquod seu notam, sive literæ Thau, sive rei alterius alicujus habeat siguram: prout constans interpretum serè omnium assertio est. III. Desententia Hieronymi supra diximus, & infra paullò pleniùs erit dicendi lo-

cus. IV. Etiam hodiernam figuram nostri Thau, scil hanc , cum cruce habere quamdam con-venientiam, indicio possunt esse ea, que in Justi Lipsii libro de cruce conspicious.

S. IX. Ultimô denique locô Auctoritates undicumque possunt, congerunt: quas nos memoriæ caussa, vel reales nuncupabimus, vel personales. Reales sunt illa, quas ab antiquis monumentis, utpote Siclis, aliisque nummis petuntur. Ita enim Gvil. Postellus in lib. de x11. lingvis; Asserunt indies Hierosolymis in macerius seu ruderibus profundis hæc crebrò ab effossoribus reperiri : Antigvitatis certissimum argumentum, quod illic scribitur HIERUSALEM SANCTA: quam. Samaritani ipsi à temporibus Salomonis nec sunt ingress, nec SANCTA nomine dignati sunt, ut qui adorarunt in monte &c. Hac ille. Et paria cum illo ceteri. Qvod primum ac pracipuum Argumentum vocat Waltonus, loc. cit. num. 30. pro literis Samaritanis; imò num. 31. argumentum reale, good solum apud omnes band pervicaces sufficeret.

S. X. Verum responderur. I. Non omnes hinjusmodi siclos, qvi passim ostenduntur, esse genuinos, sed quoidam supposititios: novimus enim Judzorum, gentis ad quavis lucra attentissima, in hujusmodi ac aliis rebus summam fraudem ac imposturam. II. Esto: dentur hujusmodi Sicli, Samaritanis literis, tempore Salomonis, cusi: nihil tamen causse nostræ deceder. Nam & nos antea circa statum hujus controversiæ ultrò confitebamur, stante etiam templô primô, non solum in Regno Israelis seu Samaria, sed etiam in regno Juda, literas Sainaritanas in usu fuisse. At hinc velle concludere: illas solas suisse in usu: his primum confignatas lacras paginas fuille: &c.

CHARACT. LITERARUM V.T. 377

qyædam mentis qvasi apposia est. III. Deniqve & nos Siclos Siclos opponismus: neque enim nostrorum dicimus minorem esse austroitatem, qvam illorum. Nam etiam Hierosolymæ essodi siclos æneos, valdè antiqvos, utpote adhuc Regnô slorente cusos, in qvibus ab utraqve parte literæ Hebraicæ hodiernæ visuntur, auctor est Schiekardus supra citatus. Dicendum itaqve, qvemadmodum Siclus suit duplex apud Judæos, sacer unus seu sanctuarii, alter verò prosanus, communis ac Regius; ita & (IV.) character Judæorum suit duplex:—unus sacer, qvô textus sacri aliaqve ad Religionem spectantia describebantur; Alter verò prosanus, civilia & communis, qvi in rebus qvotidianis, politicis ac civilibus adhibebatur. Prior erat modernus Hebræorum: posterior Samaritanus; qvô etiam Sicli, utpote res politica, inscribebantur.

S. XI. Personales denique Auctoritates, i. e. summorum tam in Christianismo virorum, qvam extrà, producint, longà satis serie, uti videre est ex Waltono, l. c. & nostra citatione supra Part. 1. §. VIII. à quibus hic recensendis ac sigillatim retellendis, angustia temporis excludimur. Generatim autem sciendum est I. non tam attendendum, quis quid dicat, qu'am quid quis dicat. Undè & hic locum habet vulgatum illud : Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas. 11. Multos ab adversa parte pro se adduci, qvi vel non ex sua, sed aliorum sententia loquiti sunt, qvale v.g.est illud Eusebii, parte 1.5.7. allegatum: vel ex quorum verbis ea sentenția aperte non eruitur. III.Illorum auctoritatibus auctoritates quoque maximorum tam Christianorum, qvam Judzorum opponimus, qui à nostris partibus stant, ut ex Bustorf. de antiq. lit. à p. 171. usqve ad p. 185 videre S.XII Aa 5

378 HOLMIUS DE PRIMÆVO

§ XII. Cererum, cum ex dnobus quali fontibus omnis illorum error profluxerit, qvi contra nos faciunt, Talmudistarum scil. traditione ac B. Hieronymi: placet ultimò omnium penitius introspicere, qvomodo sese res in illis habeat: Iis enim obstructis, facilè turbulenti illi rivuli, qvos in scriptis neotericorum cernimus, sponte sua exarescent. Nam cum qvæstio sit historica, de re nostram ætatem longissimè antegressa, qvid illi habere possunt, qvoad vim probandi, ut ita dicam, austoritativam, nissex relatione antiqvorum?

§. XIII. In Talmude scriptum accepimus, tract. Sanhed. Sect. 11. seq. citanie ac vertente Waltono, l.c. num. 32. hunc in modum: In principio data est lex in Scriptura Hebræa & lingva sancta; posteà data est illis in diebus Esræ, Scriptura Affyriaca & lingva Aramæa: Posted elegerunt Israelitæ Scripturam Assyriacam & lingvam sanctam, & reliquerunt idiotis Scripturam Hebraicam & lingvam Chaldaicam. Qvinam sunt illi idiotæ? respondet R Chasda: Cuthæi Quanam est Scriptura Hebraica? respondet iterum Chasda: Scriptura Libonæa, i. e. Samaritana, ut mox. idem Waltonus explicar. Idem l. c. & aliud testimonium ex eodem Talmude tract Megill. sect. 1. adducit his verbis: R Jose Estam cum Mose comparans, ut qui dignus esset, per cujus manus lex daretur Ifraeli, nisi Moses eum præcessisset; addit , quod licet non sit data lex per manum ejus , (scil Esræ) mutata tamen est per manum ejus Seri-ptura, quum vocatur nomen ejus Assyria (lege forte † Affyriaca) quia ascendit cum eis ex Affyria. 1-

[†] Hoc nihil est, cum Assirius adjective quoque usurpetur à Lucano in IV., v. 298.

CHARACT. LITERARUM V.T. 379 dem & aliud ex altero Talmude l.c. adfert, qvod brevitatis caussa non exscribimus,

§. XIV. Hzc, fateor, non parvam auctoritatis speciem habent, com & Talmud antiquum sit, & multæ apud Judæos venerationis: Sed, si modò vox aqvivoca, Aflyriaca commodè explicetur, res tota plana est. Sciendum itaque est, dupliciter Scripturam hanc quadratam, que in Bibliis reperitur, dici posse Assyriacam, scil. (a) ratione primæ inventionis, adeò ut in Assyria sit & inventa & exculta, nec à Judais anté usurpata, qu'am in captivitate eam addidicerint; (β) ratione crebrioris ulus ac exercitii: & hôc întuitu affirmamus Scripturam Hebraam dici à Talmudistis Assyriacam. Nam uti modò monuimus, cum ludzi huc usque duplici charactere uterentur, sacrà scil. ac profanò seu Samaritanò: Esras è Babylonia redux profanum illum, quem cum vicinis Samaritis habuerant communem, penitùs abrogavit, substitutô etiam ad res civiles describendas, illo quadrato, quem nunc habe-mus, quemque antea non nisi in rebus sacris adhibuerant. Dicuntur ergo venisse cum Judeis be literæ ex Assyria, non quod ibi primum inventæ ac inde reportatz fint ; sed quod una cum reducibus, in plenariam, ut ita dicam, usus ac exercitii sui possessionem pervenerint : Etrasque harum parens, non quod eas primus invenerit, sed qvòd restituerit, ac ad suum qvoddam qvasi fastigium evexerit. Sæpeenim resticutores rei, ejusdem Auctores appellantur.

5.XV. Multa contra hanc nostram explicationem

---- Affyrij scrutator pallidus auri. Et Virgil. Ecl. V. v. 25.

At Assertiacus adject, non memini mihi apud Romanos obvenisse.

nem objici possunt ac solent : Sed tempus nunc aurem vellicat, ut finem faciamus. Restat Auctoritas B. Hieronymi supra part. 1. \$, Iv. & hac part. 6. vII. adducta. Sed Respondemus. I. B. Hieronymum non esse testem omni exceptione majorem. Fuit, fateor, magnum in Ecclesia luminare, sed quod sua deliquia pari potuit, imò & passum est. Confer præclare hac de re disserrantem Bangium in calo orientis p. 210. seq. & qva fupra diximus II. cc. † II. Hieronymum Hieronymo opponimus. Is enim in lib. de fancta fide contra Judzos, p. 28. = illud clausum in media dictionis - TOOD Es. 1x. 6. mysterii caussa sic scriptum esse contendit, ad indicandam exclusionem Judeorum à regno Christi. Sententia ergo Hieronymi fuit, illam Scripturam, in qua datur oclausum, esse authenticam, ac proinde non illam Samaritanam, que tali o caret. III. complures etiam B. Ecclesia Doctorem, non mutationem aliquam proprie dietam intellexisse volunt, qui una res pro alia substituitur : sed quamdam mutationem co manif se nuncupatam, qua una quidem ac eadem res maner, fed tamen pluribus ufibus ac ministeriis destinatur; prout in Scriptura Hebræa factum esse diximus & x. proximè antecedenti. Sed manum de tabula!

Deq

† B. Chemnitii verba ex Oratione de Lectione Patrum, p. m. 5. a. b. adduxi in part. II. Methodor. n. III. c. extr. art. IX. p. 214. Adde Isaac. Cheironi Ignorantiam Jesuitar. p. m. 104. s. edit. Genev. M. DC. XIII. in 8t. B. Dorsch. in Specimin. II. Sceletomaniz Pontificiz, p. m. 92. s. edit. Argentor. M. DC. XIIII. in 12. ubi Baroni, Scaligeri & Drussi censuras habes. B. D. Glassium in Oratione de Lingvæ Hebrææ necessitate & utilitate, subjuncta Philologiæejus, p. m. 372. s. edit. opt. Franços. M. DC. LIII. in 4to.

CHARACT. LITERARUM V.T. 381

Deo ter opt. Maximo, Parri, Filio ac Spiritui Sancto, quantas & animô concipere, & ore exprimere, possumus, humillime ac devotissime agimus gratias, quòd depositum verbi sui nobis concredere, suique Euangelii lucem in cordibus nostris accendere haud sit dedignatus: Eumdem quoque ex intimis animi recessious supplici prece togamus, velit hoc suum donum perpetuum esse, nobisque ac posteris nostris pralucere ad vitam zeernam. Faxit 1 A MEN.

A D

Virum Reverendum, Clarissimum ac Doctissimum

DN. JACOBUM LAURENTIUM C.O. A.G. I.U.M.

Helfingburgensium Pastorem meritissimum de primigenia ac authentica Scriptura V. T. egregiè & cum bonorum emnium applausu pro summis in Philosophia honoribus disputantem.

FÉLICITER!

vin! CAROLINA novos, REGIS que
FILIA, vultus
Indue có ipsa refer quo sata, Nata, Patrem,
CAROLUS imberbus vastó non clauditur orbe,
Et minor est famávix CAROLINA nova.
CAROLUS imberbus minitantes territat knostes:
Facificas laurus dum CAROLINA canit.
CAROLUS educit natos etate priores
Se, condens patria stemmata clara virúm.

Qvid?

282 HOLM. DE PRIMÆVO CHARACT.

Quid? CAROLI soboles non degener ipsa parentem Passibus baud equis, ast imitata tamen.

Producit natos genitoribus are priores,

Artibus insignes & pietate viros.

In quorum numero fulges, Reverende CO AGI: Promeruit virtus hoc tua Callione.

Virtus boc dudum meruit : sed quò minus ante

Pramia captares, boc CAROLINA facit. Exfectanda dies, quà CAROLUS ipse Lycaa

Sedibus hic Geticis conderet ampla suis.

Exspectanda dies, quâ REGIS FILIA slores
Aptaret capiti jam CAROLINA senis.

Hec venit: meritos ergo gratamur bonores, Murice qui Tyriô tempora cincta tenes.

Hec venit: certos ergo gratamur honores, Dveis REGI NOSTRO Gothica terra placet.

Hac wenit: meritos ergo gratare labores, Queis CAROLINA refert, quô lata, Nata, Patrem.

> Singularis amoris, honoris, benivolique adfectus attestandi caussa

> > L. M. Q.

scripsis

PRESES.

Placet ab hoc argumento non abludentem subjicere doctam quamdam fos. Scaligeri ad Richardum Thomsonem Epistolam, qua legitur in Scaligeri Opusculis, p.m. 295. (si numerus pro 292. rectè ponatur) edit. Francos. M. DC. LXIV. in 8t. den. CCXLII. Epistol. fos. Scaligep m. 517. s. edit. Lugdun Batav. M. DC. XXVII. in 8t.

andem optatissimas literas tuas accepi. Mi-rabar, qui factum esset, ut Laetius noster fine ullis à vobis discessisset. Jam querelam de silentio tuo instituebam. Sed acceptis tuis literis te culpa fimul, & me cura liberavi. Mei Martialis unicum tantum exemplar accepi, in qvo πάρεεγοι Τ΄ έεγα κεῶτζω έσι. Maximus enim Ca-faubonus Epistolam operi prætexuit, qvæ non minore qvam Panegyricus Heinsii invidia me onerabir. Ego, qvamqvam illas dotes in me non agnosco, tamen amicos de me mentiri libenter pariar, modò hostes corum & mei eò adigantur, ut nihil qvam suspendium cogitent. Nam sane malè urit eos, in partibus eorum, quos ipsi hæreticos vocant, inveniri aliquos infra quos se pofitos vident. Qvia primi omnium esse volunt, ideo neque alios laudari patiuntur, neque se ab illis longè vinci fateri possunt. Ego Labbao illud opus meum una cum Publianis & multis aliis versionibus nostris dederam; quas non ita contemno ut juventuri uniles fore non credam. Tamen nescio quod tadium Typographo omnia excudendi incef--fir, qvùm folum Martialem ediderir. Reliqva enim non minores fructus, addo, neqve minus voluptatis promittunt. Qvanti ego mea faciam, ex eo judi-

JOSEPHI SCALIGERI

184

judicare potes, quòd nullum exemplar eorum retinere soleam. Omnia arbitrii & potestatis amicorum facio, ut aut edant, aut (qvod mihi gratius) perpetuis tenebris ea damnent. Phoenices literas, quod in extrema Epistola quaris, diu ante Mosem fuisse, noli dubitare, easque esse, quibus olim Hebraj, hodie verò soli Samarita utuntur Multa vetustissima numismara quotidie in partibus Turi & Sidonis eruuntur, in qvibus characteres illi fine ulla mutatione exstant. Nam lingva Hebraica est qvæ in ulu Chananæis, hoc est, Phænicibus, tempore Abrahami fuit. Syriaca verò, qua anteà Abraham utebatur, duntaxat in Euphratis tractibus locum habebar. quæ ex Chananaa degeneraverar, propter frequentem usum & aliarum gentium commercia, que in Babyloniam negotiationis caussi sese conferebant. Assyria enim, ut omnia prisca monumenta testantur, prima omnium regionum culta fuit. Ibi sunt natales primi hominis, ibi ante diluvium posteritas Adam mansir. Post diluvium magna Babylon constructa suit, & omnes ripæ Euphratis amplissimis & opulentissimis urbibus prætextæ erant, qvum intereà colo-niæ ex illis regionibus in Syriam Phoeniciamqve deducerentur, qvæ adhuc ævô Moss, & infra illa tempora, lingvæ Assyriæ primæ indelibatum & incorruptum conservarent sermonem, qvia peregrini rarò ad eos penetrarent, qvi eorum lingvam contaminarent. Ipsi Chananzi eos, qvi ex transeuphratensibus partibus ad illos veniebant, Hebraos, hoc est, miggiras vocabant. Et ita primos Patriarchas, & deinceps eorum posteritatem vocatos, & adhuc vocari, nemo nescit. Proptereà, qvia illi non ea lingva, qvam ex transcuphratensi regione reportabant, utebantur, sed qvam in Chananzorum finibus didicerant, lingva illa non

non Chananza, sed Hebrza dicta suit; qvemad-modum lingva Syriaca, qva Judzi tempore Chri-Ri utebantur, Hebraica dicitur, qvum tamen non esset Chananza, sed Assyria. Litera, qua in usu sunt hodie Judzis, Hebraice nobis dicuntur mendosè; quum verius dicerentur Judaica. At Judai iplas vocant אשוריורת, Affyrias, recte. Ab exilio enim Babylonico eas reportarunt, quum hactenus Chananzis usi fuissent, ut Samaritz ab ultima vetustate faciunt. Quare nullas literas excogitavit Moses, ut Ecclesiastici scriptores prodiderunt, neque aliquid in literis aut fermone Chananzoinnovavit. Laban Syriace, Genes. xxxx. 47. loqvitur. Jacob lingva ejus loci. Chananza nimirum. id extulit, quod Laban materna sua Syriaca. Et tamen Abrahamo & Labani, ut idem genus, & patria, ita eadem communis erat lingva. Abraham igitur primum Syriace locutus est: deinde & iple, & posteritas ejus Chananæô sermone usi sunt, quem integrum in Ægypto conservarunt. Maronitz antiqviorem Syriasmum Hebraismô qvovis pignore contendunt, qvæ est summa imperitia. Nam perinde est, ac si idioma Italicum Latino vetustius esse dicerent. Certe 750 prius est, quam sóbo: & multa alia ad hanc pertinaciam expugnandam adferre poslumus. Concludamus, unam lingvam verustissimam esse eam, qva sacra Biblia conscripta sunt: eam primum integram & incorruptam in Assyria fuisse, deinde peregrinorum commerciis contaminatam. In partibus autem Syriz ad tempora prioris templi non solum inter Hebrzos, sed & inter Sidonios & Tyrios diu obtinuisse, qvod qvidem eorum numismata testantur. Jesuitæ † Romæ annô superiore ingen-

† Hier. Pradus fortè & Jo. Bapt. Villalpandus: at horum

temis Ezethickon commentariumira luculentet edidarune, un es edicio elegantiam omnium aliasum longe superet, un nobis reculerum il qui viderunt. Nam proper precii immanitarem huc nomadfareun, & fanc facculus mens illos famus facere mon pocett. Sa avis isthic ex opuleptis proceribud Angliz illum librum paravit fibi , in co mules inhenia Chananarorum numifinara Samari-renis dicenis interipea videbis, ex quibus haurire pours unde fuim tuam expleas. Ego fand discrucion, quod illud opus per pauxillos dies nondum inspicera potui unaque spes est videndi, nisi quis id fibi emeria. Sed nimium diu te tenui. Vale. Lougduri Basanomitto, o. Kalend. Octobris Iuliani; clo lacmit.

M. James rum Commentar, in Frechielem jam anno ero 12 xevi. in trib. Valuminib, cum figuris, quas vocant, prodictant

XI.

Qvod Bone vertat

DEUS Ter OPTIMUS MAXIMUS!

SCRAPTURA

SEU SERIPTIONE DISPUTATIO,

Dom.

Consentiente ac approbante Amplissimo Collegio Philosophico in celeberrima Academia CAROLINA Gothorum,

PRÆSIDE

Viro Praclarissimo

DN. PETRO HOLM,

Orientalium Lingo. Profess. Ord. Promosore ac Hospite estatem Venerando,

Pro Gradu Magisterii

Publico bonorum examini ac judicio fubjicit

OLAUS S. BIDENIUS Angermannus, Fac. Theol. ac Phil. Not. ac Legionis

W. Both. Pastor ordinarius,

Ad diem 20. Jan. M. DC. LXX.

CUM PO.NO DEO.

CAPUT I.

De Notatione, ambiguitate, ac Synonymia vocis.

5. I.

cripturam aut scriptionem à supino verbi Scribe descendere, notius est, qvàm ut probatione indigeat : unde autem vox scribe veniat, non eadem omnium mens est. Qvidam enim

eam primigeniam esse volunt, radicem ac principium, in quo acquiescas. Neque enim, ajunt, omnium quærendam esse originationem, ut à Stoicis perperam factum est.: Sed, ut in naturalibus non datur progressus in infinitum, sic & in verbis divertendum esse ad unum, quod aliorum caussa sit pissus autem nulla: Scribe autem esse

ujus generis. Hzc ferè illi.

SII. Verùm, utut non distiteamur qvamplurima in unaqvaqve lingva esse ac dari, qvorum ratio originis aliunde petenda non sir, sed à semetipsis, eò qvòd domi qvasi nata sint: interim tamen, qvoniam Latinalingva, qvoad magnam sui partem, soboles qvædam est Graca, teste Dionysiò Halicarnasseò, lib. 1. soxano. son. Pliniò, lib. v11. Hist. Nat. c. Lv1111. Qvinctilianò, lib. 1. Inst. c. 1x. Scaligerò, lib. 1. de caussis Lat. Lingvæ, c. xx1x. Josephò Justò Scaligerò in Festum, aliis.

Digitized by Google

^{*} Vide que adnotavimus fuprà, p. 69.

aliisque: Et hæc descendat rursus quoad dictiones qu'am plurimas, ab ipsa Hebræa: non stulte mini facere videntur ii, qui hujus vocis natales extra Latium inquirunt; maxime cum literarum affinitas, uti mox dicetur, & vocis significatio,

haud obscura generis indicia prodant.

5. III. Non itaque facimus cum Goropio Becano, qvi lib. II. icegya. hunc in modum : Scribo, ait , Latinerum , imò etiam Hebraorum , natales suos Cymbrico nostro sermoni acceptos ferre debent. Grab enim Cymbris omnem fossam significat. Voci Grab ordine literarum & significatione contrarium est Barg; quod montem denotat. Nos jam Graf pro Grab dicimus, mutato B in F. Ab buc posteriori Graf , quod fignificat fodio , Graci retinueruns yeu on, mutato F in o, ut vie litera postulabat, unde grammata pro literis, &c. Jam Latinorum Scribo manavit à Germanorum Scrib, quod Belga dicunt Scrif: cujus verbi ratio petenda est à Scrab, & bujus rursus à Crab, quodidem est, ac frico, &c. Qui verò tantà vi fricat, ut ductus sui signum impressum relinquat, is Scrabben dicitur, sibilo vebementiam addente. Hinc denique venit Scrib, Germanicum, & Scref Belgicum vocali longa, quod lineam designat. Hebraorum autem 202, cataf, quô scribere designant, longiùs ab origine recessit, &c. 200 enim à Boeck-teken (quod est librum signare seu scribere) derivari non dubito, solo N. rejecto, & verbo præpostere pronunciato. Hæc ille: qvæ Ingeniosiora sunt qu'àm veriora.

5. IV. Nec & inter eos, ortu qvi Gracam vocem esse volunt, planè convenit. Nunnessus enim in Grammatistice, cui favere videntur & Hermannus Hugo de prima scribendi origine & Vossius in Etymol. Rom. p. 457. aliiqve originem ejus accersiverunt à verbo vera au, v. in C, & a. in B, Bb 2

Digitized by Google

390 . HOLMIUS DE BORIPTURA

utpore literis ejustem Organi, inter & permutatis, & S capiti apposito, sicut sit in feuto, formato à γλύφω, Seruta à γεύτη &c. Mon tames idem Vossus l. c. aliam conjecturam addit, quòd scribo sit à σπόριφω, stilum, peniculum scripturamque denotante. Hinc σπαριφίνω, lenter delineo, primis lineamentis aliquid formo ac' designo, junta Suidam. Alii primam radicem in γεών ponunt, quod idem est ac ξύω, sunta Hespehium, scribo, insculpo: indeque esse γεώφω, & hinc tursus Latinorum Seribo.

§. V. Qvidqvid fit: propiùs ad fontem accedunt, qui utrumque ex lingvarum omnium prima, Hebraa, deducunt. Verum noe Id uno e6demque omnes modo. Nam (1.) Avenarius in lexico suo effingere conatur ex verbo Hebrzo ejuidem fignificatus and feribo. † At mimis coacta est hac derivatio. (2.) Christianus Becmannus Bornensis de originibus Lat lingvæ, p. 75 1 refert ad ans, garaph, manu comprehendit; unde Germanorum Greiffen & nottrum grypa: cô quòd scribentes, manu stilum comprehensum teneant. Sed & hoc longiùs petitum videtur. Neque verò audità voce scribo, mens nostra statim reflectitur ad manus noftre in hoc actu dispositionem. Denique si quid in tanta auctorum discrepantia dicendum effet, in corum sententiam concederem, qvi hic (2.) ad Hebreorum 200, saphar, respiciunt. Nam he due voces conveniunt, (1.) materia: litera hic funt exdem vel admodum inter se cognatz: (2.) Forma, que eit cadem utriufque significatio. Hinc enim est Herz, fopher, Scriba, Ef. xxx111 18. & verbum ipsum neo per 10 scripsit reddebar R. David Kimchi Pf. Lvf. 9. uri & nonnulli alii, Pf. cxxxvII 6.

5. VI. Evolută fic ut poruimus Etymologia, feu

t ut n in v convertatur,

den ut Ovincussants in Ricollipta citato logicur, Originatione vocis: accedendum mune sorte oft ad varias endidem acceptiones? ova fices sufficient ad varias endidem acceptiones? ova fices sufficient for acceptiones? ova fices sufficient financial. Accipitur stadye Scriptura vel proprie vel sufficient financial. Accipitur stadye Scriptura vel proprie vel sufficient ad Herennium, liv. 111. E. Iv. Non familia sufficient ad Herennium, liv. 111. E. Iv. Non familia sufficient primere verbis, di instant forigitura confinerati sufficient su

S. VII. Impropria verò scriptura significatio, vel metonymica statui potest, vel Synecdocolica. Metonymica vel (1) caussa pro effettu, v. g. cuin scriptura appellatur ssud, qvod ex scriptiosie; sen actu scribendi tamqvam caussa, provenit; quale qvid sunt carmen, Epistola, libri, &c. vel (2) Antecedentis pro consequenti i Metalepsin alias vocant. Nam cum olim tenerentur, numerum pecudum; qvas in publico pascebant, prostreti apud Publicanos, qvi eum descriptum in commentarios referebant, exacto sexta eumdem vectigal; peculiariter scriptura diceretur; Scripturarius verò qvi scribebat; ager scripturarius, ille publicus ubi pascebasti, vide Plaut. In Truculento, Citeronem, in Epist. ad Atticum; Notiniur, Festum aliotove.

9 VIII. Per Syncodothefialiteil, wall vocalit generis pro Specie; seu per Liberald de l'Acciptinta specialiter designat illain; qua a Deo ser homenes un sucial de la liberal de la libe

Bb 4 Coorline

losophis nunc ubique passim recepta est: v. g. quando Deum cognosci ajunt dupliciter, vel ex Scriptura, vel ex natura, &c. Verum etiam in S. S. ipsa subinde occurrit, ut videre est ex Matth. xx1 42. xx11.26. Rom. 1v. 3. Jacob. 11.8.

6. IX. Denique quantum ad Synonymiam: non opera pretium duco operosè hanc apponere. Est enim in vulgus notum pro Scribere, aliquando poni pingere, ut apud Martialem, lib. Ix. Epig. XIV. 3. Nomen, Acidalia, meruit quod arundine pingi. Item arare & exarare. Sic Cicero Cornificio, lib. XII. Famil Ep. XX. bac, câm essem in senatu, exaravi. Et ad Atticum, lib. XII. Ep. I. Undecimô die postqu'am à te discesseram, boc literularum exaravi, egrediens è villa ante lucem. Item sulcare, lineare, & plurima alia, qu'a manisestiora sunt, qu'am ut in ea verba impendamus. Nunc argo ad definitionem rei.

CAPUT II.

De Scriptionis natura ac constitutione, in genere.

\$. I.

vid scriptio sit, variz adduci vel excogitari possum ac solent definitiones, seu si mavis, descriptiones. Nos in tanta turba sequanur, quem modò nominavimus Goropium Becanum. Neque enim magnoperè displicet, quod is lib.

111. itegyλυφ. Scribere, ait, est vocem, aut voci partes ab oculos ponere per literas. Hanc propetereà nonnihil latiùs diducemus, ac ad propositum nostrum accomodabimus.

6. II. Itaqve uti in aliis, ita & hic quarendus primò est conceptus aliqvis communis, in quo scriptio & aliz res conveniant. Becanus dicit: ponere ob oculos, hoc est, oculis aliquid objicere, aut ut dici solet, repræsentare. Fieri hoc verò potest dupliciter : (1.) Realiter, quando res ipsa, adducuntur in aspectum, uti factum est Adamo Gen. 11. 19. (2.) Idealiter, quando vel per ima-gines, uti in pictura fit, vel per alia figna (qualia funt nictus oculorum, monstratio pede vel digito facta. Prov. vz. 12. aut illa Jos. 11. 18. 21. & Matth xxv1.4. segg. &c.) rem in conspectu damus. Posterioris, non prioris, generisactio, est scriptio. Unde bene additur : Vocem aut vocis partes: Nam litera, qua scriptionis funt terminus, undéque ille actus transiens & externus specificationem suam sortitur, non immediate & proxime ipsarum rerum figna funt, sed vocum, dvæ deinde pro rebus supponuntur. Res patebit ex inferioribus.

S III Ceterùm, quoniam actio hæc, quæ scriptio dicitur, multis modis spectari potest; cum primis à ratione Principii sui ac termini: præmonendum esse duxi, hanc rem sub posteriori potissimum respectu à nobis considerari. Nam ratione principii sui, quatenus illud vel (1) Naturale est, spectat illa ad Physicam: est enim tum motus quidam localis, seu ut magis proprie dicam, actio vitalis, ab homine ope nervorum manus ac spirituum peracta: vel etiam (2.) Artisciale, in quantum huic motui forinsecus ab artiscio ac industria humana quid supervenit, ut is hôc potius quàm illô modò, decenter ac ritè peragatur. Et hôc pactò vendicat illam sibi venualismi, ceteraque artes, que vel ductum literatum præscribunt, vel modum scribendi, vel ce-

Bb 5 Google

tera tradunt, qvibus scriprio elegans, recta; stabilis ac nitida redditur. Nos verò, ut modò diximus, principaliter atrendimus eam sub ratione termini, seu ejus, qvod per actionem scribendi producitur; qvale qvid sunt litera, tationem signi involventes; ceteris respectibus, suis artisscibus relictis. Hoc vult pracipue intenditave vot ponere in desinitione Bécani superius allata. Neque enim res ipsa, sed saltem signa qvadam rerum, pomintur ob oculos per scriptionemi. confer 9. 11.

S. IV. Tota ergo ratio scribendi, prout nunc animum ad eam transferimus, consistit in ratione signandi. At que sunt hujus generis, duplicem, juxta Bonaventuram in IV. Dist. lib. IX. 2. involvent respectum (1.) ad potentiam cognoscitivam, cui aliquid representant, id est, presentem fest signant (2) ad rem signatam seu id, qvod sacultati cognoscitive representatur, seu per signum tale presens quasi redditur. Uterque respectus in hac materia nobis vemit exponendus, utpore qui

rationem hic differentia obtinet.

5.v. Quantum ad potentiam tegnoscitivam, dicit Goropius esse oculos seu potentiam in homine visivam. Ubi observandum I. Illud intelligendum esse de potentia cognoscente scripturam primò ac immediatè: Nam si de mediata loquamur, cettum est etiam intellectum, in hujus rei censum venire. Nam cum sensum externorum actio non sit restexa, hoc est, non cognoscant illi se cognoscere seu apprehendere aliquid: ut igitur signati cognitio ac dijudicatio siat, necessum est id sieri ab intellectu. Intellectus ergo mediata est potentia cognoscitiva scriptura. Unde sequitur ea, qua intellectu carent, qualia sunt animalia irrationalia, scripturam sub ratione signi apprehen-

Digitized by Google ger

dere non posse. Nam cum sermonis propriè sie dicti capaces non sint, multô minus seriprura: neque enim que de avinm dingvis, illarumque intellectu, passim sparguntur, nune moramur.

• S. VI. 11. Quando verò noc ad homines restrin-

s. VI. II. Quando vero noc ad homines restringimus, non penicus exclusos volumus Deum vel
Angelos. Verum addimus illorum cognitionem
este plane alius generis ac ordinis: quam exponere nostri non instituri est. III. Vox cum duplis
cem respectum subeat: (1.) Prout sonum animalis
significat; quomodo Philosophus de illa agie, lib.
11. de anim. c. v.111. (2.) Prout est signum concepenum, quemadmodum ab eodem pertractatur,
lib. 1. dei signum. c. 1. Satis constare arbitror;
vocem non priori, sed posteriori modo à nobis
intelligi. Ibi enim audita, non vists, est objecum.

5. VII. Interim tamen et collatione utriusque, qu'am præclarum, qu'am subtile, qu'am fructuo-sum surclarum, qu'am subtile, qu'am fructuo-sum surclarum, qu'am subtile, qu'am fructuo-sum surclarum surclarum, facile perspicimus. Non ergo admiror Ciceronem, in lib. 1. Tusc. & ante eum Platonem in Philæbo ae Phædro, literarum inventionem, non aliis qu'am ipsi Dbo adscribere. Qu'am enim supendum est inventum, ait Waltonus in Proleg. 11. Num. 1. Verba de sonos, qua auditu percipiuntur; oculis visibilia reddere, de per paucas literas quasi magica intantamenta, voces à proprio auditus sensorio ad visionis organum transferre? Est boc vere mirandum, cum nulla ars tale quid hactenus in reliquis sensonu-sarentur, dec. † Et hac de soniptura potentia congnoscitiva.

5 VIII. Alterum figni respectum diximus esse ad rem signatam, que qualis in hoc genere sit, res

Digitized by Google

[†] Confer infra 6. 12. & ibi adnotata.

ipsa paullò intricatior est, talisque, que egeat ube iori nonnullà explicatione. Becanus ait esse ube iori nonnullà explicatione. Becanus ait esse posser aut vacis partes: Verè qvidem, non tamen ple ... Dicimus ergo signatum Scripture esse duplex, internum & externum. Internum sunt conceptus: Externum, res & vaces. Nos de singulis agemus; verùm ordine retrogradò. Sciendum est: Vocem, quam sonum ore animalis prolatum dessinimus, esse duplicem: (1.) inarticulatam, que scriptò exprimi non potest, quales utpote sunt voces brutorum animalium, gemitus, sibilus ceterique ejusmodi soni hominum, que omnes voces hinc relegantur. Alteram verò (2.) Articulatam, que scriptò exprimi potest, sive ea bominum sit, vel ex natura vel ex instituto significans; sive etiam bestiarum, qualis est balatus in ovibus, loquela in psittacis, picis &c. Posterior hic sonus est, propter quem litere invente sunt, hujusque loci proprius.

S. IX. His præmiss esto Aphorismus, l. Litera seu scriptura, signa sunt verborum seu vocum. Hac res dubio caret. Et si opus est, facile probari potest (1.) A sine inventarum literarum: is enim est ut sonos animalium articulatos repræsentaremus prout S. præcedenti dictum est. Hinc Luca-

nus, lib. 111. v. 220.

---- Phænices primi (famæ si credimus) aust:
Mansuram rudibus VOCEM signare siguris.
Et satis rotunde testatur iden Qvinctil. lib. 1 c.
VII (al. XIII.) Hic usus est literarum ut custodiant
VOCES & veluti depositum reddant legentibus, idgve exprimere debent quod dicturi sumus. (2) ab
Experientia. Videmus enim, quando Monialis

Psalterium, aut alius quispiam literarum quidem, at non lingvæ ipsius, gnarus, quid legit ex scripto, quod ex literarum combinatione medium illum lum conceptum, id est, ipsarum vocum, formare possint; non verò ultimatum, id est, rerum,
qvæ per voces illas, qvarum significationem tales nesciunt, exprimuntur. Indicio ergo res est,
voces per Scripturam significari: His accedunt
deniqve (2.) auctoritates summorum virorum: utpote Arist. lib. 1. de interp. c. 1. August. lib. xv.
de Trinit. c.x. & de princ. Dial. xv. & in Dialogo de Mag. c. 1v. cererorumqve. Unde Ciceto, 1. Tusc. c. xxv. admirabundus exclamat: Dva
sonos vocis, qvi infiniti videbantur, paucis literarum notis terminavit?

6. X. Hôc jam adstructo, literas immediate esse signa vocum: è contrario liquidò constat, alias quascumque notas, que proximè non voces, sed anieme ipsares aut conceptus attingunt, in censum literarum aut Scripture, prout nunc eamaccipimus, non referri. Hujusinodi sunt (1) litera Egyptiorum Hieroglyphica. † Hæ enim apud

† De Ægyptiorum iseoγλυφικοῖς, sive, ut vox sonat, sacris sculpturis, quæ nihil aliud erant, quàm animalium mutarumqve rerum siguræ, ab Ægyptiis locô litteratum in sacris usurpatæ, ne à vulgo intelligerentur, agunt Jamblich. de Myster. in cap. Exposit. Symbolot. Ægypt. Theolog. p. 145. edit. Lugdun. Diodor. Sicul. lib. 111. p. 305. & Clemens Alexandr. lib. v. Stromat. ubi, omnes, inqvit, qvi de rebus divinu traslârunt, tàm Barbari, qvàm Graci, verum qvidem principia occultavea runt: veritatem autem anigmatibus signisque ac symbolis & allegoriis vursus & metaphoru tradiderunt. In p. 405. notat, triplici ratione fuisse usos Ægyptios: ἐωισολογεμομική, qvà in Epistolis; ἐερολογθική, qvà sacerdotes rebus in sacris utebantur; & ἰερογλυφική, cùm insculperetur. Et duplicis hanc susse susse salteram συμολογικωὶ id est, propriè loquentem, alteram συμολογικωὶ per si-

Digitized by Google

eos facra quadam erant monumenta, non literis vocabula, fed feulpris animalium rerumque aliarum

gna fignificantem. Tales notas ante papyriulum inseulpebant faxis. Unde Lucanus in 111. v, 223. s.

--- Et saxu tantum, volucresque, feraque, Sculptaque servabant magicas animalia linguas.

Et Tacitus, x1. Annal. x1v. 1. Primi per figuras animalium , Egyptii sensus mentu effingebant , & antiquissima monimenea memoria humana impresa saxis cernuntur. Ubi vide J. Lipfium pauca quadam notantem; ceteri enim hic in Tacitum scriptores tacent. Ammian. Marcellin. lib. EVII. C. IV. Formarum innumeras notas, hieroglyphicas adpellatus, quas ei (Obelfico) undique videmus incifas, initialis sapientia vetus insignivit auctoritas. In gvem locum vide Frider. Lindenbrogio notata. Et lib. xx11. c. xv. extr. Excifis, inqvit, parietibus volucrum ferarumque genera multu sculpserunt, quas hierogruphicas (al. hieroglyphidu) luterge adnellarunt. Mantian. Capella, lib. 11. p.m. 44. edit. Lugdun. 1 539. in 8t. Erant qvidam (libri) facra nigredine colorati, quorum littera animantium credebantur efficies. Has notas plenitis interpretati funt ex antiquis Charemon, Hermateles & Hermapion. De his funt in medio quoque libri duo Ori Apolinis (al. Horapollimis) Niljaci à Bernhardino Frebatio è Graco translati. & ab Hoefchelio inlustrati Augusta Vindelie. era taxev. avibus dende scholia addidis Mercerus Parisiis, in qvi-Lus bac habentur : Cum nuprias fignificare volunt, geminas cornices pingunt. Item , annum & mundum seribere volentes, serpentem pingunt redució corpore fuam ipfius caudam devorantem: ut eft apud Martian. Gapellam quoque, lib. 1. circa fin. p. m. 23. Verum fatur corum (L. deorum) greffibm tardas, ac vemorator incedit, glancaque amielu teelm (al. velaim) caput pretmidebat dextra flammivomum quemdam draconem, cunda fac ultima devorantem, quem credebant anni numerum nomine perdocere; grod ex Horo Apolline fine dubio, unidictum, det lumfit .

Digitized by Google

SE SCRIPTIONE

rum aguris variam abstrutamque illorum Sapientiam continentia. Sie terram sum, Ægyptum, desi-

sumsit, sive ut aliis videtur, Philippo Byzantio, cujus Hieroglyph. de Tempore hæc verba sunt: Aiara de iréεως γραίτα βελόμθροι, όφιν ζωγραφέσιν έχοια πω έραν υπο & λοιπον σώμα κευτία μβρίω, δν καλεσι Αιγύπλοι έegior, & isir in luisi Burilirzor. Et sequenti capite Idem de Mundo: Κότμον βυλόμβροι γράψω, έφιν ζωγραφεen thi early coling spair nad enasor de culauter & 27-किर मिक्स त्रुमान्त्रीया , भवत १ में ह दे नकी प्रवृत्ताक द्वायर्गाक Reja counavlis moisiphes, seife lo de signes pi xen-कर कि स्थानि ज्यामधी जामसंगर् को जसादि क्या दे महोबद Peroine en 70 zéruge Aventan, Teva main ni whei meinen eis avror danbard. Anastasius Sinaita, lib. 1. Comment. in Hexaëmeron: . Agyptii quoque sacra ratione Draconem, gvi vorat caudan, insculpunt pyramidibus, aternam & individuam circumactionem divinarum rerum significantes, Draconem enim in Deos referebant Ægyptis. Albriens sexiptor medii zwi. sed exseriptor Meliorum: Saturmus pingebatur homo seucz, came, prolixà barbà, curve, trifiu & pallidu ; techo capite , colore glauco , qui una manu, scilicet dextra, falcem tenebat, O'in cademserpentis portabut effigiem, qui caudam propriam dentibus com-mordobat. Saturnus bio temparis erat effigies, Dracunculus anni. Alia in hane rem lege in Macrobii Commentario fuper somnium Scipionie, Appulejo in Dogmate Platonis, aliis: Excurrunt enim ista instituti Operis Limites. Adde & Barthium in Animadversionib, in Claudian, Consulat. Probini & Olybrii v. 2. p. m. 6. edit. opt. Francof. M. DC. L. in 4to, item Wilh. Langium, lib. 1. de Annie Christi, c. vr. p. m. 62. Ceterum Orus iste, auctore Vossio, lib. 1. Artis Grammat. c. x11. princip. p. m. 147. temporibus vixerit Theodofii, fi est Phanubethenfis ille, qui Timiza, five opus de Lucis & Templis condidit. Sanè eo in opere optima fuerit occasio hoc etiam pertractandi argumentum. Sed Grammaticus ille,

designaturi acerram pingebant slagrantem, superne supraposito corde: qvia, ut Zelolypi cor in perpetuo altu est & slamma, ita & Egyptus, solis astu calens, continenter qva in ea sunt, animat ac procreat. Et sic in aliis vide Kircherum in Ocdipo. (2.) Litera Chinensium: qva itidem non vocabula, sed res ipsas denotant. Unde licet in vastissimo regno multa sunt lingva, totoque caso à se invicem distantes: his tamen mediantibus notis omnes se invicem intelligunt, ut dicetur insta. (2.) Litera Mexicana. Ha verò hoc qvidem commune habent cum Hieroglyphicis, qvòd non aliis ferè ductibus, qvàm siguris animalium constent, herbarum, reliquarumque rerum in vita passim obviarum: in eo tamen differunt, qvòd non ut illa, mysticam qvamdam significandi rationem obtineant. Sic Hispanorum

ille, ut è Suida videre est, Gracè scripsit, coqve vel alius hic fuerit; vol quædam saltem Ægyptiace tradiderit; vel fallum fit, quod Inscriptio præsert, à Philippo ex * Ægyptia lingva Græcè redditum esse. Horapolliniad-de Joan. Pietii Valeriani Hieroglypica, sive de sactis Ægyptiorum litteris Commentatiorum libros Lytit. Opus varium atque eruditione plenum, quod non solum Basilez, sed & Lugduni prodiit cum figuris, quas vocant, cio io xciv. & cio ioc'x, in fol. Item Tabulam quamdam antiquam æneam, Mensam Isiacam vocatam, characteribus Ægyptiis, sive Hieroglyphicis litteris cælatam, qvam Mantuz Dux è Cardinalis Bembi Museo domum suam transtulit, & delineatam eruditéque explanatam ac inlustratam vulgavit Laurentius Pignorius Patavinus. / Optime prodiit Amstelod, annô cio 10c 1x1x. in 410. Confer & Helmont. in lib. de potest. Medicam. p. 62. edit. Amstelod. Joh. Henr, Ursin. lib. 11. Acerræ Philolog. n. 111. p. m. \$2. n. xxv. p. 94. n. CLXII. p.167. n. CLXXXVI. p. 180.

in suas regiones adventum ac inauditam ibi Tyrannidem descripturi, hominem barbatum rubra veste indutum pinxerunt, & sic in aliis. Qvibus qvoqve (3.) hac in parte haud dissimiles sunt baculi nostri Runici, qvibus veteres Gothi totius anni cursum descripserunt, & adhuc in qvorumdam manibus versantur. Nam sestum Divo Laurentio sacrum notantes, craticulam posuerunt, eò qvòd ea sub Decio tostus sit. Tale qvid & in reliqvis feriis exprimendis observatum est. Huc accedunt & (4.) alix notx, qvales sunt Arithmeticx, A-

stronomica, Medica, &c. vide infrà c. v. §. 6. S. XI. Aphorismus II. Scriptura est quoque signum conceptuum. Hoc ex priori fluit. Nam cum literæ figna fint vocum: voces autem figna conceptuum, prout Arist. docet, & ex co fere omnes interpretes: manifestum est, literas esse & conceptuum figna. In hanc rem pulcrè Magnus Galilæus, Syst. mund. in colloq 1. diei ad finem: Super omnes, ait, inventiones stupendas, quâ ingenii emmentia fuit is, cui venit in mentem excogitare modum penitissimas animi sui cogitationes alis cuicumque communicandi: etsi longissimo loci & temporis intervallo distanti, colloquendi cum his qui versantur in Indiu, cum his qui nec dum nati sunt, nec nisi mille aut decies mille annis ab hinc nascuntur? Idque quantà felicitate? nimirum viginti characteres in charta inter se variè jungendo: Esto boc omnium admirandarum inventionum humanarum sigillum. Vide S. leqv. 12. Non dubium iraqve puto, Scripturam esse indicem conceptuum animi. Nam lecto alicujus scripto, frequentes interrogationes fiunt : Qvid sentit ille ? que est ejus mens? & qvx sunt ejusmodi alia.

5. XII. Aphorismus III. Scriptura est etiam signum rerum, Hoc'(1.) Itidem ex superioribus sua

sponte sluit. Nam cum ea sit signum vocum e voces suttem signa rerum e dubio carere puto, eamdem etiam ipsarum rerum esse signum. Confirmatur (2.) ulterius ab experientia. Videmus enim nos per scripturam in cognitionem rerum duci: qvod neminem sanum insiciati puto, niss qvi illud Catonis audire semper vellt; Legere & non intelligere, negligere est. Scripturam ergo indicem rerum, qvis negabit? Qvid profetto (Verba sunt Vossi praf. artis Gram ad Lect.) admirabilius, qvim pauculis literarum siguris contineri, qvicqvid sacri, publici, privatt, dici aut cogitari potest? qvæ prætered urbium, regionum, generisque humani facies tandem soret, sublata bac sida custodia omnium gestorum; omnium doctrinarum, omnium saderum pactorumqve.

S. XIII.

† Idem Vossius de rv. Artib. Popularib. c. 11.5.3.p. m. 6.7. Eife, inqvie, bac ars existimetur ville; usu tamen ejus tantus eft , ut vix ulle landibus fatte poffit pradicari. Pracipus tamen ein utilitas in hoe consistit, qued sie occur-ritur hominum obtivioni, cum nemo omnium, que videt, velandit, semper valeat meninise. Nec negotia; vel commercia, absque ca possum consistere. Maximus proque usu est in faderibus, & puelle, and homines in officio continendos. Magnum praterea est, quod seripiara etiam absentious mentem nostram aperimus. Praterea hac arte prodimus posteru, que multo ante etatem corum contigerunt, ne, puerorum fimites, sui solum temporis res sciant, ac divinam nesciant previdentium in mundo hos gubernando. Orbis quoque disciplinarum, ac philosophia universa, quatenus natura lumine cognita est, ad incana sceula propagatur. Imò scriptione etiam mortui vivunt, ac loquantur, beneque de orbemerentur; ad hac ipsi etiam scriptores famam consequentur immortalem: qva, qvia semô non consumitur, propius ad Deum acceditur. Denique optimum ac sapientissimum Numen, pro infinito erga S. XIII. Non possum mihi temperare, qvin locum clarissmum Diodori Siculi, lib. x11. Biblioth.

nos amore suo, ed Verbum suum voluit seriptis consignari, qvò ab oblivione hominum vindicaretur, nec agros mottules lateret via, qva, velut scalis qvibus dam, ad arces scandimus catestes. Pleraqve eorum, qva ad seculum hoc pertinent, complexus est Paitemon Comicus apud Ioa. Stobaum in Florilegià:

Ούχὶ μόνον δί 🕞 ἐυρὲ πῶς λαλήσομβυ Αὐβίς, ἀπέχον]ες πολύν ἀπ΄ ἀπίχλον χρόνον. Οὐσί δι τρόπον μηθέπο]ε μηθὲ εἶς πάλιν Επικότεθ ἡμῶν μηθὲν, ἐμβλέψας θέ ἀκ Τάπ Ε χρόνε Ε πανβς ἐίσετ, ἀπὰ κ΄ Υνχής ἐκ μὸς καθέλιπεν & γράμμακ.

Ba sic totillem senarius reddidit illustrissimus Svecici regni; dum viveret, ad regem Christianissimum Legatus, Hugo Grotius in Florilegii Stobaani Excerptis.

Nec ille tantum reperit, quo patto diu Absentes alter colloquamut alteri, Et qua ratione, quod quis addidicit semet, Oblivionis è potestate eximat, Retro gesta reprasentans: verum adeò insuper

Reliquit unimi mediatricis litteras.

Similia ex aliis de multiplici adeò Grammatistica, sive literationis usu adduximus lib. I. de Arte Grammatica; c. III; qua inde peti, quam bst repeti, malo. Porrò in multiplici adeò utilitate; nibil aquè admirationem meretur, quam quod de absentibus, ac posteris, utrobique dicebamus. Qvidenim supendum magis, quam quòd cum iis etiam sermonem seramus, qui immensis regionum, ac marium spatiis distant? Aut quid permirum aquè, quam quòd post sata loquemur etiam, non dico cum necdum nunc natis, sed verò pluvimis demum seculis post nos suturis. O divinum Scriptura benesicium! Tu sola facis, ut absentes non absimus, muti loquamur; mortui vivamus. Cunctos seu dissitos, seu desunctos, sistis prasentes: quosque corporeis oculis nac videmus, nec audimus, eos in ingenii dostrinaque monumentis, & conspicimus, & sate

Digitized by Google

blioth. totum, licèt prolixum, adscribam. ita enim ait: Cui tanta ingenii facultas suppetit, ut dignie

extra nos positi, non sine horrore loquentes audimus. Videlicet scriptura, quali altera lingva, sermonis usum prastat, ut tum vel maxime manus, ac calami, silentibus nobis, sint loquaces. De hoc literario miraculo plerique omnes parum cogitamus. In caussa est, quod ei adsveverimus à pueris; quomodo nec vulgus miranda Solis attendit, quia eum quisque conspicit, simul ac penè luminis hujus, auraque atherea, fruitur usura. At longè uliter affecta sunt gentes illa, qua legere, scribereque, prorsus nesciunt; nec fando de ea audierunt quicquam. Ut terrisiis compertum, que proavorum demum memorià in notitiam nostram venerunt. Amænum illud de mancipio Peruano in Brasilia. Miserat eum dominus ad virum nobilem cum corbe ficuum pleno, ac literis. Mancipium deliciis captum bonam in via partem voravit. Cui missus erat, è literis deprebendit, quantum absumsisset. Quare nequitia arguit. Hic mendacii arguere literas, seque diris devovere, si reus furti inveniretur. Denuo à domino mittitur cum ficubus, & literis. Jammetuere literas coperat, quasi videre, O visa proloqui scirent. Comesturus initur ficus, priùs sub saxo abdidit literas, cique insedit. Vià confectà, reliquum tradidit cum literis. Iterum arguitur. Ille negare factum, quod sciret literas in obscuro non potuisse id conspicere. Et fortassis permansisset animus, nist tergo à domino Ibericis funibus, vel virgis ulmeis, perusto, in posterum etiam Plautinam metuiset virgidemiam, Naryat rem Luduvicus Richeomus libello Gallico de Valedictione anima. Aliáque de hoc Indorum stupore Ludovicus Vives in dialogis, Lalius Bisciola, lib. vi. subsicivarum, c. xii, Petrus Cieza, Tom. 11. Hist. Peruana, c. xxx 1 v. Hermannus Hugo, prafat. operis de scribendi origine, pluresque, qui de orbe novo scri-His adductise Vossio Antonius Borremansius, c. 1v. Variar. Lection. libri, p.m. 18. præmittit sequentia: Nihil profectorebus humanis utilius esse qviverit, qvam scribere. Qui hoc princeps mortales docuit, quisquis suerit, na ille rem egregiam præstitit. Per scriptionem nosmet ipsos

dignis laudibus literarum disciplinam instructionemque se prosequi posse considar? quibus solis vità defuncti

tamqvam in speculo ostendimus, O sicut Majorum res gesta ad nos transmissa sunt, ita nostras ad posteros transmittimus. Per zam absentes loqvimur cum absentibus, O intimos animi sensus communicamus, Sint licet

--- ผล่าน สอมาล ผยในรู้บ่

Ούρια τε σκιόεντα θαλαοσά ζε ήχήεσσα,

Multi umbrosi momes intersiti, ac mare sonans; tamen ultrò citróqve litera commeant, & feriptio prafentes facit, qvos longum intervallum disjungit. Venultè Seneca ad Lucilium Juum, Epist. x1. Qvod frequenter mihi scribis gratias ago. nam qvô uno modô potes, te mihi ostendis. Nunquam Epistolam tuam accipio, ut non protinus una simus. Si imagines nobis amicorum absentium jucundæ funt, quæ memoriam renovant, & desiderium absentiæ falso atque inant solatio levant: quanto jucundiores sunt literæ, qvæ vera amici absentis vestigia, veras notas afferunt ? nam qvod in conspectu dulcissmum est, id amici manus epistolæimpressa præstat, aguoscere. Facetum est, quod CL. Vosius &c. Indorum animos, scribic Johan. Pineier Medicus, lib. 11. Anigmat. x1x.p.m. 154. edit. Herborn. M. DC. V. in 8t. (ex Urbani Calvetonis, ne verbô qvidem ab iplo memorati, notis in Hieronymi Benzonis Mediolanensis libr. 11. c. xv11. p. m. 246. f. edit. Genev. M. D. LXXVIII. in St. Historiar. Novi Orbis, & qvidem hæc ad verba: Super omnia noster legendi & scribendi usus Indu miraculo suit: Itaqve cum Hispani literas Indu ad aliqvem perserendas dabant, nusqvam (forte nunquam) cogitando adjequi poterant, qua ratione charta albanigró distincta eloqvi posset.) cum cogitando adsequi nullo modo possent, qua ratione charta scripta legentibus hac vel illa patefacerent O nunciarent, ea persvasio occupaverat, chartas illas verè animatas esse & logvi posse. Cujus rei lepidam bistoriam narrat Gomara. Mittebat Hispanus qvidam ad amicum duodecim Hutlas (id eft , curiculos India Occiden-Čc 3

functs vivoentibus commemorantur, tum quos longiffimà procul intervalla separatos tenent, bi literarum

tali peculiares) assos, ne astu corrumperentur. Indum qui deferebat, quum vel obdormiffet feffus de via, vel interquibffet , dintius morantem in itinere fames corripit : tres Hutias abfumit. Revertitur, literas ab amico illo ad herum referens, quibus ille de novem Hutus ad se missis gratias amico agebat. Hispanus perlectu litteru irascitur servo: ille duodecim reddidiffe se affirmat. Sed quum epistola indició proderetur, rubore perfusus verum aperit: O suos en de re populares commonefacit, ut sibi à folis & chartu ejusmodi logvacibus caverent. Nec dissimile est quod Lerius navigationis sua in Brasiliam c, XVI. de incolis ejus regionis narrat. Scripture, inquiens; five shers illa sit, sive profana, non modò penitus sunt ionari, fed etiam characteribus, qvibus animi fenfa nofare possint, penitus carentes. Qvum primo in easterras venissem, verba & sententias aliquas, ut sermonicorum affvescerem, scribebam, easque mox coram ipsis legebam. Alli præstigias idesse rati, invicem his verbis alii alios alloquebantur: Non mirum! istum, qvi heri ne unum quidem verbum idiomatis nostri callebat, nunc vi & ope hujuscharta, qua illum nostra elogvi docet, ita peritè ea sonare, ut à nobis intelligantur? Barbari Hispaniolam Insulam incolentes, idem prorsus de Hispanis qui primi ad eos accesserunt, jadicabant. Hac sunt historiographi verba. Indi animadvertentes, Hispanos etiam absentesmutuò inter se colloqui literarum beneficio, credebant vel eos Propheticô agi spiritu, vel literas ipsas loqvi. Qvô factum eft, ut Barbari, veriti ne peccata innotescerent sua, ira fese in officio continuerint, ut ab co tempore nec mentiri , nec qvicqvam Hispanis suffurari ausi fuerint. Hæc Pincier. Cererum apud aliquos Indorum Occidentalium populos literarum ulum elle, adlati inde libri prodidêre. Jurisperitus qvidam, Corales, Darienensium prætor Urbanus, ad Regem Catholicum scribens, inter alia retulit, Ad se adductum Indum qvemdam, qvi ab hero

yum fese mutuis velut internuntiis salutant, visunt,

hero fugerat ex interioribus Continentis terris versus Ogcidentem. Is legentem aliqvando litteras Prætorem conficatus, mirabundus accurrit ut videret: dixítqve Patronum suum & populares etiam libros habere, sed è soliis arborum simul consutis compactos. cujusmodi à Cottesio è Colluacara in Hispaniam missi sunt. Petr. Mart. Mediol. Ocean. dec. 111. lib. x. Qvandoqvidem verò neque pedes habent vel epistolæ vel scripturæ, neque vocem, & tamen in longingva mittuntur, aliena ut eò dicta perferant, litteratum scilicet expressa notis: ire, vadere, loqvi, eæ dicuntur. Sie Ovidius librum primum Tristium, qvod Herculi Ciosano Sulmonensi, Jacobo Pontano & aliis placet, vel certè totum de Tristibus opus, rel solam istam primam Elegiam ire juber v. 1. dictæ Eleg. 1

Perue, (nec invideo) sine me, Liber, ibis in Urbem: (Hei mihi!) quò domino non licet ire tuo.

y. 15.

Vade, Liber, verbisque meis loca grata saluta. Contingam certe quo licet illa pede.

Si quis, ut in populo, nostri non immemor illic Si quis, qui, quid agam, fortè requirat, erit: Vivere me dices: salvum tamen esse negabis,

Et iterum,v. 22.

Ne, que non opus est, fortè loquare cave.

Sic & Martialis, lib. 111. Epigr. 1v. 1

Romam vade liber. si veneris unde, requirat: . Emilia dices de regione via.

Si, qvibus in terris, qva simus in urbe, rogabit? Corneli reseras me licet esse soro,

Cur absim, queret breviter, tu multa fatere. Non poterat vana tadia serre toga.

*Si, quando veniet, dicet: responde, poeta Existat: veniet, cum citbaradus erit.

Epigr. V. 1.

Vis commendari fine me cursurus in urbem, Parve liber, multis? an satis unus crit?

cum absentibus amicis, tamquam præsenti consvetudine, mutuis colloquiis perfruuntur: tum ad bella, sive inter gentes quascumque sive inter Reges sedan-da, quid idoneum, quid magis accommodatum literarum munere possit excegitari? Federibus commendandis, pactis, conventis, promiss, testes primi accersentur, ceteraque omnia, quibus servandis sum mâ opus est side, ipsis tuto commendantur; illæ commendata quoque excipientes, eternà integritate & inconcussa fide custodiunt. Postremo sapientissimorum virorum, sanctissimas sententias, oracula Deum, Philosophorum inventa, disciplinarum denique omnium pracepta ac monumenta humanarum divinarumque rerum, solæ literarum ædes reposta conservant, atque à vetustatis & temporis voracitate defensa, veluti quadam divina vi tuendos posteris ex ordine deinceps per succedentia secula demum æternstati commendant. Hac non immerito ille.

5. XIV. Hactenus litteras & signa esse, & qvorum signa sint, breviter ostensum. Nunc cùm & earumdem signa inter se classium non sint: & hæc signa in specie, Signata sua, Voces, res & conceptus, non sortè eodem, sed tiverso, significandi genere respiciant: declarandum procus dubio adhuc, & qvalia Signa literæ scriptæ sint, & qvò ordine ad qvodlibet Signatorum referantur. Qvibus absolutis natura scriptionis in genere, qvam hic attendimus, obscura esse nequit.

5. XV. Qvod prim concernit: omnibus in confesso existimo, signa duplicis esse ordinis. Alia enim sunt (1.) Naturalia, qvalia sunt sumus respectu ignis, vestigia leporis in nive respectu animalis &c. Alia verò (2.) Arbitraria, qvorum significandi ratio, non tam à natura depender, qvam

SET SCRIPTIONE. 409

qu'am ab arbitrio vel Divino, vel Humana. Divino: ut Iris signum est diluvii universalis à Deo non amplius immittendi, Gen. 1x. 13. & Sacramenta figna funt, sed una ueladoluz, gratia divi-Humano: quale quid hedera aut alia res præ toribus suspensa, respectu vini vendibilis: Lapis in agro respectu limitum. Literas autem signa esse, non naturalia, sed arbitraria dubiô carere. puto. Id enim (1.) expresse Philosophur ait l.c. Uti non eædem apud omnes homines literæ, fic nec voces eædem sunt Er confirmat (2.) omni exceptione major experientia. Aliis enim literis utitur Persa, aliis Gracus, aliis Germanus, &c. At naturalia qua funt, apud omnes gentes eadem funt. Hac etiam in parte differunt litera ab interioribus animi conceptibus. hi enim itidem Signa rerum sunt, sed de rebus iisdem, apud omnes nationes iidem, adeogve naturales: verba autem diversa. Confer Arist, d. l.

6. XVI. Hæc qvidem ita verè dicuntur ac probantur. At nihilominus qværi adhuc potest: An non & aliê quidam modo literæ dici possint signa naturalia? Resp. Affirmant hoc. 1. Qvi naturæ ipsi, puta cxlo, quosdam characteres inscriptos volunt, quibus mediantibus mira ab angelis legantur: 11. Qvi figuras literarum ac vocalium in quadam gente, scil. apud Hebraos . existimant naturales? Prius fecit Cornelius Agrippa de occult. Philos. lib. 111 c xxx. & M. Joh Gaffarellus Gallus, in libro quem inscripsit, Curiosites inouyes, i. e. curiositates inauditas. Posterius vero F. M. B. ab Helmont in Alphabeto suo verè naturali Hebraico: ibi enim Methodum suppeditat, juxta qvam (verba sunt auctoris) qvi surdi nati sunt, ific informari possunt, ut non alios saltem loquentes intelligant, sed & ipsi ad sermonis usum per-Ccs

veniant: † Hoc aurem magnô apparatu probare nititur, ac variis iconismis ad vivum quasi exprimere. quem vide:

5.XVII.

† Faciunt huc, que tradit Dan. Georg. Morhof. lib. 11. Polyhistoris Literar. c. 111. p. m. 335. qvare verba ejus, licet prolixiora, lectu tamen non injucunda, subjicere visum est. Quanta exercitationis, inquit, recle ordinata vis sit, vel ex co patet, quòd in illo, qvi ob naturalem surditatem vocis & lingva usumnon habet, adeò intendi vis imaginativa & apprehensiva possit, ut è motu labiorum, quem visit observat, literas, è literis verba incredibili celeritate intelligat, & ad illa respondere sciat; quod arte singulari & certis praceptis à quibusdam cum stupore andientium effectum est. Dixi alibi ea de re prolixins, sed nec locô hôc pratermittendum id videbatur, qvomam vel folo illo exemplo mirifica phantasia O ingenii vis arte adjuta ostendi patest. Suscepta fuit ab Anglis quibusdam illa mutorum institutio, ejusque specimen Wallifius dedit ; cujus exstat proliza ea dere Epistola ad Dn. Boilium scripta, in Actis Philosophicis Anglicis, num, Fuerunt & alii inter Anglos, qui integris ea de re libris egerunt : Holderus in libro de Elementis logvendi, cui edditur Tractatio de Informatione muti & surdi : lliber edius est Anglica lingva Londin. 1669.) Georg. Sibscota in libro Anglico, cui titulus: Deaf and Dumb mans Discourse, or concerning those, Who are born Deaf and Dumb, edito Lond. 1670. cum additione libri de ratione logvela creaturarum inanimatarum. Non recens natam illam artem è Rudelpho Agricola conjicere possumus, qui lib. (non 1x. sed) 111. de Invent. c. ult. vidiffe se testatur surdum à primis vitæ annis &, qvod consequens est, mutum; didicisse tamen, ut quæcumqve scriberet, aliqvis intelligeret, & ipse quoque, tamquam loqui sciret, omnia mentis suz cogitata perseribere posser. Cacos item per ingentia urbium spatia, non modò vicorum omnium flexus ambagesque, sed domuum singularum aditus, & ostia sincerrore permeare lotitos. Quad etfi in dubium vocare videtur Ludov.

BEU SCRIPTIONE. 411

6. XVII. Sed in neutram horum fententiam, falva veritate, ituros nos speramus. Nam illa Cornel.

Ludov. Vives, lib. 11, de anima, c. de discendi ratione, nullam tamen ejus caussam habuit, prasertim cum side dignus testis O avrowing fuerit Agricola; nunc verò tot experimentis res illa probata est: Nam non in Anglia tantum Holderus O Wallisius experimenta instituerunt, sed & in Sabaudia quodam Principe ingeniosissimus Comes Emanuel Thesaurus specimen aliquod exhibuit: ac meminit Diobaus, tract. de natura corvorum c. xxvIII. Sacerdotis cujusdam Hispani, qvi fratrem natu minorem Conitis stabuli Castelle, à nativitate surdum, improbô labore ita erudiverit, ut modo lumen non abeffet , aut tergum non obverteretur , è motu oris , labiorum, aliasumque partium, perfecte intelligere voces loquentium, ad inservoyata respondère, vocabulorum vel in incognita sibi lingva Somm & accensum accurate ad alterius pronunciationem reddere potuerit; nisi quod tonum vocis eumdem servare non poterat. Refert & Schottus in Physica Curiola, lib. 111.c. xxxIII. novife se in Sicilia quemdam è Soc. Jesu, qui surdus erat penitus, O tamen promptissime de quavis re tam cum suis, quam cum exteris egerit, tameisi nullum perciperet verbum, dummodo labiorum monum loquentium videret. Atque id non tam per disciplinam, quam instinctu natura bonitateque ingenii fa-Etum est. Nam & alius P. Layman singulari qvodam casu surdus factus, ut illic testatur, asidua oris loquentium observatione didicit visu percipere, quod non poterat auditu. Refert & Zwingerus in Physiol. Med. c. xxv. Jacobum Oecolampadium, cum Sacerdos Basilea esset, inter alios habuisse :uditorem plebejum, sed surdum, qui tamen verba illius intel'exerit exee, good intentis & inconnivis illum oculis intuereier. Quoniam ergo naturam & ingenii indolem hic prastare talia videmus, qvidni certis qvibusdam regulis adjuvari natura posset & Librum in hac arte dudum, ante, quam Angli ea de re cogitarunt, scripsit aliquis Johannes Paullus Boneius, ediditque Madriti in 4. An. 1620. ac Regi ipsi inscripsit. Titulus est: Reduction de las lettras y atte par a ensenar a ablar

Cornel. Agrippæ & Gaffarelli, sua ipsius se vanitate facile dettruit, urpote, nec naturæ, nec scri-

los mudos, i.e. Reductio literarum & ars informandi mutos. Non dubitat huic Autori inventionem hujus artis adscribere Caramuel in apparatu suo philosophico, lib. 1. disp. 11. 11. 16. qui epigramma quoddam in eam artemillic scripsit. De autore vero, quem Sacerdotem, credo per errorem , Digbaus vocat , non satis certa omnia : nam ipse se Barletservant vocat. Qvid autem muneris hoc sit, Nicolaus Antonius in Bibliotheca sua Hispana sub hujus Viri nomine doceat: Ioannes Paullus Bonet Arragonius Regi nostro à munere qvodam, qvod Burgundiæ domus vocabulô BARLETSERVANT apud nos audit, & à tormentariæ tei ministerio (entratenido cerca de la persona del General de la Artilleria) magnoque Castellæ Connestabili à secretis. Ante tamen Bonctum Petrus Pontius Benedictinus Monachus hanc artem exercuit, ut constat è Valesso, libr. de Sacr. Philos, c. 111. Petrus Pontius, inquit ille, Monachus S. Benedicti, Amicus meus, natos surdos docebat loqvi, non alia arte, quam docens primum scribere, res ipsas digitó indicando, quæ characteribus illis fignificarentur; deinde ad motus lingvæ, qui characteribus responderent, provocando. Unde patet, pro informationes hujus fundamento scripturam fuisse adhibitam , qvod in exemplo sui temporu etiam notarat Rudolphus Agricola. Meminit & ejusdem artis in Hispania inventa Stephanus Roderic. Castrensis, Comm. in libr. Hippocratis de Aliment. Sect. 11. p. 247. ut mirer, Franciscum Lanam in Prodromo all'arte maestra, c. IV. negaré, quicquam de arte ista praceptu traditum, ut solus ille ac primus ea de re forte videatur cogitasse ; ac aliqua pracepta, sed que exigua sunt o nullius momenti, suppeditasse. Pontius verò ille, quantum scitur, nibil edidit, ac videtur Bonetus illam Pontii, qui atate Valesii, An. 1590. vixit, artem ha-Etenus occultatam, suo tempore An. 1620. publicasse. enim Nicolaus Antonius loco suprà citato: Nempe mira hæc res, ut muti verba efferrent, in artem ivit apud nos egre-, giâ

SEU SCRIPTIONE. 413

scripturz beneficiò cuiquam mortalium nota. Scripturam citant przdicti, utpote qvòd luminaria

già industrià Viri perspicacissimi Petri Pontii Benedictini Monachi, quam videtur Bonetus publicasse. Idem de eo testatur Nicolaus Antonius sub nomine Petri Pontii, ubi praterea Fr. Ioannis de Castanniza Benedictini testimonium ex Historia de Vita S. Benedicti adducit, qvi & ipse Dn. Gasparum de Gurrea filium Gubernatoru Arrayonia discipulum ejus hujus rei testem affert. Legi quoque de eo potest Ambrosius Morales in descriptione Hispaniæ, fol. 38. qui testatur, eum loqvi docuisse fratres dues & sorvrem Castella Connestabilu, de quorum altero, Petro à Velasco nuncupato, mirum esse ait, que O quanta intra vigesimum atatu annum, ad quam vixit ataiem, didicett, quoniam ultra vernaculam suam lingvam locutus fuerit, scripseritque Latinam ferè absque solecismo, quandoque & eleganter, tum etiam Gracos characteres scripserit. Adducit & Morales schedulam manu illius scriptam, quà respondet roganti per manualia signa de arte ista T forma, qvam sibi adeò utilem expertus fuerat. Ex iis, qva adduximus, patet, Digbaum, cum Sacerdotis meminit, qvi librum talem scripserit, Pontium intellexisse, cum ars ab illo profecta suerit, qua à Boneto est publicata. Hic vero iterum turbat Nicolaus Antonius, qui immemor eorum, qua de Petro Pontio dixerat, Emanuelem Ramiresium de Carrion Priequensi Marchioni Hispaniarum Magnati à secretis & à cura formandi eloqvii, qvia mutus natus erat, Inventorem vel Do-Storem hujus artis facit, Ita enim de illo; Hic apud nos artem invenit, aut certe solus exercuit ætate sua, literas & aliqvalem usum docendi mutos, qvod qvidem in codem Marchione, atque item in D. Ludovico à Velasco Fraxini Marchione Connestabilis Castellæ fratre & in aliis præstitit. Hoc verò antè de Petro Pontio dixerat, tum Nicolaus Antonius, tum Ambrosius Morales, quod Petrum de Velasco frairem Castella Connestabilis superiore seculo in loquendo informaverit, cum Emanuel Ramirez de Carrion hoc Teculô vixerit, & post Bonetum, qvi An. 1620. librum suum edidit .

in expanso cali vocet signa, Gen. 1. 14. & calum ipsum conferat libro, Es xxx 1 v. 4. Curitem est Canon

edidit, librum Hispanica lingva primum 1622. hinc 1629. publicavit cum hoc titulo: Maravillas de naturaleza, en que se contienen dos mil secretos de cosas naturales. Plane hac inter fe non conveniunt, neque expediri à me hic nodus potest. Ab isto sanè Ramiresio scriptum fuisse de arte illa li-brum, non meminit Nicolaus Antonius, & tamen quasi subdubitans vel inventorem, vel certè solum hujus artis sua atate Magistrum constituit; que manifeste cum ceteru pugnant. Imò vero expressis verbis legitur in judicio illo, quod Antonius Perez Abba, Benedictinus Boneti libro prafigit, Petrum Pon-tium Monachum Benedictinum principium huie arti dedisse. Quare omnino illa , que de inventione Ramiresii ait , falsa sunt. Nostro quoque tempore Helmontius Filius in Alphabeto suo vero Naturali Hebraico quamdam de surdi & muti in ling vi informatione differtationem institut; sed borum autorum mentionem nullam fecit. Teffis est quoque Monconssius in Itine-rario suo Anglico, p. 50. se apud Wallisum vidisse nobilem Anglum mutum & surdum, qui Doctore illô tantum in legendo profecerit, ut librum Anglicum expedite legeret, atque jam tum alterum hoç exhibusse specimen Wallssum, qvi præterea exiguam illi differentiam in pronunciatione & B & & P oftenderit, exilem scilicet nasi motum, cum litera B pronunciatur. Bonetus ad certam artem regulas revocavit : Nam in prinio libro agit de literarum natura O varia apud varias gentes pronunciatione, que erudita sunt. Sed tamen & ante illum de hoc argumento egerat Hieronymus Fabricius ab Aquapendente, libro de locutione ac ejus instrumentis, Scaliger in libro de caussis Latina lingva: post illum Malincro-tius tractatu de literis, & Petrus Montanus in singulari libro Belgico, sed erudito, de arte pronunciandi, quo neminem hactenus accuratiorem vidi. Mihi quoque aliquando de Philosophia Alphabetatia quadam scribere propositum suit. Librô secundo ad rem ipsam propiùs accedit, ac ostendit, quomodo mutus figurami O pronunciationem literatiam per manualem

SEU SCRIPTIONE. 415

Canon seu regula quadam Ps. xix. 5. Imò Apostolò explicante Rom. x. 18. etiam sermo quidam.
Sed hac prater mentem Spiritus Sancti. Nam
(1.) Luminaria in calo signa sunt: at non vocum
ac conceptuum, quemadinodùm litera, sed aliarum rerum, puta temporum anni, tempestatum, caloris, frigoris, Serenitatis, &c. (2.) calum dicitut
liber, non ratione inscriptionis, quasi in eo literas
ac characteres iuvenias; sed ratione complicationis, prout Propheta in l. c. se explicat, dum ait;
convolventur tamquam liber cali. Plura non addo:
huic

nualem demonstrationem & motum oris ac labiorum doceri poffir: hinc procedit ad reliquas Grammatica partes, & orationis constructionem integram. Aliqua etiam de cifris & lingua Graca adjecit. Ego omnino svaderem, ut non Hispanicus tamum ille liber, sed & ceteri, qvi in Anglica lingva scripti sunt in Latinam lingvam conversi und volumine colligeren-nur, non in mutorum tantum usum, sed & illorum, qvi in au-lis Principum, in soro, atque aded in omni vita genere versantes, mußitantes etiam intelligere velint, atque secreta è longinquo rimari colloquia ; Ĉujus tei quantus ufus esse possit, facile quevis intelligit. Nos insigue hoc exemplum , quo exercetatsonu crebra vu in intellectu augendo confirmatur, omittere noluimus, quô falsitas sententia Aristotelu ostendatur, qui lebr. de Hist. Animal. Iv. c. Ix. surdos natos vocem quidem emittere ait, sed sermonem nullum: cus accedit etiam Scaliger in commentario, cum ait: Arte & voluntate fit sermo, itaque docemur: Surdi autem non docentur, ideò non loquuntur. In Aristotelu quoque verbu argutatur, quod vocem emittere diçat. Male quoque Molineus, Physic. lib. vIII. c. xxIv. judicat: Cacus natus potest ope auditus erudiri; at qvicumqve est surdus à nativitate, est mutus & plane indisciplinabilis. Et Aristoteles primo Me-thaphysicorum auditum disciplina sensum vocat, cum per vi-sum, atque ut ita loquar, intuitive procedere posse videamus: Hac ibi Morhof.

Digitized by Google .

huic enim ruinoso celi Characteri subruta sunt omnia fulcra jam dudum à Bangio in calo orien-

tali, p. 138. & seqq. 6. XVIII. Etiam à judicio Helmontii, non possumus non dissidere. Nam utut non prorsus impossibile duxerim, etiam surdum natum, qvi sonum aliquem literarum auribus accipere nequit, per formam externam seu ductus qvosdam externos literarum pervenire posse in aliqvalem cognitionem etiam rerum, que illis literis denotantur; Si enim per alia qvæcumqve figna, v.g. per digitos, per nictus oculorum, aliosve corporis gestus, & ie invicem & alios intelligere possunt surdi, cur non idem fiat per literas? maximè si una manu ostendas rem ipsam, altera scripturam demonstres? interim tamen qvod ex oris motu, literarum figurationem colligant, adeòut non alios saltem loquentes intelligant, sed & ipsi ad sermonis usum perveniant, verò major videtur promissio. Nam (1.) ne loquacissimus quisque, cui nec lingvæ nec aurium ulus deficit, ex lingva loquentis variè se agitante, figurationem elementorum Hebraicorum ipsam percipere potest; ne-dum idem a nativitate & surdum & mutum asseqvi posse existimes. (2) Ab experientia. Si enim qvis vel scriptionis Hebraorum gnarus, lingvam suam ad iconismos Helmontii componere ac conformare vellet, risum potius quam literas exprimerer.

6. XIX. Notanter dixi : non prorsus impossibile. Aliud enim est difficile effe: aliud verò prorsu impossibile. Multa enim primò intuitu videntur plane impossibilia, que tamen posteà labori improbo cedunt. Addidi & hoc: aliqualem cognitionem. Neque enim sperandum est, surdum omnes rerum vel affinitates, vel distantias, vel alias qvalcumwalcumque affectiones ex scripto baurire posses gyemadmodium nos facimus, qvi siterarum vini non oculis folim, utille, sed ex auribus, devolavimus. Arque de priori, quele scriptura senum sit, naturale ne, an verò arbitrerium, hacce.

AX. Rellar alterum, qvod promismus, nuñe expediendum : [cil An oddem fignificandi mode, Utera seu scripta de Voces significent & Ros & Con-Constitut an 1887 decerso 3 Intercata hac qualito & pinola. Nos quantum possumus, perspicuitati fludehimus. Qyod ut fiat pramittemus. 1. Signiacationem aliculus zei, qvantum qvidem ea prziens negorium concernir, elle duplicem (1.) Simpuren, seu ur dicam, incomplexam; quando scil.
uno ac amplici acu rem cotam represento; quale guid ar, cum objecta statua Casaris, Casarem filto, 121 Complexan, ac quali integrativam, cum Per dillimitos atticulos, voluti per gradus qvoidam ac partes, integratur fignificatio totius. in codem exemplo permanere ac rem rudi Miner-A depingere licet, oftensprus Calarem primum pedes prometer, deinde femora, tum ventrem ac pectus, denigre collum ac caput. II. Signatum dindem duplex elle: fignatum ut Que, & Signatum HI Dwad.

A L. His ita pramissis, dico nunc. I Gvande Leintura aus sunstantes & suces, boc non seri elden supricatione, sed diversà. Hoc probo. ir. En
separatitate uriusque. Nam quacumque à se
invicem actu ipsò separari possunt, ea utique sune
tealiter distincta: At significatio vocis & rei in
seriptura nonnunquam separari possunt, imò actu
spes aliquando separantur. E. utriusque in ea signiseriptura non eadem est, sed diversa. Major omnium
hidosophorum judiciò ac testimoniò comprobatur.

tur. Miner verò hôc modò: Nam si singere mihi possum vocem, cui nulla res subest; utiqve in
scriptura significatio vocès à significatione Rei, separari porest. At verum est prius, in vocibus scil.
nihil significantibus. Vocès ergo significatio in
scriptura à significatione rei actu aliquando separatur. (2) Idem asseritur hôc pactò: Significatio
rei in scriptura est simplem ac incomplexa? At significatio Vocis inibi est complexa ac integrativa: Ergo non una sed diversa est utriusque ios dem

fignificatio.

9. XXII. Qvod autem in scriptura significatio vocis sit complexa ac integrativa, adeo ut singuli ejus Characteres, singulos vocis sonos denotent, multis modis probati potest. (1.) qvidem ab ipsa experientia. Videmus enim ad proferendam vocem, scriptò consignatam, sufficere si singuli ejus characteres cognoscantur. Sic hac vox Bartholomaus, non simul, sed per singulas literas innotescit, puta B. A. R. T. H. O. L. O. M. E. U. S. singuli enim Characteres, singulos sis voce soni articulos referent, & sic in reliqvis: (2.) Ex novarum vocum estitione. Possum enim essingere aliqvod vocabulum scriptum, qvod nemo anteà excogitavit, multòque minus qvispiam totum simul impositi ad qvid significandum; hoc nihilò secius sonum vocis, sibi respondentem referet. Significatio itaqve scriptura respectu vocum, non simultanea est, s. d. coagmentata, ut ita dicam, ac qvasi coadunita ex diversis in ea significationibus Literatum.

§.XXIII. Hactenus Vim qvamdam literis ineffe oftendimus: fed merè fignificativam, & exerbitrio ac voluntate creatura rationalis dependentem: cui deinde pro ratione circumstantiarum,
emeralem qvamdam ac civilem, uti vim ebligands,
iuper-

supervenire posse largimur, ex jure vel Gentium, vel civilir: quari adhuc nihilominus potest, Annon & literis etiam vim quamdam Physicam, infitam ac naturalem inesse, credamus, qua seposito illa arbitratu hominum, sua sponte quid operentur esta

Se & Juanatura?

9. XXIV. Affirmatunt hanc sententiam quam plutimi, tam extra Christianismum, quam intra. Extra quidem ut (1.) Ethnici ac gentiles. Platonis varicinium Arithmeticum reprehendit Arist. lib. v. Post. Ephesias † Literas, a Gracis co nomine decantatas scimus, quod in omni certamine certam victoriam pollicerentur. Vide Suidam & Athenaum lib. x11. Pythagoreis fortunam cuique, vel infortunium, ex pari vel impari vocalium in nomine suo numero, prasagire sollemne fusse vult Plinius, lib. xxv111. c. Iv. princip. Apollonium mortuam Roma puellam per literomantiam prodidir

† Ephelias | Anaxilas citatum apud Athenzum feribit, quemdam in consutis scyrariis, id est, minutis coriis habuisse litteras Ephesias scite efformatas, quibus promitti videbatur felicitas. Eustathius Homeri Commentator Ephesias etiam litteras, veluti notulas qvasdam vosesque tradit fuisse magicas, victoriarum & bonorum succession divinatrices. Erant, autem auctore Colio Rhodigino, lib. xvi. Lection. Antiqv. c. xiv. p.m. 606. B. ha: Afci, Catafci, ax, damnameneus, asion; id est. tenebra, lumen, ipse, Sol, verum. Et ha qvidem veteres censebantur, ab impostoribus verò adpositas & alias. Vide de his Hesychium sed valde depravatum. Clemens verò Alexandrinus in v. Stromatum integrum adfert locum, è quo Hesychium emendat Theodorus Canterus, lib. 1. Variar. Lection. c. xvIII. Clementis verba Latina produeit Andr. Schottus in Adagialib. Sacris N. T. que habes in Fasce nostro 111, p. 718. s. Adde Desider. Erasm. in Dd a Adagy

Digitized by Google

didie Philostarus. Similia dealiis passim occurrinti. Unde & Magia quadam species in abundum sia. (2.) Judai. Hi enim per Kabbalam suam varia essici posse censent prout videre est in Horringero, in Thes. Philos. p. 448. Leusdenio in Philos. Heb. p. 270. †

5. XXV. Intra Christianismum, sen Christia.

Adag. p. m. 305 b. edic. Francof. M. DG. XIVI. in fol. & Cuperum de Confecrat. Hom. p. 270. M. Autonin. Imperator de leipfo, lib. x1. §. 23. p. m. 319. edit. Londinen f. M. DG. XI III. in St. Ε΄ δίς, inquit, ΤΕ βεστίαν γρομμασία, ω Τρέργελμα έναθη στο εχών επιμιώνουν των literis erat hoc praceptum, ανοά jubebat quotidie veminifici aliculus ex aniquis, qui virtutem coluillent.

† Addas velim B. Glaffium, 'lib. ir. Philolog. part. r. Tract. ir. Sect. iri. Anne. vii. p.m. 302.1. -- 313. Thom. Bangium in Calo Orientis, Exercitat. 11.p. m. 193. f. D. Joh. Müllerum, in Prolegomen, Judaismi, c. VI.p.m. 54.1. & past, 11.c. &p. ult. B. Christoph. Helvicum, Tomo rv. Disputation. Gillens. n. xx. Q. 117. p.m. 186. f. D. Migh. Waltherum in Officina Biblic. Thec. z. Repositor. poster. arcul. z. 5.668.p. m. 523. T. B. Dorleh. in Syllog. Semestr. p. m. 202. f. De Julizorum Tohillin feu certis Scripture dictis, pergameno inscripris, frontique ac manui inter orandum adplicitis, quibus ii non parum tribuunt, evolve Joh. Buxtoff. c. 18. Synagogæ Judaic. p. m. 170. f. edit. Bafil. 1661, in St. Quomodo illi ipli certa Plalmorum dicta, aut abbrevia-Turas (quas vocant) inde factas inscribant pergameno, & contra generis omnis morbos adpendant, docer Wilh. Schickardus, Sacræ Lingvæ apud Thibingenses ofim Profellor in Beehinath Happeruschim, p. 100. f. ubi Reuchlinum gronve hac superstinione abrepum addedit.

Term nomen potius mentientes, fuerunt Haretici varii: tam (1.) antiquiores, utpote Marcus & Colarbafus: de quibus Irenzus, lib. 1. Hæref. Terul. de præscriptione. Philast. de Hæres. imò, nec immunis ab hac opinione suir Origenes, ut ex lib. 1. & v. contra Cessan videre est. (2.) Requentiares. In queis facile familiam ducunt Pontificii. Literis & vocibus miriscam quamdam vint tribuunt pellendi mala vel naturalia, ut morbos, vel etiam Spiritualia, ut ipsum Diabolum. Notum enim est quid Euangelio † Johannis aliisque siguris à collo suspensis tribuant. Sic clari sunt sed emensità virtute, hi versus:

Cafpar fert myrrhem , Thu Melchion, Balthafat

AUTUM.

Hec tria qui secun portârit munera Regum, Solvitur à morba Christi pietate caduce.

Den-Lege rursus de his B. Glassium, lib. 11. Philolog. part. t. Trait. 11. Sect. 111. Artic. wit. entr. p. 10. 411. T. TEvolve hic ad Populicios B. Baldnin Lib. 111. Calium Confc. c. v. Cafu III. p.m. 54x. f. edic. opt, Francof. M. DC. LIV. in 4to, Magnum D. nostrum Gerhardum. Tom. 1. Confess. Cathol. Adpend. libr. 1. General. extr. 6. 5. p. m. 332. 2 b. edit. noviss. Francof. 1679. in fol. part. 1. Disput. Theolog. 111. §. 25. p. m. 339. f. edit. opr. Jeneul. M. DC. LV. in 4to. D. Brochmand. Tom. 11. System. Artic. xv111. de Lege, Q. 1x. c. 1x. p. m. 38. b. edit. Ulmens. M. DC. LVIII. in fol. B. Danimawer. in Hodomoria Spiritus Papai Tomo 1. Phantalm. VI. p. m. 1262. s. & in Collegio Decalog. p. m. 225. I. B. Geierum de Superstitione, c. 111: § 22. p. m. 27. coit. Lipfienf. 1660. in 400; Dn. D. Mcbium in Difp. 1. Hiftor. Bileami S. 27. f. p. m. 16. f. B. Raelli Tagnov Germachtar. in Lean.c. 11. Destrop. S. z.p. m. 14 .f. B. Loan. Henr. Urfinum in Qvinqvagena Festali, p. m. \$1.b. edit. Francof M. DC. LXI. in 410. Dd 4 B. D.

Dentium dolori medetur juxta cos dictum scri pturæ: Os non comminuetis ex co. Plena funt harum ineptiarum corum monumenta. Imprimis verò, non fine Idololatria, vim transsubstantiandi tribuunt recitationi verborum in Sacra cana: Hoc est corpus meum: Hoc est sangvis meus. Bellarm. Tom. 111 lib 1. de Sacram. c. x1x. & xx. Jamqve

- lib. Iv de Eucharistia, c. XIII.

6 XXVI. Qvibus succenturiantur etiam reliqvi homines Fanatici ac superstitios, ubicumque reperiantur, qui vocibus, literis, ac figuris aliis vim : qvamdam Physicam inesse volunt. Pro morsu canis rabidi hæc facere creduntur: Hax, pax, max, DEUS adiman, Pro luxatione ac tractu-Ta: Matos, denatos daries dardaries, est Araries. Sie fignô crucis ad superstionem abutuntur non pauci. Vide Bellarm, lib. 11. de Eccl. Triump. c. xxxx. Loccenii Antiquitates Sveo-Gothicas, lib.1.

C. V. D. 22.

§ XXVII. Sed præter illam vim significativam ab arbitratu hominum dependentem, nullam li-teris vim inesse probamus hôc unico argumento. Si talis inesset literis operandi vis, ad mala vel avertenda, vel bona concilianda, eam à Deo vel'immediate haberent vel mediate : tertium enim dari nequit. At à Deo nec immediate hanc vim habere possunt, nec mediatè: E. talis Physica agendi vis illis non inest. utrumque facile probatur. Nam 1. Nec in natura nec in scriptura promisit se velle ad tales actus producendos concurrere. 2. gvidam ejusmodi effectus DEO plane sunt adversi; qvales sunt illiciti amores, cades, latrocinia, &c. 3. DEUS

B. D. Joh. Andr. Quenstedt in Exercitat. Theologica de Efficacia Verbi Der, Observ. 1. p. 2. 3. edin & habita Witteberg, 1670. in 4to 210. Henr. Höttinger. Dissertat. 7. Analector. Historico-Theologicor. p. m. 33. f.

310 S C R IP T I O N E. 423 id generia vanitates in verbo suo passim damnat:

horum ergo autor elle nequit.

S. XXVIII. Varia, sed vana, objicium hujus superstitionis Patroni; & (1.) qvidem experientiam. Nihil enim sermone hominum tritius est, qyam multos mortalium per ejulmodi vel amuleta mala depulisse; vel philtra, bona acqvisivis-Exempla attuli supra: qvorum numerum augere possunt, partim que habet Hieronymus, c. xvx. in vita Hilarionis; partim qvæ vulgaribus fabulis circumferuntur. (2.) Auctoritatem tam V. quam N. T. Illius qvidem, qvô DEUS pectorale Pontificum Judaicorum, Urim ac Thumim, litteris ac nominibus duodecim tribuum infignitum, fingulari Majestate ac virtute ornarit, adeò ut consulentes inde oracula peterent. Ex Hoc verò quòd ipse salvator se non dedignatus sit Alpha & Omega, vocare Apoc. 1.8. quô dictô, quòs diximus S. xxv. Marcum ac Colarbasum abusos esse, ex loc.cit.constat.(3.) Rationem, volunt enim DEUM, cum rebus nomina inderer, fingulares iridem vires indidisse, rebus non magis qu'am nominibus peculiares ac proprias.

6. XXIX. Qvantum ad experientiam: Respondhujus rei caussam non este formas seu siguras literarum in se, sed (1.) vel Justum Dei judicium, quò punire vult incredulitatem hominum: vel (2.) tacitum quoddam cum Dæmone pactum: Est is esticax in silis insidelium: vel denique (3.) caussas quassam naturales per se agentes. Sic v. g. quòd qvis per suspensam de collo schedulam à sebri liberatum se putat, id potest tribui desectui sebrilis materiæ, aut rei assi. Denique & (4.) quæ,

Meret hic legi Ger. Ioan. Vossius, lib. 1. Idololatis c. VIII. p.m. 32. b. 33. ac Iulii Richelti Exercitatio de Amuletis Argentorati edita annô M.DC.LXXVI. in 410.

Dd 4 Digitized by Google.

dam corum, imb, qvam plurima, exempla fails

esse ac ementita.

5. XXX. De Utim & Thaminim, quoniodo ex illis voluntatem divinam perspicere potnerint in V T. non hojus instituit est; inter tot discrepantes sententias, certi quid desinire: sufficit quod hac visilitetis non infita suerit, sed superveniens, ac ex DEI speciali dispensatione satta. Quod autem Christus Alpha & Omega dicarur: id alium habet sessium, nec pro adversariis quid saite al rhombum. Metaphora enini ibi est à liferis Gracorum petita. Unde bene Clemens Alax sib. 14. Strom. f 230. Ideò verbam distain est à con in jus soites situs sit principium or res sus desinit si id, quod est disper principium, nuspiam distantiam als copiens aut dimensionem. Sed quid hoc ad litteria Gracorum, vel anus dicujus gentis; in se spectas:

CAPUT III.

De caussa efficiente scriptionis,

5: f.

accedamus: & primo quidem ad efficientim. accedamus: & primo quidem ad efficientim. Que duplex status potest; ratione vel invientima, vel periationim. Illa vel prima, vel fectivida. Caulfam primam, it omnimum rerum, ita & scriptionis, ipium DEmm esse, apud omnes saniores indubrum est: a quo & Patre suminima vinne binima sonima at perfectium descendir superne, Jacob I. 17. Unde & tam admirandi arrificii inventionem, non assi, quam ipsi DEO, assignarum estam gentiles.

tiles ... ut supra diximus; c. 11. 9. vIII. Et com vetum DEUM ignorarent, faltem illi , quem pro DEO haberent : Ægyptii Mercurie, Latini nune Saturne, aunc Parcie, invente rei gloriam deferebant. Testatur boc Cyprianus Martyr, tr. IV. de Idolorum vanitage & Hyginus de Fab. ci ECLEXVII. Illud verò Plutarchus in ourse. C. lib. 1x. Q. 111 Cicero de Nat. Deor. lib. 111. Diodorus Siculus, lib. 11. Plin. Hift. Nat. lib. vrz. C. LVE. &C.

5. Il. De caussa sutem secunda si queras, non in alia facile re, tam discrepantes reperias Au-Corum sentencias, quam in hac Alii enim Agyptils primitin tribuont, ut Tatitus, Plutarchus, Diod. Siculus, Cicero, suprà citati: Iremque Terrulliailus de Corona Milir, c. vitt. & de anims test. c. v. Plato in Phædro, & Philebo, Aribbius, lib. iv. Last, lib. 1 de falsa religione, c. vr. Alii Æthiopibus, teste Diodoro, Alii Chinenfibus; Alii Gothi, ni Salicaus, Archi-Epileopus Toletanus : alii aliis, ut Chalden , Syrn , Hebrau, Oc. Imò ordhis fete natio hujus hoi rei gloriam vendicat.

5. III. Communissima autem schrennia est, que Phankbut id tribuit. Unde Lucanus, lib: 111. de & supra allegavimus:

Phientices primis (fame fi creamus) aufi

Manshram rudibus vocem signare signris. Et Q. Curtius, v. Iv. 19. Si fama libet credete, mac (Tyriorum gens) literas prima aut docuit, aut didicit. In quorum sententiam toto passim agmine ieur. Vide Plin. lib. v. c. xrr. Clem. Alexand. lib. 1. syou Herm. Hugon, deprima ferib. Orig. p. aliolove. †

In mide Ger. fo. Post. v. Arc. Geman. c. z. p.m. Dd s

6. IV. Nos in hoc Auctorum diffensu, quem potissimum sequamur incerti, primò de populo prospiciemus: quò repertò, de homine solliciti erimus, cui tam præclari inventi gloriam deseremus. Non autem nunc quæremus de singularum gentium literis; vel absolute consideratis, quisnam suz gentiem

45. f. & Lipsium ad Tacir. XI. Annal. XIV. I. ubi citat consentientes Tacito, Curtium, Clementem, Isidorum (cujus hæg sunt verba: Gracarum litterarum usum primi Phænices reppererunt. Hinc est quod Phænices colore librorum capita describuntur, quia ab ipsis Littera initium habuerunt.) Plinium, vii Lvi. 2. & Suidam in poinzole, qui serè Cadmum auctorem nominant; aut certè doctorem, à quo Græci acceperint; adluditque eò idem Plinius, v. xii. 3. Zeno apud Suidam

E'sì (fortè είμοι) πάντης Φοίνιστα, lis έφθόνο, Ενομα κάδμο

Kiro, do E yeur de Ext extouris. Sum patria Phanix, que livor? sum tamen ille Cadmus, cui debet Gracia tota libros.

De primis litterarum inventoribus, inqvit Matthæus Radetus Jeluita, in p. m. 163. Commentarior, in Curt.edit. Colon. M.DC. XXVIII. in fol. non magis litteratu, qvam hovologiu in malè composita civitate conventt: alii Palamedi, alii Simonidi, alii Cadmo, alii Phanicibus, alii Ægyptiu, alii, Hebrais, & inter Hebraos, alii Moss, alii Abrahamo, alii Nocho, alii Setho, alii ipsi Deo, non immerità, rem tam divinam tribuunt, qvi Adamo literarum, ut aliarum omnium verum, scientiam insudit, qvi fissi, & neposibus tradidit. Videndus Philo Judaus, Josephus, Diodorus Siculus, Herodotus, Cicero, Livius, Tacitus, Eusebius de praparatione Euangelii, Plinius, Mela, Hieronymus, Zetzes, Pererius, Polydorus Virgilius, Io. Goropius Becanus, qvi Agenorem facit Nochum, Cadmum Japetum. In tanta scriptorum copia, mihil est, qvod de litterarum inventione pluribus disputemus.

ris literarum primus extiterit inventor; vel comparate, urra gens prior literas habuerit: fed in genere, quis omnino primus literarum, adeoque scriptionis in universum, suerit auctor. Circumferuntur aliàs de singularum gentium elementis versus notifimi:

Primu Hebraas Moyses exaravit literas.

Mente Phonices sagaci condiderunt Atticas.

Qvas Latini scriptitamus, edidit Nicostrata.

Abraham Syras & idem repperit Chaldaicas.

Is arte non minore protulit Egyptias.

Gulphilas promsit Getharum, quas videmus literas

Qvid autem his veri insit, partim vel nunc non est dicendi locus, partim ex dicendis infra patebit.

6. V. Dico itaque I. Non verismile esse, Europaos populos primos esse literarum inventores. Ratio est: Nam cum illi primi mortalium non suerint: sed, ur notum est, serè omnes pervenerint ex Asia: non dubium est, qvin secum inde primam scribendi notitiam deportarint. Dico II. Neo Ethiopes, nec Egyptios illas primim invenisse. Ratio itidem est: qvia ex Historia Sacra constat. Assyriam longè aute Egyptum vel Ethiopiam suisse excultam: deinde etiam & illud certum est, Assyrios longè ante Egyptios Astrologiam excolusse. Unde Simplicius in comment. xxvi. ad lib. 1. Arist. de calo commemorat, observationes

In primis laudant Herman. Hugonem Jesuitam, qui post omnes alios observaverit hac de re, in libello de prima scribendi Origine & rei litterariz antiquirate: Vide & magnum Scaligerum in Digressione de litterarum Ionicar. origine ad locum Eusebiani numeri M. DC. XVII. & Postellum in Tractatu de Phoenicum litteris, cum Angelo Politiano, c. xxxxx. Miscellan. p. m. 543. edit. Lugdum. 1546. in \$c.

tiones illas Aftronomicas, quas è Babylone Calisthenes jussa Arist. miserat, suise annorum 1903, quod tempus, retro ab setate Alexandri Magni numerando, structuram turris Babylonice multis annis antevertit. Neque enim quisquam dicere audebit mirabilium disciplinarum eos poritifimes suisse, antequòm littoras nossens, ait Aug. de Givit. DEI,

lib. xv111. c. xxx1x.

5. VI. Reliqvi autem, qvi vel Chaldair, vel Spris, vel Hebrair, vel Phanicibur, hancgloriam vendicant, conciliari posse videntur; utpote plus verbis, quam re ipsa, dissidences. Quos enim dicimus Hebraos, per lineam Sanctorum Patriarcharum propagatos, diu fuisse populum foe nomine, usque ad Eberum, constat : hujus verò posteros, qui ab eo Hebrai dicti, diu, usquead Abrahamum, Assyriam, Chaldman, ac vicina loca inhabitasse, itidem scienus: indeque justa DEI digressos, occupasse partem illam Phoenicia ac Syrias que tum remporisterra Canaan acposteris seculis Judge appellata oft. Qvid est mimirum, fi eadem gens à subjectis locis, que incoluerunt, nunc Affrii dicacur, nunc Chaldei, aunc Phonices, nunc Syri, nunc Hebrai. Si engo de populo quatas: dico illum, qui poflet Elebrai vocati, primum literarum inventorem elle.

4. VII. Nunc de homine in hoc populo, set de individue, agemus, cui hac res tribuenda. Plerique id tribuunt Moss. Ita en antiquis Cyrillus, lib. 1. cont. Julianum, Eusebius, lib. 1. Prep. Euang. c. v.1. Clemens Romanus, Midorus, lib. 1. orig. c. 111. Eupolomus apud Clem. Adex. lib. 1. Strom. 4 Ex recessionibus, Cornelius Agrippo

of Cinetarquoque idem Eupolomus in Comment Temporum, quam Scaliger policie cina Bosebio, eradous 30-

SER SCHIPTIONE. 400

Textor, Petr. Crinitus, * lib. 2v.11. de hon. disc. c. I. Gyraldus, dial. 1. de Hist. Poet. p. & 10. 2r modo audivinous. \$ 1v.

Primus Hebreus Mosses exaravis literas des. An utut rem literariam aliquo modo, ut cereras Judacorum res, Mosen restaurasse largiamur: quò de pertiner quod sosephus, lib. 11. contra Appionem scribit, Mosse inter cerera de institutionis pueratum curam fuisse, instisseque literis erudiri, proper leges, de xosse primagenitorum actionet, ut actua instensur: Literas tamen ipsas primum invenisse non credimus. Nam (1) Ante Mosen jam suaisse non credimus. Nam (1) Ante Mosen jam suaisse non credimus. Nam (1) Ante Mosen jam suaisse non credimus. Nam (2) Ante Mosen jam suaisse non credimus. Nam (2) Ante Mosen jam suaisse non credimus. Q. Lxxx. in Exod. & lib. xv1112. de Civit. DEI, c. xxxxx. ante legem in this suite literas exinde colligit, qvod in LXX interpretum ventione quidam, uppote Deut. xv1. 18. xxxx. 10. & xxxx. 28. dicaptur ventualem industries yequinam suaventus; qvali litterarum industries.

ilans & Moletiteras accepille: ab Judais Phiepices, ab his deinde Gracos. Ipfa subjicio soco è eit. vesba Clements: Edwónius di vi vi al C e o historia gaire voque fivid, al variante di mentis: Edwónius di vi vi al C e o historia gaire voque fivid, al variante di metto di Terdinos di medica, al comenta di metto di Terdinos di Mariante, al comenta di mentione di metto di

Tta vulgo dicitur, verum autem ipfius nomenfuis

Riccius.

co qvod litteris docendis przessent. Sed, qvidqvid siede hoe argumento Augustini: cùm in Hebrao non fit preso, Sophrim id est, Scribe vel feriptores, fed mono, Sothrim, quod prafettes, apparitoret , ievolibe at aut tale qvid fignificat : Nos (3.) firmius inde concludi posse speramus, qvod DEUS in monte Sinai , cum populo suo litteris, tanqvam re in Vulgus jam noti, egerit; legem suam duabus rabulis lapideis inscribendo. Qvod (4.) alii de libro Bellorum Domini. Num. XXI. 14. de libro Job ance perscriptis asseverant, Theologis discutiendin relinquo. De minilo tamen este non puto, qvod (5.) Jobus C. Xix. 23. teq. ait! O si quis datet, ut schiberentur sermones mei! O si quis davet, ut il libro exsculperentur: Styllo ferres atque plumbs, in perpetuum in rupe inciderentur. Nam qvidqvid fit de libro fobr : Jobum taitien ipsum atatein Moysis antecessis com-5. VIII. Ab Abrahamo autem inventas vult Philo Judaus, Suidas, aliiqve. † At repugnant (1) qvod ante tempora Abrahami Altrologiam à Chaldzis excultam elle credamus: (2.) qvia osephus primo Antiquitat. c. 111. narrat à filis Seth, filii Adami, duas columnas * erectas fuilfe sunam lapideam , alteram lateritiam , elique inscriptas artes, quas invenerant : imò, alteram, scil. Lapideam , sua zrate in Syria superstitem fuiffe. Et licet fidem Josephi , locumqve hunc, passim in dubium vocent : tanta tamen ejus nobis in rebus Judaicis auctoritas esse potest, quanta in Romanis Livii vel alterius alicujus Romani Scriptoris. Unde & Genebrardus in Chronol.

† Sic & Stadiensis Chronicon Abrahamo tribuit inventionem Hebraicarum litterarum.

* Diximus de his in Fasce nostro 11. n. 11. p.74.

Beth & Enoch Aftrologiam invenisse, & duabus columnis inscripsisse, Characteresque Hebraicos excogitasse, vetus est tradițio ex Josepho, Cedreno & Rabbinis.

§. IX. Omnino itaqve ante Abrahamum, imò & ante diluvium, inventas literas existimamus. Nec scio, qvid nos de sententia dimoveat. Nam qvod long zvitatem Passarcharum ante diluvianorum nonnulli prætendant, qvasi hæcabientiam litterarum compensassel: Pateor, giviad werbum Des co tempore describendum, id locum omnino habuiffe. Fuerunt enim longavi illi patres, tamqvam vivæ bibliothecæ, ex qvibus veritas revelationunt divinarum exqviri poterat, fi qvid de illis controversiæ suboriretur. Verbum enim Dei in literas referri non debuit, nisiantecedente peculiari DEI justi ac tempore ab eo desipito: Quemadmodum nec Tabernaculum erigi, nec templum extitui, nec cereros cultus institui, nifi eo mandante, oportuit, Ap yere scriptura potuit har bere tune, temporis alios, ulus, v. g. in federibut ac pactic publicis, in testamentis, in emprionibus, in annorum mundi ferie adnotanda, in commercia, alus rebus cum ablentibus peragendis, &c. Nonenim zum omnia, vel fugaci, licer vivacissimocum, memoria, fuille concredire, vel dubiz quorum vis fidei varifimile after Accedit, quod & cetore arzes, uppora, Sculptoria, fossoria, textoria, pictos via, ac consmiles, ante diluvium inventa sint ut innuit c. zv. Genes, cur non & scriptoria, qua cum his maximam haber affinitatem, utilitatem verò in visa communi haud minorem ? Distingvimus tamen inter ulum ejus frequentem ac rariorem: Neque enim literas quibulvis, ut nunc. ex vulgo notas fuisse credimus.

, S. X. Denique quinam Patrum illorum eas re-

HOLMIUS OF SCREPTURA

pererit, adhuc ambigitur. Josephus, ut diximus & ex eo gyam plurimi, ut Theodoreus, Q. XIVII. in Gen. Ludovicus Vives, Polydorus Vive Grego Tolos. aliqve, tribuunt Setbo, aut ejus illio Besecho, Nos salvo cujusque judicio, omnium pominum parenti, Adamo, assignamus; adducis partim sustoritate, partim etiam rationium, Revisiones ha junt: (1.) Summa primi illius bominis excellentia ac dignitas. Que res procul dubio occasionem fabula dedir apud Hebianos, quòn Adam tanta fuerit magnitudinis, ut ab una extremitate terra pertigerit ad aliam; quò nibil aliud, des hotare volebant, quam quòn upnia compoveru, qua tos universo continentur. (2.) Res alia artesass

Addino Adamum fant est feculu tem jam neegfarien inn invenife, inqvir Ioan. Rieinshemius in CHI. IV. IV. To proferion tuin esset, ut quidem est conseniarum, jamp summit prudentit praditui mitti non st verismise. Unde probat judicium Altisticolor. Chronici: Liquido claret ab ppo primo bomine exercium linerarum consesse. Philipp. Camerarius Centur. 11. Operar. Horar succifivar. L. Lxx.
p. m. 151 s. edit. Francos M. DC. VIII in 410, merito lautean islam Adamo quoqvis tribuit; cujus verva hoe argumumum insustrantia anine, placet adicere. Consesse and mamme, totus humani generoparenem, livinius edelum, ling van exquisiam, discribinar, extrosque estibeidi charaltete, sius primum demonstrasse: nulla esim hominitiarem vol sermo ast gannalu, ita, ut signicium mutos absque commercio lermonis pratus O alitus esse, similiter quoque commercio lermonis pratus O alitus esse, similiter quoque commercio lermonis pratus O alitus esse, finisier quoque conditionem illam passus su. Quare piano familier quoque conditionem illam passus su la consensa particio de duotus pueris tradit. Fuere autem absorbir este su signi, qui postea litera, more recepto, à denno so sus singum latus badiceras due adduc scribitur O legium. Operato son stico bratco de la calque scribitur O legium.

SEU SCRIPTIONE.

tesque ab eo inventa. Monstravit verò viam necessitas. Ipse enim debuit sibi esse, sapre sartor,

braicô idsomate, usque adeò mysteriorum pleno, ut singula verba, imò unaqvaqve littera peculiarem emphasin & signis-cationem in se contineat, lingvaqve ceterarum lingvarum radice O matrice, Deum primos parentes allocutum fuisse, codemque cum Diabelo sermonem congressumque habuisse, rebusque & animantibus ab Adamo nomina, naturam uniuscujusque exprimentia, Deo jubente, svavisima pronuntiatione, non absque auctoritate gravisima, quam post lapsum amisit, im-posita, Moysique legem donique in Arabia monte Sinai suisse datam , multi sancti & eruditi viri affirmarunt. Nec desunt, qvi autumant, hâc primævå lingvå omnes tandem aliqvando locuturos, sicut ante adificationem turru, quam Nimroth post diluvium adificandam, ad vim aqvarum in posterum evitandam, potius inchoavit, qu'am absolvit, & tunc una lingva omnes homines loquebantur; ita conversis hominibus ad cultum veri Dei, sublata lingvarum confusione & varietate, ex superbia O peccato ortà, omnes Hebraicà primæva lingvá usuros: utrum autem vel in hoc, vel futuro seculo id fiet, even-tus suo tempore declarabit, cum prasertim, sicut olim, consusio lingvarum signum ira divina, deinceps donum variarum ling varum, missione Spiritus Sancti signum gratiæ fuerit, 🛷 Dei laus non in una, sed varia lingva propagetur. Id sand idioma ab Adamo in Seth filium, & ejus posteros, ante & post deluvium, à nepotibus Noë, sincerum & incorruptum propagatum, conservatumque fuisse, tum ex quatuor litterarum nomine, qvod tetragrammaton dicitur, O qvô sanctum nomen איירין fehova exprimitur, cui admirandas virtutes Hebrai attribuunt, primavis & antiquioribus literis, hodierno die exaratum apparet, tum quod fosephus epistolam ab Alexandro Magno ad Aristotelem praceptorem suum scriptam; recenset, de sepulchro Cainan, filii Enos, qui fuit ante diluvium, in civitate Persica invento: cujus Épitaphium litteris Hebraicu priscu scriptum fusse, de diluvio futuro, Alexander testatur. Postero tempore Abraham, licet Chaldeu fue-

fartor, agricola, &c. Imo Kircherus in Oed. Tom. 11. p. 1. ex variis Testimoniis probat, Adamum

rit, attamen, teste Suida, sacras literas, & lingvam sanctam, olim ab Adamo O nepotibus inventam O excultam, confer-. vavit. Quod faciliùs fiert potuit propier utrinsque lingva ma-gnam similitudinem, in scribendo O loquendo. Hunc secutus est Moyses, qui non solum Decalogum, antiqua lingva Hebraa in rabulas lapideas auctore Des & ejus digito, incisum, acceptt; sed ettam alias leges & pracepta, ad religionem & rempublicam pertinentia, totu illu diebus quadraginta, quibus fuit alloquis divins occupatus, in monte Sinai conscripsit, qua tandem usque ad DCXIV. excreverunt. Affirmantia quidem CCL XXXVIII. (ttiale 148.) quot hominum offa à Chirurgis numerantur . Negantia verò CCCL XVI. (male 365.) quanta est summa dierum anni. Unde à nonnullu Hebraicarum litterarum invensor existimatur, cum prasertim eam lingvam punctis insignitam, à Des accepisse dicatur, dum legem in monte suscepit, licèt ea puncta offe recentiora, à nonnullis existimentur, O exorta effe demum post tempora Honorii Imperatoris, anno ab everso templo CDXXXVI. & post CHR ISTI passionem CDL XXVI. in Tiberiade urbe Galilea. Duravit hac integritas lingva prisca Hebraa deinceps utcumque, quamdiu veri Propheta, 👉 pii Reges , florente regnô Israëliticô , vixerunt 🗸 regnârunt, donec Judai propter idololatriam, & alia horrenda scelera, amisso regno, etiam lingva sua sanctissima & elegansissima jacturam fecerunt. Unde apparet quemadmodum sieperbia, O alia peccata populi, in adificanda turri Babyloniea, Deum ita offenderint, ut loco pænæ, confusionem lingvatum immiserit, & ita iratus vanissimos conatus hominum, expidissimó animó ad tam superbum adificium intentorum, impedeverit, manentibus tamen pristina lingva vestigiu apud illes, que participes bujus pomposi operu & structura non suera gva, in Paradifo, Doctore Deo, orta, propemodum radici-

SEU SCRIPTIONE.

mum omnis litterature peritissimum, Théologues fuisse, Philosophum, Medicum, Afredogues, Chumicum,

tus fuisse extirpatum. Hoc accidit cum primo decem tribus, deinde relique due in Affyriam captive ducte effent, destructe Hierosolyma, temple & regno Judaico, in qua servitute sepeuagina annos permansère. Illo exitio dinturno porius Sy-riaca lingva usum (sicut seri solet à victu, ad aucupandam vi-Elorum gratiam) assumpserunt, qu'am incorruptam priscam lin-guam retinucrunt. Possequ'am autem, duce Zorobabele, due saltem sut Suide placuit) tribus, ac dimidia, ad instaurationem templi reversa sunt (nam reliqua potius in Persia manere. quam in patriam, metu hostium circumjectorum, redire vo-Iuerunt) Esdras, sacerdos, & scriba, novas literas, que Hebraa, loco primavarum, dicta funt; quarum nunc usus est, envenit. Ea, licet ab Alphabeto, quod Adamo, filiu Seth, Abrahamo, O Moysi consvetum fuit, quantum ad figura longe diversa suerint, cum eo tamen, quantum ad modum scribendi, & characterum numerum, est idem. Nam dua & Digenti funt litera; à dextro in sinistrum latus desinentes, eôdemque sono pronuntiantur. Mutationem autem illam, parum ab Syriaca lingva differentem, ideò factam fuisse censent, ne Samaritanorum litteris & characteribus, qvi Hebraos confervarum, similes essent, neve Judai cum schismaticis Israelitis ullo sacrorum usu communicarent. Quamobiem ista litera & ling va Hebraa, qua fuit à Judais, postliminio reversis, repudiata, ante captivitatem & posteà, Samaritana vocata est. Hac obiter de primava & recentiore lingva Hebraa, recensere volui, cum illa mutatio non solum sit memorabilu, sed etiam ad multas res graves & non vulgares retius cognoscendas, admodum utilis. Offeret autem sese fortassis occasio alio tempore tommediere latius disserendi, quomodò a lingva primava He-braa, veluti à matrite, relique lingva omnes fluxerint G propagata sint. Ideoque multa vocabula in its, etiam in nostrá bi pernacula, remanserunt. Nunc verò ad vos humanissimos Cann, il datos (vestra enim potissimilin res agitur) convertit se med alm sto. Mirantur verè eruditi & docti viri, plerumque cos, adici-Ec 1

Digitized by GOOGLE

micum, Mathematicum, &c. (3.) Longævitas summa. Novem secula emensus est. Nec enim inrerez

operam suam impendere, ut orationem aliquam elegantem Latinam conscribere possint: Verum in elocutione & pronuntiatione parum folicitos effe," ita ut auditoribus eruditioribus sapenumere potius nauseam moveant , quam eos ad audiendum attentos faciant. Hocqve fit solummodò ex prava consvetudine, qva ab ineunte atate imbuuntur , neque exercentur ad elegantem & decoram pronuntiationem. Inter ista vitia, qua à paucu animadvertuntur, pracipua sunt, fotacismus, quando I littera, pleniore sono, O supra justum decorem extenditur. Lambda-cismus, ubi L, nimu operose sonat, ut, Ellucet, pro Elucet: Salluus pro salvus. Ischnotes , loquendi quadam exclitas , ut pro Nunc, Ninc, Oc. Traulismus, hasitantia quadam aut titubantia oru, ut Cacanit, pro Canit: Tutullius pro Tullius. Huic vitio Fabius Qvinctilianus remedium affert, lib. I.c. V. (al. IX.)Plateanismus, quando crassius, & voce plusquam virilinitimur, ut pro Montes, Moantes: Fontes, Foantes. Tritum quoque apud nostrates, quod pro V. consonante, F. sonant; & contra F. pro V, ut Folo pro Volo: Fu pro Vu: Vero pro Fero. Has & similia vitia cotidie, ex corrupta elocatione, magno cum fastidio doctissimarum aurium audiuntur. Ideoqve adhibenda diligentia est, ut si rectô tramite ad altiora ascendere cupiatu, prins minima ista observetie & corrigatie. Puerille hac eft monitio, forte dicetis, neque conveniens tam amplissimo consessui. Verum pueriles errores licet minimi videantur , si in adultioribus perdurant, minime ferendi sunt, prasertim is qui indecori habentur, & offensionem pariunt. Quemadmo-dum enim ea, qua nunc virgulta sunt; erunt, si negligantur, robora: ita, que initio facili avulsione dirimi possunt, posted vix securibus icta, succumbent. Que elegans similitudo ed multa utilis est. Idipsum quoque observavit Melanchthon, lumen illud Germania, qui recitare solitus fuit historiam, de Legans Wirtenbergicis, ad Pontificem Romanum missis. Esse enim i viri docti, eloquentes, O magna auctoritate prastanses effent, tamen corum pronuntiationem & perorationem tam 67a∏am tereà Regem, Sacerdotem, ac Patrem totius generis humani otioium spectatorem sedisse putandum est, qvô minus non solum prima artium ac doctrinarum sundamenta jecerit; sed & ne eadem collaberentur, sugacem posterorum memoriam visibilibus qvibusdam noris sulciverit. Verum cum hac res satis sit, ac Historica, longéque ab hominum memoria remota, nec satis idoneis auctorum testimoniis subnixa: suô qvemvis sensur abundare facilè permitrimus; libenter herbam porrecturi melius ac verius docenti.

erassam & ingratam auribus Pontificis & Cardinalium fuisse, ut indignabundus illos absque responsione dimisisset, re insectà, nisi Capnio veluti interpres, svaviore elocutione illorum errorem correxisset, atque delicationibus auribus Pontificiu satisfecisset. Hos Plateanismos Melanchthon Hechingense Latinum, cum effet hilarior, in familiari colloquio, subridende appellare folebat. Praterea memini, cum superioribus anne Legatus Regis Galliarum, Nicolaus Harlaus, D. de Sanci, in progressionibus juventutis, O distribuendis pramits auditor O spectator boc in loco , adeffe non dedignaretur , illique nostra solemnitates admodum placuissent , cum prasertim à Georgie Paullo Nuzelio patricio Norimbergensi, tunc adolescente & classico adhuc, eleganti oratione extemporanea exceptus, & illi gratice peculiares pro honorifica prasentia acta essent: Eum nihil aliud desiderasse, quam politiorem, cultiorem, & molliorem pronuntiationem, ita ut diceret, se pleniorem fensum eorum, qua dicerentur, affequi non potuife. Hoc vitium etiam in nostra vernacula ling va non inusitatum est, sicut in conventibus Imperii & Statuum , in peroratione Legatorum sapenumerò non absqve molestia auditur, qvando præsertim vel elatio nimia, vel exilitas vocis accedit. Postremò hanc doctrinam Colophonis locô memoria commendetis; Literarum scientiam non tantum tacentes, sed etiam loquentes, ornare. Tacentes, quoniame mores rudiores cohibet & purgat : Loquentes , cum verbis gratiam & elegantiam subministret. E e 2

5. XI. Fuit causa efficiens, ratione prima inventionis. Ratione verò operationie, vel ordinaria cademiest, vel extraordinaria. Extraordinaria cat (c.) ipse DEUS, qvi immediate digirô suò, id est. vi omnipotentia, legem duabus tabulis lapideis inscripsic. (2.) Angelus aliqvis à DEO missus: uti sactum est Dan. v. 5. seq. De qvibus

feribendi modis, cum captum humanum exsuper rent, non est, quod hic agamus.

S. XII. Ordinaria verò caussa scriptionis est bomo: isque vivue. Utut verò homo dici nequeat,
nisi sit vivus: hoc tantùm addo propter Pontiscios: qvibus nihil est frequentius, qu'am literas
scriptas à mortuis jactare. In rei patrocinium
adduci possunt (1.) Litera Elia, 2. Chron. XII.
12. scripta ad Joramum silium Josaphati, longe
post translationem Prophera. (2) Qvod Niceph.
lib. VIII. c. XXIII. referat, Chrysanthum ac Musonium, Episcopos, defunctos in Synodo Nicana, nomina sua post mortem Synodalibus actis
inseruisse. (3.) Epistola illa Divorum in Papatu.
Nota est fabula de Carolo Magno, qui calitus
hunc versiculum accepit: Ægidii merito Caroli
peccata remitto. Hujusmodi commentis plena sunt
Sanctorum legenda.

perfectior. Natura etiam animantium, contrà quam hic fit, priùs se movet dextrorsum: qvomodo & acturi aliquid, brachium non attrahımus, sed explicamus. Imò Hebral ipsi, etsi litteras componentes procedant smistrorsum, in singulis tamen listeris efformandes prints effingunt finisteriorem, hinc dexieriorem pariem. Huic modo alter successit. Nam morem quidem ipeterem hactenus retinebant, quod primo a dextra suistrorsum irent: sed ubi ad sinistram pagina pariem devenerant, inde, quia is se locus primo offerret, dexitorsum in scribendo recurrebant.
Antiquistinis Grecorum hic mos placuit: aigre id vocatum
gue 190 propor recorum instar versure bount scribere, qua Bus gaposo veghes, instar versura boum seriere, qui sincas ducerent, uti boves in arande ducunt sulcas. Liquet bot ex l'ausaira Eliacorum priori; ubi varrat, ut s'oppleus in memoriam arca, in qua servatus eras Cypleus, dicarint Glympia arcam: ejus arcainscriptiones sulfe requiumen us estadoia, listeria antiquia, has estadoia sulferman servatura di sulfa aliam, que sus gandos deciur: nam, inqui, am si tela sulfa sulfa estadoia servatura de sulfa estadoia servatura de sulfa estadoia servatura de sulfa estado e Cartitur in Claulo. Similier Hespedius Busegonies. unes salves exclus challes bis espesant Buri rat autregonis mein his theyer ? emi & regions legan Cutio. Buse. groby dixère, qvando inftar arantium boum versuram qvis facit, Dixercautem, qvia co modo feribatut. Anraix erant leges Solonis : ut auctor est Didymus : cujus de co verba apted Harpocrationem habes, ubi explicat, quid fit, O na zwo sv vou G. Eademqve Suidas exscripsit x sed Didymi nomine praterito: ut observatum V. CL. Ioanni Meursio, Atticarum lect. lib. 18 c. XXII. Ex Latinis hune modum refert Ifidorus, lib. v1. Orig. c. x111: Verlus, inquit, vulgo vocati : qvia lie scribebant antiqui, sient ararur terra. A finistra enim ad dexteram primum deducebaut stilum: deinde convertebantur ab inferiore, & rurlum ad dexteram SEU S.C.R.I.P TIONE. 40

braum, ab yan invertie, ut bene conjicit Vossius. 1. c. p. 129.

S. VI.

Versus : qvos & hodie rustici Versus vocant. Mirum autem, quod nonnullis traditum; O ex his Nautlero generat. . LIV, Hebraos Bus egondo progressos usque ad tempora Esdra: eum primum instituisse, ut à dextra sinistrorsum scriberetur. Quod si est, immutandus sit ordo modorum, quos posuimus. Tertius scribendi modus est à sinistra dextrorsum: ut faciunt Graci, Latini, Germani, Illyres, alii. Quartus modus est, ut à summo in imum deveniatur. Quomodò incola Taprobana. que in Australi est Oceano, jam olim scripsere; teste Diodoro Seculo, pene extremo libro 11: Tesi Que o 7 lus sixus con es & manyion conferentes, warer nuis, and anuler nate nulayengerles eis octor Scribunt versus non cos in transversum extendendo, ut nos; sed à summo eos in imum re-Età deducendo. Hodiéque boc scribendi genus obtinet apud Indos: ut proditum à Ioanne Francisco Poggio Florentino, in libb. de varietate fortuna , ubi India mirabilia enarrat. De Sinensibus idem memorat Nicolaus Trigau!tius, lib. 1. Sinensis expeditionis, c.v. Tæpocon boc scribendi genus dicitur Gracis. Festus: Tæpocon † Græci soliti sunt appellare genus scribendi deorsum versus, ut nunc dextrorsum scribimus.

Tampercon habent: alii Tempocon; alii aliter. Ego, inqvit Paullus Colomesius in notis ad Gyraldi Dialog. 1. de Poëtarum Historia. Tom. 11. Oper. col. 9. edit. Lugdum. Batav. M. Dc. xcvi. in sol. si Tapocon legendum sit, lubent deducerem cum dostissimo Vosio ab Hebrao (non 1511 ut mendosè editum, sed) 7511 vertit, evertit, cujus Futurum (non marin ut rursus vitiosè expressum sed) 75111 unde Tapocon sen qui meo Vossio, p.m. 129. est tapocon Probabilius sanè, quàm Hieronymus, qui voces Ephesus & Tychicus ab Hebrao pon voluntas & rium (sortè pru) siluit, derivus. Quad minus perspexit lyneeus Scaliger (masè enim Gg 2

5. VI. Est & alius scribendi modus, qvem

Si genuina hac est scriptura (variant enim codd. MSSi) vocem banc Graci acceperint à Phoenicibus Syris. Hebrais enim 757 hapach, bec'elt, vertit, convertit, evertit, subvertit: cujus futurum מחשר, tahapoc, boceft, invertes, evertes, pervertes; unde tapocon: qvia cum Phænices sinistrorsum, Graci dextrorsum scriberent; utrumqve saeerent suseoondor yegiporles: hic diverso ac perverso modo, non ad alterutrum latus, sed deorsum proceditur. Nec tamen hoc genus plane ignotârunt Graci. Nam est in litteru primu carminu ejus, quod exegsixis à Tullio queque vocatur in secundo de divinatione, c. LIV. Tum verò ca, que angesixis dicitur, cum deinceps ex primis versus litteris aliqvid connectitur. Atque addit, ita sententiam pratexi tum carmini Sibyllino, tum Ennianis quibusdam. Existimet alique, & quinctum effe modum. Nam si, ut Graci, scripsere non dextrorsum modossed etiam Buseopndor; qvid impedit, qvô minus feribatur, non deorsum modo, sed & redeundo mox sursum, itidem puseo-Ondov. Reciè sanè: verum si modos scribendi, quotquot afferri possint, producere animus sit 3 non jam quinque solum suerint, fed quatuor & viginti, quod pridem aliis demonstratum, inque his Hugoni Hermanno: fed nobis sermo de iis, qui sunt, vel fuere in usu. At qvinclum illum nulla gens usurpat. Fateor de eo quoque refragari nobis Zuingcrum, lib. 1. vol. 14: ubi Δit.

falso tribui Gothis à Theodoro Zvingero, lib. 1.
vol. 1v. volunt Vossius I. c. & Herm. Hugo, p.
81. Verba Zvingeri hæc sunt: Secundum longitupinem à summo ad imum, & hinc rurssus ascendendo, veluti per spiras (qvales sol annuo motu per Zodiacum facere dicitur) scripferunt Gothi veteres in
saxie vetustissimis, qvæ etiamnum exstant. Et hujus rei auctorem laudat Olaum Magnum ArchiEpi-

ait, secundum longitudinem à summo ad imum, & hinc ruisum adscendendo, veluti per spiras (qvales Sol annuô motu per Zodiacum facere dicitur) scripsisse Gothos veteres in saxis verustissimis, qvæ etiamnum exstent. Atque hujus rei austorem saudat Olaum Magnum, Archiepiscopum Upsalensem: qvi hac de re agit lib. 1.c. vII; sed is qvidem dicit, Gothos saxis solere inscribere res gestas: at illud alternis versibus nunc descendendo, nunc adscendendo secisse, non dicit. Uti nec soames Magnus: qvi fratris sui, cui com ma accompanta successit, sententiam adducit, de Gothis, lib. 1.c. vII. Hactenus Vostius.

secundum altitudinem, Turris instar, scripta sunt. Kambaron quoque oralis, & oralion dicitur hoc feribendi genus. Hefychius; Σελίς, πουχίον, καθαβαθόν βιβλίυ. Suidas: Σελίδιον, το क्रें के वेंग्रामी का कावा प्रामण मार्ग का का रही मही मही करियों रे nim, ut jam observatum fuit à Viris eruditissimis, propriè significat lineam, qua deorsum versus ducitur, ut ipsa vocis notatio declarat, cum xalabalor dicatur, quasi nalo Baiver. Hxc Crojus. Alexander ab Alexandro, lib. 11. Genial. dier. c. xxx. p.m. 529. Proditum memoria est, inqvit Athiopes per-plexo scriptura genere usos, ut non ex lateribus digestis ordinibus, (ut mos communus habet) sed à summo ad imum litterarum ductus exararent, quod tapocon Graci adpelfant, qui cum septem characteres habeant, illorum singuli quatuor recipiunt significatus. Ubi Christoph. Colerus in notis: Illud tamen, inqvit, verbi tæpocon qvid sit, neque Mexander, neque Tiraqvellus intellexère. Ego qvoque me nescire, fateor lubens. Gg 3

Episcopum Upsaliensem. Sed qvidqvid sit de Olao Magno, vel ejus fratre Johanne, num hac ανωλιξά habeant, nec ne: Illud tamen omni modo negari non posse credo, quod vereres Gothi per spiras scripferint in saxis verustissimis, qua Runica appellantur. Testari hoc possunt & aveyla, & exempla à Verelio I.c. Wormio & aliisposta. Et tantum de modis scribendi absolute speciatis,

qvot & qvales sint.

5. VII. Comparario verò si instituatur: cum occidentales orientalibus in scribendo contrati fint; illi enim à finistris dextrorsum scribunt, hi contra: quaritur, quisnam modus natura sit con-venientior? Gerh. Voss lib. cit. p. 127. illum morem Hebræorum, ut ceteris antiqviorem, ita & rudiorem ac imperfectiorem pronunciar. Graviùs adhuc Goropius Becanus, Hierogl. p. 45. He-bræos hôc modô scribentes idem facere, ait, 46 si quis eum, qui egreditur è templo, depingeret veluti mtrantem. Cum quibus saciunt Hugo Herm. lib. cit. p. 78. Angelus Roccha à Camerino, p. 80. Walton. Prol. 11. num. 15. aliiqve. Argumenta corum hæc funt (1.) In genere, à natura motus animalium: qvæ prius se movent dextrorsum qvam finistrorsum. Sic acturi qvid brachium non attrahimus, sed explicamus. (2.) in specie, a formatione litterarum apud Hebreos. qvi etfi litteras componentes procedant sinistrorium: in fingulis tamen litteris efformandis priùs effingunt sinisteriorem, deinde dexteriorem partem. Verum hac aliaque apud nos tantum ponderis habitura non funt, ut virgulà censoria audeamus rem, qvam DEUS reperit, notare.

5. VIII. Qvod attinet posterius, scil. externam, figuram litterarum: ejus observanda, tum diversitas, tum uniq. Esse quamdam diversitatem scri-

ptio-Digitized by Google

prionis quosd ductus litterarum apud diverlas gentes, qui negar, hund vel oculis catere, vel certe non aliam quam luz nationis, feripturana vidile, existimo, Alio enim modo Arabs, alio Gracus, alio Latinus pingir. Nec hac res

nos moratur.

6. IX. Sed cum tot fint, tamqve varii, per orbem terrarum litterarum Characteres: qværi potest, anne ulia industria humana fieri possit, ut tam mille modi scribendi ad unitatem quamdam reducentur, pro bis substituendo unum, qui universo generi bumano effet communis? Rei subministrarunc conssium in hac devecta mundi ætate non pauci; imprimis autem Gerh, Vost lib. 1. de arte Gram. c. x11. p. 149. Brianus Waltonus in Prolog. 11. operis Anglicani num. 22. aliique: purantque fabricari polle qualdam noras universales & ubivis locorum valentes, quibus, licet non alius, qu'am patrii, fermonis gnarus, descripta tamén volumina quavis intelligere, ac in sua quivis lin-tra légère, posser, sich me Europa jam omnés fere gentes intelliguet, quid valeant he limeri, 1. 2. 3. 4. 5. &c. utur in pronunciatione varient. Brocus enim dicerer Equ, twa, tree, fyra, fem, &c. Finno, yx, cak, colmi, nalie, wyfi Italus Uno, due, tre, quattre, cinque: & sic suo modo reliqui.

5. K. Suz autem Hypochefi partim rationem fubsternunt, partim & experientiam. Ratio hac eff (1.) quia canceptus apud omnes gentes iidem funt, ex sementia Avistor. I.c. & omnium Philosophatiun. Unde quemadmodum figna dari posfunt rorum , ut pictura bominis , leonis, arboris, &c. que in azimo ubivis gentium similem gignunt conceptum, five qvis fuerit Turta, Muftovita, vel Indus; Ita cur non ralia dari posturar signa Gg 4

etiam ipsarum vocum? (2.) 2 pari. Nam si homines, & potissimum pueri, qvæ ætas maximè valet memoris, brevi temporis spatio plures addiscunt lingvas, adeoqve multa millia vocum: cur non æqve facile, nonnulla millia Characterum, qvass signa communis cujusdam lingvæ, addiscerent?

§ XII. Experientiam quoque testem appellant. Nam quod videmus fieri in parte, cur non fier etiam in toto? Jam, inquiunt, videmus plurimas gentes, licet lingvis differentes, plurimas notas Rerum habere communes: qvid obstar, qvominus & omnes gentes in communia figna & vocum & rerum consentiant? Minorem probant non solum à sapientibus, sed etiam plebeis. pientes diverfissimorum sermonum conveniunt in notis 1. Arithmeticis, 1.2.3.4.5.6. &c. ut modò dictum est. 2 Astrològicis, tum septem planetarum, h, 4, δ, 0, 2, 4, D: tum duo-decim fignorum Zodiaci, γ, 8, II, 5, A, &c. tum aspectium & , *, \(\D , \) 3. Medicis, 4. Chymicis, aliisque. In Chinensium regno populi XX. ferè lingvarum sunt, totô człô à se invicem distantium: Omnes tamen eodem modô & scribunt & scripta intelligunt.

6. XIII. Hæc inquam aliaque à magnis viris dicuntur, applausumque rei & jucunditate & defiderio merentur. Verum si consilium non ex animo a sed ex eventu metiaris: vereor, ut hæc res in effectum deduci possir. Rationes nostræ hæ sunt. (1.) pæna humano generi ex juste Dei judicio insticta. Hanc enim, ut lingvæ prioris, sic & scripturæ, oblivionem in animos structorum turris Babylonicæ induxisse puto: adeoque hujus varietatem tantisper ex toto manere, quam diu illius manet. (2.) Rei ipsus, etiam sepositô divino

bêc judicio, difficultas. Cogitandum est 1. de quodam, qui tale occumenicum concilium indicat, ubi inter omnes gentes de universalibus illis notis vocum, seu characteribus, conveniat. 2 illos characteres pro innumeris animi humani conceptibus fore propemodum infinitos. 3, perplurimos fore, qui hoc genus scripturæ aspernentur; utpote assvesadi proprio, liberosque suos alsi potius, quam tam arduæ disciplinæ, tradituri. Unio itaque illa seu conformitas characterum, in hoc seculo optanda magis quam speranda. Interim suum cuique judicium lubentes relinquimus.

CAPUT VI. De Fine Scripturæ.

Finis scriptura ex iis, qva jam scripta sunt, haud obscurus esse porest: dividemus in proximum & remotum. Proximus, est conceptuum interiorum animi manisestatio. Unde Puteanus, Orat. XIII. de Palast. bona mentis, p. 237. Parum erat, inqvit, indicium animi ministerio sormare vocis, nisterablentes posterique audirent. Profus impersettum lingua ingenium mortales censuerunt, nister calami usus accederet. Qvibus pramittit, p. eadem: Sed quos limites solertia humani patitur ingenii? Postquam primum sive natura, sive industria miraculum, eviluit, (loqvi:) scribere tentavit quisque, etiam sive voce loqvi. Lingua orisque vices ad manum translata sunt, & sermonia picturam niveum Papyri aquor excepit.

f. II. Remotus sunt omnia illa bona, qvæ ex revelatione sensium animi nostri oriuntur: iisdemqve, imò longè majoribus, terminantur si-nibus, qvàm qvibus lingvæ ac orationis usus. Nam ut illa, & gloriæ DEI inservimus, & commodo nostro nostrorumqve: sta & scriptione.

Gg S Digitized by GOOG Con-

Confer que jupra dixients c. 11. 5. 11. Dizi : imi longe majoribus. Nam voce agimus saftem cum przsentibus: ejusque actio transitoria est: Unde & Homerus ei alas tribuit, dum passim "wea wieromerus et alas tribint, dum palim i via riegéné vocat. At inscriptura; etiam Absentes Poferique nos audiunt, ut modo ait Puteanus. Imo
vetultatem propagat, nihil sinet interire; & qvod
omnia conterit, temps, cogitur nostris manibus
succumbere, teste. Coel. Rhodigino lib. 1x. * c.
141. Et mox: in qvam ne mortis quidem avida
sanatim inte allum habet.

rapacitas jus ullum babet.

5. III. Sed duo hie regeruntur: (1.) Malailla, que per hoc inventum, quasi illuvione quadam genus humanum inundirunt. Nam ut præteream litteras memorizesse venesum, dum hæc in illas rejicit, que ipsa servare debuisset : certe negari nequir, ex hoc fonte plurima noxia manific: par-tim in Ecclesiam, qualia Hzreses, blasphemiz in DEUM, calsimnia: & partim in Respublicar, utpote proditiones, seditiones aliaque : partim denique in rom familiarem ut supra, furta, famosi libelli, & id genus alia (2) Ausgritat, tum integrorum populorum, qui vel scripcionis usu in universum abstinuerint, ur apud Sabell. Encad. lib 1. vel saltim Typagraphiam non admissrine, ur sit in toto illo amplissimo Imperio. Tuncico: tum fummorum in Republica wirerum, qualis fuit apud Ægyptios quidam Thaune apud Conlium, lib.xxii.c.xv.extr. + apud Romanos vero POUCE-

* Hic locus vitiosè adductus est.

[†] At Coclius ibi ita scribit: Illud denique non babendum insuper : ad Egypti Naucratin , uti in Phadro serebit Plato, deum fuisse quemdam, cui dicatam ferunt avem ibin, quique fit Theut, ac item Theutaces, seu Mercurius, quod pierisque arrist: bic omnium princeps & numerum & computationem excogitavit, sed geometriam quoque ac astronomiam: talorum

Licinus imperator, qvi litteras Virus ac publicam pestem appellavir. Autor est Aurelius Vi-

Cor †† in vita ejus.

5. IV. Sed Reipond. ad I. Et qvidem, r. opponendo malis illa bona, qvæ adferum. z. Diftingvendum inter usum & abusum. z. Interid, qvod litteris convenit per se ac per accidens. Ad II. Videndum esse, non qvis dicat, sed qvid dicat. 2. Hi ipsi μισίμισοι erant: adeoqve hujusmodi importunas litterarum censuras, non veritas rei, sed suus ipsorum malus affectus expressit. z. in specie: qvòd Turcæ Typographiam non admittunt, hoc non litteris in se adscribendum, sed partim religionis illorum vanitati, qvam nolunt mundo innotescere; partim & tot librariorum in illo regno Myriadibus, qvibus aliàs non suppeteret, unde siverent.

vursus, aleaque lusum, & litteras: quâ tempestate Ægypti vex fuerit Thamus, quem dicunt Ammonem. Que quomodo huc faciant, non video.

†† Hunc locum nondum inveni.

Et Tantum.

Non alienum erit bujus argumensi adnessere Progymnasma VII. è Jacobi Pontani Jesuitæ lib. 1. Dialog. p. m. 20. s. edit. opt. Francos. M. DC. XXX. in 8t. continens CALAMI ADPARA-TIONEM. Conloquitores sant VEDASIUS & BALTHASAR. Prior ita incipit.

cùm haud invenuste exares elementa, doleo tibi nec chartam esse bonam, nec calamos aptos. B. Ab his singulis sateor me inopem. Charta nec candida multum, nec sirma & plana: sed aspera, scabra, & pilis parvissimis a plena: quos

« PARVISSIMIS] Hôc superlativô semel, iterum, 26 tertium usus est Lucret. lib. 1. v. 608.

cùm à calami crena s detraho, mora scriptioni affer-

Pratereà nisi erit minimum, parvissima quaque Corpora constabunt ex partibus infinitu. Usus etiam Varro, libris de re rust. †

A CALAMI CRENA] Subtilem illam, & parvam sectionem in dorso calami, qvô is atramentum remittat, similitudine qvàdam crenam vocemus licet. Nam extremum sagittæcui nervus inseritur, & summa arcus cornua, qvibus extrema nervi aptantur, crenæ dicuntur à sectionibus, & incisuris. Et crenata qvædam herbarum solia. Nôsse porro qvæ charta proba, qvæ non proba: qvomodo recte apparetur calamus seriptorius, & qvæ sint ejus genera: qvå ratione exeellens coqvatur atramentum: qvis sit modus venuste litteras sigurandi: qvæ studiosorum deniqve instrumenta ad usum commodiora, hæc, inqvam, & similia nôsse haud indecorum est adolescentibus iis, qviad artes ingenuas omne suum studium contulerunt. Ea etiam ratio de iis rebus purè, ac propriè

† Idem ibid. Lucret, v. 614.
--- Nam qvamvu funditus omnu
Summa sit infinita: tamen, par viss ma qva sunt,
Ex infinitu constabunt partibus aqvè.
Sic lib. 111. v. 200.

--- Igitur parvissima corpora proquam

Et lavissima sunt --Varro apud Nonium in Rictum (non Rictus ut adducit Godesc. Stewech. in lib. 1. Veget. c. vIII. p. m. 33.) p. m. 221. ritus parvissimus. Veget. loc. cit. Ex parvissimus simperium suum penè solis regionibus, O mundi ipsius single sidentis. Penes Collium Aurelianum non uno loco legi docet C. Barthius, lib. xxxv. Adversarior. c. 1x. col. 1648. Sic Festus: Spara parvissimi generis jacula, à spargendo dicta. Isidorus, Origin. lib. 1v. c. vIII. Hordeolus est parvissima O purulenta conlectio in capillu palpebrarum confituta.

affertur: qvod si non detraho, scis ipse qvales efformentur litterz. Sed qvod intolerabilius mihi accidit, etiam perfluit : verum hæc culpa sit atramenti potius, qvod cum esset heri spissum valde, aqva nimia effecit dilutissimum, & subalbidum. Calamos ad usum accommodare cultellô prorsus nescio: & te etiam atque etiam, vehementerque rogo, ut hanc rem me doceas, si ipse scias. V. Miserer me tui, qui pane solus ignores, qvod condiscipuli tui didicerunt magnam partem. B. Libera tu me istà ignorantià. V. Ausculta igitur. Anserinz pennz sunt ad scribendum inprimis appolitæ, iisqve plures utimur, ac fæpius qvam pavonum, aut cygnorum: qvarum illæ nimis sunt duræ, hæ nimis amplæ: qvamqvam diutius bonz permanent atqve anse-rinz. B. Teneo. V. Ex his ipsis anserinis meliores judicantur, qua funt pellucida, mediocriter durz, cavô longiore, ampliore, firmiore. Qvz autem habent cavum breve, angustum, & suns admodum duræ, ut qvæ inhærent extremæ alæ, non probantur. B. Jam noverim deligere pen-V. Ubi delegeris, ita apparabis. Rescindes caudam, plumulas utrinque detrahes, scalpelli tergô cavum pennæ levigabis, extremum cavi, seu caput rescindes ex utraque parte, antrorsum & retrorsum: hôc modô, ut fiat bifurcata (aspice.) Tantum porrò resecabis, quantum latus est ungvis auricularis digiti, y & medullam

loquendi paucis nota: quandoquidem & fimplices earum voces, & conjunctionem plurimi penitus ignorant. Quorum ignorantiz totô hôc volumine conabimur fuccurrere. Sciendum nihilominus, in talibus circuitionem, metaphoram, catachrefin else necessarias.

AURICULARIS DIGITI] Habent sua cognomenta digiti

extrahes. B. Meminero. V. Post hacin dorso grenam facies : id est calamum cuspide cultelli. five extremô cultellô juste per medium scindes. sic, ur fissio seu incisura diametro dorsi pane zqualiterque respondeat. Tum ubi adhuc aliquantillum deorsum à fronte exsecueris, à dextris. & finistris acuere calamum, & mucronem facere perges: seu zovabis duos illos pediculos, sivecruícula. Nunc me vide, qvomodo indirá crena utrumqve horum absolvam. B. Observo. V. Rastellum hoc, quam mucronem anteà vo-cavi, temperatæ gracilitatis esse debet, de quo quanto plus abscideris, tanto habebis calamum obtusiorem, & grandioribus notis ducendis apriorem: dextera tamen pars, in quam calamus dum scribimus incumbir, sit aliquanto altior finistra, qvod discrimen adeò sit minutum, vix ut perspiciatur. Age experiamur hunc nostrum. Accipe. vide an placeat. Quare sic eum capis? B Sic ad-svevi. V. Tene pollice, & medio digito, molliterque superpone indicem, sic: ita minus vacila labit manus, & firmiùs eam chartæ imprimes. Sir autem brachium usque ad cubitum liberum dum scribis, & pondere suo tabulæ, seu pluteo innitatur, tota autem manus auriculari. Intuere me scribentem. B. Imitabor te ad ungvem, & qvi∸

digiti utriusvis manus, qvorum satisest manisesta significatio. Lege nihilominus Isidorum, lib.x1. c. 1. & Torzent. in Sveron. Aug. c. ixxx. qvi cur indicem dexteræ manus digitum salutarem nominet, caussam adhuc nescrite mesateor. Sed quare is, qvi minimo, si ve auriculari est proximus, annularis dicatur, seu potius qvamobrem annulo decoretur (nam inde adeptus est id nomen) caussam explicant Gell. lib. x. c. x. Macrob. lib. vii. c. xiii.

SE SCRIPTIONE.

evibuscumque officiis potero, mam erga me hu-

Addam & buc faciens codem e Pontano Programafina XXIII. p. m. 52! inferiptum Arma scholastica: a Contoquutores sunt MICHAEL, AM-BROSIUSI

Tieneri. Scholam petentibus nobis in Aldies finghlos, ac penè incolentibus, eum instrumenta, ut aliis emusivis generis artisteibus, fina necessaria sint, iltorumique appellationes que dam milia exciderius; obsero, quod sine molemistrua sat, pedige illas fin memoriam meam, se velus into unum adspetum subjece universa. A. Porsiam non subjunt animo omnia: quamque quam adea multa non sunt. Verèm si qui de-feiero, ait Plantaus Pseudotyndarus, id nescium

ARMA Semetiastron) Armorum nomino non bellica modo, verdin ériam quatum is actum acquererant inflatinosta fatelligiunur. Meridolarum arma fum ligoses inflatenta soplaufira, venuens, etc. Nautarum rudentes, vela, antenna. Virgil Georg. 1. v. 160.

Dicentum & que sint duris agrestibus arma. Æneid, V. v. i S.

Colligere arma jubet, validifqve incumbere remis, Et lua item pistorum. Æneid. 1. v. 181.

Tum Cererem corruptam undu , cerealiaque arma ; Expediunt fessi rerum. - - -

Cocorum olla, sartagines, cochleatia. Studiosotum sibri, calami, &c. Sacerdotum breviaria qvæ vocant, missalia, calices, &c. Cic. in Bruto, ingenii, auctoritatu: in Oratore, prudentia: in Catone, c. 111. arma aptissima senestutis aries & exercitationes. Qvinctil, lib. x11. c. v. arma facundia dixit.

6 IN FORULIS REPONUNTUR) Meminit forulorum in Octavio Tranqvillus, c. xxxI. in hac verba. Qvidqvid fatidicorum librorum Graci, Latinique generis, nullis vel pa-rum idoneis auctoribus vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit : ac solos retinuit Sibyllinos. Hos quoque delectu habito: condidique duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi.

y Alia vocatur augusta) De hoc, utitem de aliis chartarum generibus, Hieratica, Livia, Saitica, Teneotica, Corneliana, Fanniana, legendus Plinius, lib. x111.

c. x11. & Turneb. lib. v11. c. 11.

tenuis nempe & candida ad epistolas accommodata; appellata sicest ab Augusto. Alia dentata dalia bibula; qvæ transmittit litteras, alia Claudiana, regia; imperialis, amplò foliò, & crassa, alia emporica; mercibus involvendis idonea, unde cuculli siunt; alia charra virgo; ex qva nullum est descriptum exemplar, alia pura, in qva nihil est literarum; alia pergamena; qvoniam apud Pergamum Asia urbem inventa sit: etiam membrana dicitur. Hæc de chartarum generibus. Atramentum scriptorium; sive librarium. M Curaddidisti scriptorium sive librarium? A. Qvòd aliud est atramentum suligineum; qvô utuntur typographi, aliud sutorium \(\zeta : \) qvamqvàm confvetudo, qvæ est verborum domina; nihil solet

d'ALIA DENTATA) Apri, aut etiam eqvi dente levata. Qvod item nunci, ubi qvid scribimus accuratius, facere solemus, ad inæqvalitatem chartæ complanandam: qvò ealamus qvasi currat expeditius. Hæ Manutius in epistol. xxv. lib. 11. ad Q. F. Reprehendit deinde Erasmum, qvi charta dentata, pro acerbe, & iracunde scripta interpretatus sit.

ALIA EMPORICA) Hâc mercatores utuntur pro involucris & integumentis mercium, tanqvâm ad

leripturam inutili & crassa nimis.

¿ALIUB SUTORIUM] χάλκανως Crucis; a cyvibusídam vitriolum. Galenus inter maxime noxia pharmaca numerat nec totò iis medicamentis admisceri putat; que per os assumuntur. Significat item colorem, quò coritim surores ad calceos faciendos imbuunt. Cic. epist. xxx. lib. 1x. Hôc verò, qui Lilybat à Pampeio nostro interfectua est, improbior nemo, meò judició suit. Jam pater ejus accusatus à M. Antonio, sutoriò atramento absolutus putatur. Quem locum aliter explanar Manut. aliter Turneb. lib. vi. cap. L. Hh

adjicere. Atramentarium, calamus absolute seu calamus scriptorius. Cultellum graphiarium, seu scalpellum, scalprum libratium vocat in Virellio, c. 11. Svetonius, un docti annotarunt. Theca calamaria, seu graphiaria, theca, sive pixis pulveraria, sive arenaria. M. An non putas aliis qvibusdam armis nos indigere? A. Immo: sed pracipua recensui. Sunt ergo insuper forsices, clepsydra, regula, circinus aneus, & nonnunquam, prasertim in astate, cum Sirius ardor n sindit agros, & versiculi componuntur, moderatus vini haustus. s

Ingenium potis irritat Mufa poetis,

Bacche soles Phobo fertilis esse two.
inquit Propert. lib. 1v. El. vi. v. 7c. M. Opratissimum verò instrumentum: nominasses hoc primò locô. A. Nam quia carmina lætum sunt opus, ut cecinit Ovid. vinam exhilarat animum. Et sope audisti illud Ecclesiastici, c. xxxi. 32.
Vinum terispeas cor bominis. M. Probabisius dixisses, pecunia quoque in instrumento opus esse scholassicis, idque non interdum, sed continenter: qua suppeditante, multo hilarior sit mens, quam vini potu: & pecunia vinum emi potest, vino pecunia non emitur: emi certe quidem non dicitur. Nunc de hoc in me collato benesicio multum te amo, tibique grarias ago.

a SIRIUS ARDOR FINDIT) Caniculæ exortu accendi Solis vapores quis ignorat è cujus syderis effectus amplissimi in terra sensiantur. Plinius, lib. 12.6.

⁶ MODERATUS VINI HAUSTUS) Vinum parcè ac moderate sumptum, ingenium acuit, ut alia multa bona, qua affert, omittam. Immodieè, immoderateque haustum rationem pertusbat, intellectum

habetat, memoriam imminuit, omnem animi vigorem quodammodo enervat acque interficit. De hilari
autem animo ad versus pangendos necessario, & de
enthusiasmo in hune modum Cicero ad Q. F. epist.
vv. lib. III. De versibus, quos tibi à me scribi vu, deest
mibi quidem opera, qua non modò tempus, sed etiam anmum vacuum ab omni cura desiderat: sed abest etiam cosuoiaouós. Non enim sumus omnino sine cura venientis anni.
Epist. v. Opus est ad poèma qu'àdam animi elacsitate, quam
planè mibi tempora eripiunt.

A D

Virum Reverendum ac Clarifimum,

DN. OLAVUM SVENONIS BIDENIUM,

Anger warmam .

Facultatum, Theologicz ac Philosophiez, Notarium, ut & Legionis Westro-Bothnicz Fastorem per XII. annos optime meritum, uz conterraneum, ita & Amicum ac Fautorem jaur inde a reneris singulariter disectum,

Cièm is .

Descriptione pro Magisterii honoribus in Academia CAROLINA, cum laude ac bonorum applausu, disputaret,

FELICITER!

Admi Fuliolis Pallas, quas repperit artes, Tradidit: hac Phabum turba nigella tenet. Hh 2

Turba nigella tenet quicquid sapientia condit : Personat bumanos, sed sine voce, sonos: Et sine re cunctus res, excors ipsa sciendi, Scire dat, atque animos explicat exanimis. Quarum dum dotes, leges babitusque sororum Disseris, & quodnam littera signet iter : Quis primus niveum mortales æquor arare Jussit, & immotâ figere rupe sonos: Que sit Niliacas ratio contexere biblos. Chartæ & virgineum contemerare decus : Tam doctum Pallas merito gratata laborem, Exornat capiti dulce decus Sophiæ. Dulce decus Sophia duodena stipendia REGIS Vel meruêre tui, dona sacrata DEO. SUENO tum genitor, longô venerabilis ævô, Utpote qui numeret lustra bis octo senex, Gaudet, ut audier a natum splendere tiar à Purpureà, ac clarô jure Magisterii: Gaudet, ut audiérit conscendere pulpitanatum, Sacra Magisterio, Sacra Ministerio: Gaudet, ut audierit natumque tulisse brabea Digna Magisteriô, digna Ministeriô. Nos quoque, quos junxit tibi dissita patria amicos, Gratamur titulos, quos tibs LUNDA dedit: Gratamur titulos, quos virtus parta labore Contulit, in Getico condecorata solo.

Amoris ac benivoli adfectus contestandi caussa

L. M. Q.

· Scr.

PRÆSÉS.

A D

A D

Virum Reverendum & Clarissimum,

DN. OLAUM BIDENIUM,

Fac. Theolog. & Philosoph. Notar. Et Legion. W. Bothn. Past. ord.

Amicum meum singul.

De Scriptione docte disserentem

 $\mathbf{E}'\pi\imath\mathbf{y}.$

Axea Pyramidum, veteris monimenta Canopi'
Busta jacent, altô contumulata situ.
Composta silent Latix mitacula terra,
Exessisque gemunt marmora rupta notis.
Scriptio sola manet, longó durabilis xvô:
Mercedem tulir hanc ingeniosa manus.
Quam tua, Bideni, dum nobis Scriptio monstrat,
Nostra tibi referet scriptio sola vicem.

In perpet. amicit. docum.

lub. scr.

NICOLAUS WOLF,

Hift. & El. P. P.

Hb3 XII.

XII.

DISPUTATIO PHILOLOGICO-PHILOSOPHICA

De

SERMONE,

Quam,

Auxilio divino accedente, & consensu superiorum,

SUB PRÆSIDIO

Viri Plurimum Reverendi, Praclarifimi, atque Celeberrimi,

Dn. M. PETRI HOLMII.

S.S. Theologiz, & Lingvarum Orientalium Ordinarii Professoris, in & Facult. Theologicz h.t. Decani, Przeceptoris, ac promotoris sui ztatèm colendi,

In Regia Gothorum Academia CAROLINA,
publico eruditorum examini sistit

SAMUEL BURSELIUS,

Wex. Smolandus,

S. R. M. Stipendiarius,

Addiem 29. Maji, M. DC. LXXV.

PRÆFATIO.

Icero, ille cælestis in dicendo vir, ut verbis Fabil utar, cujus nomen non

hominis, sed Eloquentia habetur, duabus maxime rebus hommem à bestiis differre censuit : Ratione, & Oratione. Inter hominem, & beluam hoc maxime interest, inquit lib. 1. Offic. c. 14. qvod hac tantum, qvantum sensu movetur, adid solum, qvod adest, quodque præsens est, se accommodat, paullulum admodum sentiens præteritum, aut su-turum i homo autem, qvod RATIONIS est particeps, per quam consequentia cernit, principia & caussas rerum videt, earumqve progressus, & quasi antecessiones, non ignorat, similitudines comparat, & rebus præsentibus adjungit, arque annectit futuras, facile totius vita curlum vider, ad camque degendam præparat res necessarias: eademque natura, vi rationis hominem conciliat homini, & ad ORATIONIS, & ad vitz societatem. Et vere quidem. Quid enim homini, secundum rationis usum, ipsa locutione prastantius, ab Opifice hujus universi datum? Nam, præterquem qued bujus adminicule, & ordinarie ad eum cognoscendum instruamur Rom. x. 15. & ad celebrandum, laudesque ejus decantandas ornemur Jacob. 111. 9. Quid certe vita nostra esset sine sermone, nisi perpetuum quoddam radium, vivi vividique in solitario carcere detentio? Hinc, Deus bominem animal modicies finxit, cui non est bonum esse soli, Gen. 11. 18. Proptereaque tribus eum armavit præsidis; ingenio, sermone, & manu: ingenio ad inventionem, sermone ad communica-Hh 4 tionem.

48

tionem, manu ad perfectionem. Manus juffa facit; Sermo dat; ingenium, tanquam prator ; dictitat. Sine quibus, aut uno corum, fi esset homo: quid nist truncus iners, pecus mutum, statua ce-rebro destituta? Augustinus certe, lib. Aixi de Givitate Dei, c. vii. malle quemvis cum cane suo versari, ait, quam cum homine ignotæ lingvæ. † Quanto itaque hoc beneficium numinu majus: tanto nobis, majori cum devotione, animique grati significatione, tractandum est. Que res, si vel unica: haud ægrè me movere petuit, ut hanc de tanta humaui generis prærogativa, Sermone nempe, materiam seligerem: in qua primas ingenii vires pe-riclitarer: Est, fateor, onus haud ita juvenilibus aquum bumeris; maxime, cum rara appareant vestigia eorum, qui banc glaciem fregerint. Sed sola-tur me, vel argumenti bujus favor, vel restè judicantium candor, vel atatis patrocinium; quod veniam ausis majoribus, dummodo bonesta sint, baud ægre impetrare solet. Sic itaque; in nomine Domini, thesis

† Sic & Plinius, lib. vii. c. 1. Tot Gentium sermones, tot lingva, tanta loquendi varietas, ut externus alieno pene non sit hominis vice. Et lib. xi. c. ii. extr. Hinc illa gentium totque linguarum toto orbe diversitas; hinc tot cantus & moduli slexionesque. Sed ante omnia explanatio animi, qua nos dissinxit à seris, inter ipsos quoque homines dissertem alterum aquè grande, quam à belluis secit.

I.

Ermonem, qvà vocis originationem. unde derivemus, dissident inter se Auctores. Hebraam, multi, vocem esle, suspicantur, a non MA, SAR, id eft, Sermone tradidit, Serper literarum in alias lingvas non insolitam transpositionem; maxime, cum ab eadem radice Masorab, descendat, celeberrima illa Judzorum Critica. Alii Chaldaicam: â wrasam, † qvod ferè ejusdem, cum priori significatus est : nempè sermonem habuit, consignavit, &c. Hinc, transpositis rursus literis, fieret Sarm: & deinde vocalibus a. & e. ob soni affinitatem inter se permutatis, ascitaque o. Latinorum terminatione, fieret Serma. Alii in Gracia datam volunt hanc vocem, ut Josephus Scaliger, qvi ad illa Varrowis, lib. v. p. 85. Sermo a Serie, Sermonem vult a Graco eiguse, addito sibilo, ut i gw vel igw, fe-70 : fic op (unde espesto, Homero; & leith, & Eritudo, Servitudo apud Festum) & Æolice is-Fos, addito sibile, Ser fos, ut scribebant olim, nunc Servos: ut DaFos, OFOM, aFom. hac il-Qvam sententiam, ex parte & suam facir Alstedius in Encyclopæd: Lex. Lat: in voce Sen mo. Alii denique, transmarinam hanc originem fastidientes, in ipso Latio sermonis, qva vocem, incunabula qværunt: idqve vel à Latino-

† At radix verbi est wor Ressham occurrens Daniel v. 24. 25. vi. 8. 9. 10. s. x. 11.

norum sero; ut sit Serimo: qvod arbitrantur plerique interpretum ad illud Virgilii Variô Sermone serebant; vel à Serie, quemadmodum modo di-ximus, Varionem voluisse. Nobis, in hoc mustaceo laureolam quarere, non visum est, fitamen omnino sententia, sed ex nostro judicio, pace doctiorum, ferenda est: Sermonem proxime à Serendo dici, dicimus cum interpretibus Virgilii; hoc autem ab Hebrao in sparsit, dispersit, ventilavit, projecit, v. g. Semen, Sermonem, aut aliud qvid. Adeoque distinctione inter derivationem . mediatam & immediatam; proximam & remotam; domesticam & peregrinam, adhibita: totum illud bellum Grammaricale de hujus vocis origine, aut componi, aut saltem mitigari, speramus; maxime, cum in hac re, posita non sit salus communis Gracia. Si quis tamen rationem assertionis nostræ velit, hanc damus: nempe, qvod ex eodem sonte, Latinorum scilicet Sero, provolvantur & alia derivata, que hujus signisicationis indicia produnt; ut sunt, dissero, disersus, dissertatio, præsertim, exsertim, insertim, & hujus generis alia

S. II. Sunt & aliæ voces, qvibus Sermenem exprimimus: nominatim verò laquela, loqui, cum suis derivatis, & compositis: qvæ voces itidem ab oriente in Latium migrasse videntur: wyb enim Arabibus adhuc loqvi signisicat. Nominine Lingvæ (qvod propriè partem animalis denotat, in hominibus gustus pariter & loquelæ organon) non Latini solum, sed & Græci, & Hebræi; si non & emnes sere populi; Sermonem, per ustratam Metonymiam Caussæ pro Essetto, intelgunt. Ubi tamen præterire nequeo, Lingvam in hoc signisicatu; Metonymica, dupliciter usurpari: Nunc (a) Generaliter: pro toto gentis alicu-

licujus sermone, str cum dico, lingva Latina, Graca, Svecica, &c. Nunc (6) Specialiter, prout Dialecto contradistingvitur, vide Act. 11. 4 6. 8 11. Marc. xiv. 70. Luc. xxii. 59. Jud. xii. 6. Sic unam eamdemque in Gracia lingvam, qvinque olim Dialectis novimus infignem suiste: Attica, Ionica, Eolica, Dorica, & Baotica. Cujus diversitatis exempla, nulla ferè non lingva

est, que non suppedirer.

S. III. Qua verò varias voeis acceptiones: præmonuisse duco necessarium, aliquando vocem Sermonis pro ipsa (a) driend seu facultate, puta, potentia seu apritudine ad loquendum naturali. poni; ut cum dico, Sermonem effe homini naturalem, seu à natura insitum : aliquando verò (B) pro Actu, seu sermonis exercitio. Illum ad przdicamentum Qualitatis; bunc autem ad actionis. · referimus. Urrumque sed sub diverso respectu: in hac tractatione aliquando respicious. In altuquoque sermonis, duo attendenda sunt : Unum materiale, ut sunt voces, & quidem articularet Alterum verò Formale, sub emus notione venit h. l. earumdem fignificatio; per quam imagines in animo nostro conceptas, quas conceptas interiores, seu sensa animi dicimus, aliis notificamus. Unde Sermonem, indicem animi recte dixeris; characterem mentis; interpretem, & vectorem rationis. Democrieus & Epicurus, Sermonem ellerazionis flumen, dixerunt : qvia à rationis conceptu fluit Oratio, ratione quali stillante in linguam: ut ea, plectri instar, aëra diverberer, wecesque efformer; conceptuum, qui ex ratione oriuntur, fignificativas. Unde non ex priori, unde sermonem astimandum volumus: cum & bruta eò adigi sæpius possint, ut voces quasdam articulata conitrant: fed ex poferiori; cum, fine hoc voces forformare, sit inanes sine mente sonos dare, sine animo corpus, nuces sine nuclea. Alias denique aquivocationes: nominatim verò, quòd λέγω, alius ἀδιαθείω sit, alius αφφορικός, alius denique υποςαίικός; item, quòd sermo, nunc totaliter pro tota gentis alicujus lingva; nunc Partialiter, pro certa aliqua sententia, imò, & dictione accipiatur; tanquàm, aut ad forum nostrum parum attinentes, aut aliunde satis notas, consultò, bre-

vitatis caussà, præterimus.

S. IV. Ad nominis explicationem hac dixisse sufficiar. Rem tractaturi, primum quidem de caussis sermonis; tum de adjunctis; post de oppositis ejus, dicemus. Caussarum Efficientium princeps, & prima DEUS est: à quo omnis donatio bona, & omne donum perfectum, superne est, descendens ab illo Patre Luminum, apud quem non transmu-tatio est, aut conversionis obumbratio Jacob. 1. 17. Qvi non solum lingvam, guttur, palatum, aliaque instrumenta, voci formanda inservientia, creavit : sed & Sermonem ipsum, per quem ho-mo sensa animi sui; idque per distincta tempora, numeros, personas, & genera; articulate, die fintte & copiose, possit manifestare. Testis hujus rei est historia Creationis sacra: qvæ non solum hominem ad imaginem Dei conditum esse dicit Gen. 1. 26. 27. 28. h. e. consistentem in San-Stitate, & justitia, ut & externo dominio, ibid.& Col. 111. 10. Ephes. Iv. 24. sed & ad vitam so-cialem Gen. 11. 18. 24. qvz certè, sine sermonis usu, commodè peragi nequeunt. Qvod & Philos pour persperisse video, dum ex sermone, so-cialitatem hominis insert, lib. 1. Polit. c. 11. & lib. 11. c. 1v. Onkelos quoque Paraphrastes Chal-daicus, Gen. 11. 7. ubi inspiratô spiraculô vitz, homo sactus legitur ara video in animum viventem;

is in translatione fua, לרוח ממללא in Sciritum loquentem haber: quasi formam hominis, in 2070. non minus σοφορικώ, qvam cubiadira, constitueret; aut certe, nullum fermone, bujus, id est, rationis; firmius esse argumentum. Hine Adamus, simul ac creatus est; statim, & sermones DEI intelligere; & uxorem affari; & prima animalibus nomina imponere potuit. Gen. 1, 28. 29. 30. c. 11. 7. 15. 16. 17. 19. 20. 22. 23. 24. Argumentum satis evidens: non rationis, id est,. inventionis proprix, beneficio; fed creationis, Adamum sui habuisse sermonis usum. Imô, pulcrè similitudo Dei, ad cujus imaginem conditus erat, & in hac parte radiabat; quod interiora mentis fensa, posset per exteriora verba, & figna, repræsentare, atque exprimere. Cujus rei cum ignari essent Ethnici, historiæ nempe creationis; existimarunt genus humanum, propriò Marte, ut aliàs multas artes atque disciplinas, adinvenisse. Scribunt enim Diodorus Siculus in bistoria sua, & Victruvius in Archit. lib. 11. c. 1. bomines, primò more bestiarum, in sylvis & cavernis vixisse, vocesque inarticulatas, & confusas habuisse: dones, per timorem congregati, suam inter se formam cognoverint, & paullatim verba flectendo, & de rebus singulis mutua inter se signa sin-gendo, notam sibi fecerint omnium interpretationem. Et ejusmodi conventiculis sparsim per orbem factis; inde esse, quod non omnes eamdem linguam babuerint; cum singuli fortuito nomina singerent. Sed hoc fomnium, ex ignoratione historia creationis, ut dizimus, ortum , refutat & lib. t. de prapar. Euang. c. Iv. Eusebius.

5. V. Sed postqu'am hôc tantô divinitus datô benesiciô, turpiter abusus esset homo: injurios in Deum ipsum, cum serpente, cadendo sermo-

nes,

nes, Gen. 111. I. seqq. quamvis vitiò hominum, deperdità jam imagine Dei, lingva facta sit nonnunquam ave n' vous à idiniae, id est, slamma, & mundus, iniquitatis: constituta inter membra nostra, maculans totum corpus, instammans rotam genitura nostra, & instammata à Gehenna Jacob.
111.6. quam nullus hominuum domare possit; malum,
quod coercere non possis; plena veneno mertisero,
vers. 8. Et cum per eam benedicere oporteat DEO,
& patri, nos contra sapius per eam exsecremar bomines, ad similitudinem Dei sattos v. 9. Dei tamen
bonitati unicè acceptum terendum est, quòd usum sermonis proptereà non sustulerit; qvin hodiéque eumdom inter mortales comservet, atque
producat: non quidem immediatè, sicut olim;
mediatè tamen, per rationis usum, quemadmodun & ipse Mosen alloquitur: Qui posuit as
bomini? aut sectum? Nonne ego Jehovah? Exod. Iv.
11.

5. VI. Hujus tamen divini, miriqve sui influxus, duo porissimum insignia exstant documenta, qua facilè quemvis in sui admirationem rapiant: Severitatis unum; benignistate, & lenitatis afternum, islud in veteri, hoc verò in N. T. proditum est memoria. Nam cum genus huranum universum, sermone and, cissemque ad exprimendos animi conceptus, verbis ureretur: indéque quasi ipsi cele bellum gens profana indictura ester; impia de turri Babylonica substruenda, consilia, & animò agitaste, & lingua estuas communem dissolvit: & quidem ita, ut untra alterum non intelligeret: ruptòque sic sen. Xi.

xt. 1. seqq. Qvæ lingvarum diversitas; tunc qvidem pane loco inflicta, cum dispergi oportuit genus humanum, ad incolendum occupandumque totum terrarum orbem, ibidem vers. 4. 8. o. Posteà, cum contrà, congregandum esset genus humanum ad unitatem fidei & Ecclefia, honori & administrationi esse cœpit; Dum Spi-. titus Sanctus, Apostolis in festo Pentecostes, & aliis in primitiva N. T. ecclesia, variis lingvis miraculose loqvi dederit Act. 11. 4. 5. 6. fegg. Marc. xvi. 17. 1. Cor. xII. 10. 30. xIII. 1. 8. xiv. 4. 5. 9. 13. seqq. Ex qvibus omnibus, haud obscure constare potest, Deum ad productionem sermonis dupliciter concurrere posse: Vel immediate, prout factum est in prima hominis creatione, confusione Babylonica, & extraordinaria illa lingvarum infusione Act. 11. 4. seqq. Vel Mediate, ut hodieque quando exdem vel usu percipiuntur, vel labore, Act. xvII. 28. Ad priorem quoque ciassem referas velim Sanationes illas mutorum, ab ipfo Christo, in diebus carnis ejus factas : Vide Matth. ix. 33 x1. 5. x11. 22. xv. 30. 31. &c. DEum itaque sermonis Caussam principem & prinam esse, hactenus evictum esto. S. VH. Sed huic noftre sententie, qua nem-

pe DEum ter Optimum Maximum primum arque principalem fermonis Auctorem facimus, pluscula tamen sunt, que objici videntur: adeò ut Gregorius Nyssems, olim contra Eunomium, hanc sententiam, tanquèm blasphemam, & Deo indignam, damnirit. Multa namque in unaquaque lingva, turpia, atque inhonesta reperiri, ait: quorum inventorem iplum DEum facere, parum abest à crimine blasphemia, si non & insania. Vilia quoque arque Vulgaria quamplurima occurrere; ut Sartuginem, ampullam, lagonam, aliaque

que in re culinaria, & opificiù sordidis: quorum nomenclaturam à DEO profestam esse, indignum majestate ejus judicatur. Majora omnino de DEO cogitanda, qu'am eumdem, ut infeli-cem quemdam Orbilium, aut Priscianum, literas aut apices dictionum, casus, numeros, & id genus alia, ad sermonem facientia, tradere. Unde dictus Pater: Φλυάρια τῶυτα, inqvit, κ ματαιότης ไม่อัณหา ผลแผงงบ ร. รี มองรเลาตา แยงแลงออเลีย เพษะผาผκρα, τὸ διεσθαι, τον μέγαι κο ύψισου, κο ύπες παν όνο-μά τε κο νόημα Θεον, τέτου ως τικο γραμμαίστην τας δοιάς de T ovonalar Beres Algheilneyerla: id eft, nugæbujusmodi sunt, multumque à Christianorum ingenuitate recedentia, existimare magnum illum, imò, altissimum, omneque nomen, simul & cogitatum, excedentem DEum; hunc, inquam, velut literionem quemdam, seu Grammatistam, tales nominum impositiones tradere. Accedit, quod non Deus iple; sed Adamus, sua animalibus nomina dedisse legatur Gen. 11. 19. Hinc factum est, ut qvidam, aut nominum æternitatem fingerent, ut hic iple, contra quem disputat Gregorius Nyssanus, nempe Eunomius: hôc usus argumentô, avod ante creatum hominem, a principio statina Geneseos legatur, dixit Deus fiat Lux Gen.1.3. &c. item, appellavit lucem diem, tenebras noctem, v. 5. Expansum hoc vocavit Deus calum v. 8. Aridam vocavit Dous terram; singula verò aquarum receptacula vocavit maria, v. 10. Qvæ nomina, cum sint rebus jam ante conditum Adamum indita, æternam purabat eorum esse naturam. Aut fortuito ortum sermonem; quemadmo-dum Victruvium, & Diodorum Siculum, sensise modò retulimus.

\$. VIII. Hæc, qvanqvam maguo fervore a Nyffeno disputentur: non tamen tanti sunt, ut

nos ab origine lingvarum, ipsi Deo assignanda, dimoveant Difficultatibus autem oppositis, ut obviam procedamus: primò, hic reducimus distinctionem, superius adlatam, inter originem sermonis à Deo immediatam, & mediatam : addentes concursum quoque Lei esse duplicem : Specialem , ut in allatis exemplis 6. Iv. v. VII. & Generalem, qualis nunc est, ad nostri sermonis productionem, olim, hodiéque. Qua prioris generis sunt: vitiô omni carere, indubium est. que posterioris autem: si quid inordinati oftendit, hoc non Deo universaliter, saltem per modum causse prime (sed juxta indolem arqve exigentiam unius cujusque concurrenti) imputandum est; sed creatura rationali, acceptis in creatione viribus, hic turpiter abutenti. Deinde turpitudinem atqve obscoenitatem, propriè loquendo, non iplis verbis, seu vocabulis inesse; sicut nec ipsis rebui, quorum hac signa, & symbola sunt; sed animo dicentis, aut audientis: indeque omnem suam turpitudinem, atque inhonesti rationem metiri? dum non eò locò, tempore, modò, aut circumstantiis aliis sit, ut sieri oportuit. Ratio est: qvia si rebus ipsis, in se spectatis, quadam inesset turpitudo: resilla non potuissent à Deo, omnis labis & immundiciei inexperte, vel creari, vel sustentari, vel aliis Dei actibus nobilitari Loqvor autem nunc de Bonitate rerum transcendentali. Qvà verò moralem: licet res aliqua, hujus intuitu, mala fit : Ejus tamen, per verba & voces fignificatio, sua natura & simpliciter, id est, semper & ubiqve, per se mala & inhonesta non est. Si enim hoc: qui posset Deus, Sanctus ille Israelis, scapham scapham vocare, i. e. res turpes, & inhonestas, ullis vocibus in scriptura exprimere? Cujus tamen

men contrarium deprehendimus in ebrietate Noacbi, Gen IX. 21. 22. inceftu Lothi, c. XIX 22. iegg. Fude, c. xxxviii. Rubenis, c. xxxv. 22. Adulterio & bomicidio Davidis 2. Sam. x1. 4. 14. & innumerisaliis. Vocabulis itaqve sua natura, & perse non ulla turpido aut obscoenitas ineste: sed per accidens: aded ut quacumque iis attribuatur, eaex animo, aut dicentis proficiscatur, aut audientis Illine gyidem: dum, aut in se turpis est, Matth. xv. 18. 19. Rom. 111. 12. 14. Eph. v. 4. 12. Col. 111. 8. aut alios in turpitudinem inducit, 1. Cor. xv. 33. Hujus: dum inde, ut turpis fiat, occasio, id est, Scandalum, datur, Matth. xvIII. 6. seqq. Unde & gravis olim, proquovis osioso verbo reddenda est ratio, Matth. XII. 36. Dices: si nulla per se turpitudo verbu inesset: qui sit igitur, quòd Scriptura sacra, & res obscenas, verecundo potius * ac pudico dicendi genere exprimat, quam alio, ut passim observatum est: aut pro ipsis verbis in Textu exstantibut, alicubietiam alia ad marginem supponat vocabula, magu, ut volunt; honesta, quæque tutò legi possint, cum priora non possint? Respondeo, quà quidem priorem objectionis partein: hoc inde fieri, ut Deus suô ipsius exemplô ostendar, quòd ipse suà natura servet sanctitatem, castitatem, mundiciem, atque verecundiam, quodque nos suo e-

^{*} De Styli sacrar. litterarum verecundia & castitate operæ pretium erit legere B. Glassii lib. 1. Philolog. Tract. 111. Sect. v111. p. m. 216. s. Avenarium in sine lib. 111. Grammat Hebr. B. Joh Tarnov. in Exercit. Bibl. p. m. 806. Dan. Fesselium, Tom. 1. Advers. sacr. lib. 11. c. xv1. §. 5. p. 126. so. Henr. Höttinger. lib. 1. Thesaur. Philolog. c. 111. Sect. 1v. p. 216. s. loande Pineda Hispalens. Jesuit. in Jobi c. 2xxx. sos. 642. s.

potentia exprimendi conceptus per voces, quôcumque modo, fine confideratione ad hanc vel illam lingvam: vel (s) in specie, ur fiat certô sermone, v. g. Latino, Grato, aut alio. Prio-ri modo, homini naturalem hanc facultatem concedimus; non autem modô posteriori Naturale quoque VIII. ne vocisambiguitate decipia-mur, vel (a) idem est ac connatum quod simul ac res incipir esse, ipsi inest : vel (8) Naturale, id quoque dicitur, quod homini inest, aut saltem inesse potest, secundum vires naturales, i. e. ut clariùs dicam, ad qvod homo naturalem habet potentiam. Qua sane ratione, negari non potest, qvin locutio homini sit naturalis. Licet enim homo, simul ac natus est, actu ipso non loquatur, nascitur nihilominus, cum potentia ad locutionem. DIXI: actu ipso. Nam aliter, qvod IX. observari potest loquendum est de Sermo= ne, si (a) de nuda potentia sumatur; aliter, si de Astu. Illam enim komini naturalem esse, suprà diximus 6. III non autem bune; cumprimis, si de sermone ad certam lingvam determinato, loqvaris. Nec illud X. omittendum reor, qvod de caussis impositorum nominum afferunt Platonici: qværo itaqve qvæ caussa suerit, qvod v.g. nomen Cancri, & Stella in calis, & animali in aqvis, & morbo in hominibus, &c. impositum fir >

eltô & palaiô. Arnob. in 11t. p. m. 1tt. Si verba erë funduntur, labia babere cum dentibus, quorum inslictiu & mobilitate multijuga lingva sonos articulet, & vocem in verba conformet. Et ante hos Lucretius, lib. 14. v. 550.

Hasce igitur penitus voces cum corpore nestro Expriminus rectoque foras omittimus ore; Mobilis articulas verborum dadala lingva. K k 2

516 HOLMIUS DE SCRIPTURA

sit ? Idem, & de nomine Canis & ursa: qvz enim caussa fuir, quod hac ab animalibus terrestribus denotandis, translata funt in calum ad fidera fignificanda ? Qvid cani cum coelo ? qvia, ais, enurit herbas: atque neque enurit canisterrestris, neque herbivorum est animal. Et que caussa est, cur & diversæ nationes res diversas, fed unis iisdemqve nominibus appellarint? Ut nomen bora, Hebrais est ronn instituit, docuit; Latinis bora, & Gracis apa, est tempus, aut certa quadain temporie portio; Svecis verò Scortum, cen Hora. Er que sunt id generis sexcenta alia. Denique illæ ipfæ cauffæ, qvibus ad certas voces creandas suscitamur; aut nobis cognitæ sunt, aut nobis cognitæ non funt? Si non funt: certe non exinde ducimur ad imponenda vocabula rebus ignoti enim nulla est cupido. Si sunt nobis cognitæ: Qvæto, an & eæ fuas caussas babeant, nec ne? Si non babent; fortuita sunt nomina; casu, non certa de ratione, imposita. Si babent; vel in infinitum est procedendum, si qvzrere institero, qvas & ille causse, caussas suas habeant? vel in caussis denique aliquibus ultimis est subsistendum, que caussas, se ipsis quidem priores, non habeant. At ex hypothesi Platonicorum, hæ ipiæ caussæ ultimæ (ad qvas tandem deveniendum est, si modò non procedas in infinitum, à quo & natura & rectaratio abhorrent) fua nec nomina habebunt, quia nullas caussas habent. Illis enim solum nomina imponi volunt, qvæ caussas Impositionis habent. At caussæ illæ ultimæ, admisso hôc, qvòd ultimæ sint, talesque in quibus necessario tandem nobis sir subsistendum, caussas nullas habent; si enim haberent, non essent ultime. Sequitur itaque illas nec nomina ulla, ex sententia Platonicorum, habere poste.

posse. Ut jam nihil dicam, non suum argumento adversariorum pondus constare, si vel maxime hac omnia in sermone se naturaliter haberent; mareria & instrumenta sunt naturalia: Ergo ne-& figura imposita? Lignum, v. g. unde currus, aut carpentum fit, naturale est : homo, qui facit, res quadam naturalisest: manus itidem, ferrum, corium, vimina, & qua adhibentur alia, in se spectata, res naturales sunt: At quis proptereà, aut currus, aut carpenti, aut alius rei artificialis figuram . naturalem esse dictitet; nisi forte Anaxagoras? Eum enim statuisse ferunt : nife carpenti figura fuisset in ligno, non fuisset futurum, ut inesset. Sed fefellit virum optimum, quòd aliud sit actuinesse; aliud verò tantum posse inesse: carpenti enim figura ligno non inerat, inesse tantum poterat. Sie & nos de fermone, mutatis mutandis, dicimus. Sermonis enim dererminatio ad bane vel illam lingvam in specie, voci humana. tanqvàm sui vehiculo, natura non inest; inesse tamen potest, quorum posterius nulli inficiamur: modo non prius affirmetur. DIXI, ex bypothesi Platonicorum: Nam ipse Plato ita sententiam illorum improbat, ut fateatur fignificationem vocum habere fundamentum in earum natura, perfici verò humana voluntate. Qvod autem dicit ; Significationem vocum fundamentum habere in rerum ipfarum natura: hoc, non de omnibus vocibus intellexisse Philosophum arbitror, sed tantum de quibusdam: utpote de iis, que per orona? jewosiev fiunt, i. c. nominis fictionem à sono; ut cum balare de ovibus, grunnire de suibus, kinnire de equis, sibilare de serpentibus, coaxare de ranis, aut hujusmodi alia, dicimus. Nam qvòd illud de omnibus in universum vocibus non obtineat, constare speramus vel ex iis, qvæ jam di-

Kk 3 Digitized by Google

Eta sunt ; scil. de nomine Galli, caneri, canis, ursa, &c. qvodnam enim fundamentum habent hac nomina in ipia rerum natura, ut res tam diversissimas fignificent? Item: qvod v. g. altum apud Latinos, nunc excelsum denoter, nunc ve-rò ejus contrarium, nempe prosundum? qvemad-modùm & in aliis ingvis complures dudum voces animadversæ sunt, contrariam habere signisicationem: ut 7-2 apud Hebrxos, & benedicendi fignificatum importat, & maledicendi, cujus rei posterioris exempla, videsis, 1. Reg. xx1.10.12. Job. 11 9. Qvod de significatione dicimus, sciendum est; qvod x1. hic observandum venit; & illam duplicem esse: Arguitivam, & formalem. Nam cum voces bifariam spectari possint: (*) Quatenus sunt naturales quadam qualitates, vi-delicet Soni, qui ab aliqua caussa, nempe bomi-na sonante, dependentiam, id est, sui productionem, habent; & (s.) Quatenus ex libera imponentis voluntate dependeant, ad boc vel illud fignificandum; ut vox equi ad equinam, felis ad felinam, hominis ad humanam, naturam denotandam; quam voluntatem nos, ex placito Philofophorum, in superioribus institutum appellavi-mus: utrôque quidem modô, voces significatio-nem, i. e. vim signissicandi, obtinent; sed ratione ta-men planè diversa. Nam priori modô, cùm omnis effectus arquar fuam caussam: etiam ex voce bumana, bominem agnosco; sicut ex voce bovina, bovem non procul abelle colligo sed hac significatio naturalis est, ex naturali effectus cum sua caussa connexione orta, non ex instituto profecta: adeoque à nobishic non attenditur. Nam hano fignificandi rationem, non voces articulatæ tanrum obrinent, sed & inarticulatæ: sic v. g. sonus ille, quem suspirium appellamus, non caussam fuam,

Digitized by Google

fuam, i. e. beminem, modo indicar; sed & internum animi affectum. Imò, qvoad hanc qvidem partem pares funt voces brutorum, ac bominum. Qvemadmodum enim binnitus, qvi peculiari modoeditur, equum significat; & mugitus bovem; ita sermo humanus ob dearticulationem, que non potest habere aliud principium, quam rationem humanam, repræsentat hominem, ut effectus suam caussam; & hâc ratione est idem apud omnes.qvomodò docuit Magnus Albertus, tract. 11. c. 1. Et hanc nos fignificationem vocum, Arguitivam dicere possumus: eò qvòd vox, tanqvàin essectus, caussam arguat. Addimustamen, qvod hôc re-spectu vox signum sit, non voluntarium, sed naturale; cum, non ex voluntate imponentis, sed ex natura, ad hanc fignificationem ordinetur. At, præter hanc significationem, qva vox qvælibet caussam suam significat, à qua proferrur; etiam aliam habent voces significative, significationem, qvam nos formalem nuncupamus; utpote, ad qvam, non à natura, sed ex loquentium arbitrio, ordipentur: v. g. ut cum vox animal, apud Latinos ordinata sit, ad denotandam naturam sentientem, & sic in reliquis. Qvæ vocum significatio est hu-jus loci propria. Nam voces brutorum, ut galli gallinacei, aut columbi, & qvæ possunt afferri aliz; non posteriorem hanc, sed priorem, solummodò, signissicandi vim obtinent; scil naturalem, seu arguitivam, non formalem. Unde vox à gallo edità, non formaliter, cibum inventum denotat; cùm similiem plane vocem emissiset, si lumbricum, aut aliud aliqvod sibi gratum, reperisset : sed lætitiam saltem appetitus, i. c. internum animi affectum, fine ullo intuitu fignificandi cibum ipsum. Adeoque vox illa galli, non for-malijer, sed naturaliter; sicut effectus, suam K k 4 cauf-

Bigitized by Google

O HOLMIUS DE SERMONE.

caussam, denotat; non autem formaliter; quemadmodum v. g. vocem and Bethulah, apud Hebræos determinatam dicimus, ad virginem denotandam; sed apud Latinos, ad Vetulam, i. e. anum, significandam. Nam quod de Apollonio Tyanæo, samossissimo illo Mago, refereur (si modò vera sunt, quæ de eo tradit Philostratus; quamquàm Justinus Martyr illum excusarit, eique honorissicentissimum testimonium perhibuerit) quòd collegerit ex garritu avium, in magna populi frequentia, extra urbem essulum esse, à rustico quodam, frumentum; sicque ab emissis explorandi caussa, verum suisse deprehensum suem tit: id certè, non ex vocibus earum avium habuit, sed ex indicio ipsius damonis, qui hæc, aliaque, discipulo suo subministrayit.



IN HQNOREMa

Profeantissimi, Ornatissimi, atque Politissimi Viri-Juvenis,

DN. RESPONDENTIS,

Amici dilecti, & jam à multis annis. bene noti, Amici manu subjecit

ptimus est bomini, lingva thesaurus, & ingens Gratia fermonis, magnaque dos superum. Sed sermone nihil qu'um tritius : attamen illum Declarare labor, raraque materies. Quod dum conaris, docto molimine tantam Caussam dum aggrederis, gratulor: atque precers Ille tuis ftudis benedicat, & adfit, is ipfe, Qui dedit * humanos, non fine mente, fonos. Exod. IV. II.

PRÆSES.

Ermonis fontes, lingvæ commercia & ulus Noscere, perfectzest artis & ingenii. Scilicer, inclusa est hominum sapientia lingvis: Mortali & nora est pagina sacra sonô. Clave hac, BURSELI, yalvas aperito reclusas, Doctrinæ immensas hinc habiture dapes.

> Honoris & boni ominis ergo, suo patziotæ& domestico fecit

> > ANDREAS SPOLE, fuper: Math. Professor.

> > > Pra-Digitized by Google

Prostantissimo & Literatissimo DN. SAMUELI BURSELIO,

Amico suo dilecto,

De Sermonis humani indole eruditè differenti, hôc Epigrammate gratulatur

Os aliss, nobis alios, nos denique nobis, Atque alios alis prodere quid potus est? Que tangit Tactus novit; sed novit odore Olfactus; novit Gustus & ore cibos. Plura alis sensus: Nam plurima percipit Auris,

Nativa & Visus plurima luce capit.

Corpora corporibus multum est dignoscere: Mentem Menti sed quando lingua discrta aporit:

Id summe est rationis opus, munusque Deorum, BURSELI, & celsi pars aliquanta poli. Digna egitur calamô res bæc, & aigna caebedra;

Te referet ollebres inter, Amice, viros

ANDREAS STOBEUS Eloq. & Poëf, P. P.

INDEX

DICTORUM

BIBLICORUM.

	GENES	IS.	Cap.	Ver (.	pag.
Cap.	Ver s. 4. 6.	pag.	IX.	1 8 .	341.343.
XX.	4.	140.	LXXVI	. 4.	114.
x.	· 6.	501 f.	CXIX.	I62.	114.
	21.	29.	CXXXI	x. 8.	341.344
XI.	I.		H	PROV	EŔB.
XIV.	13.			19.	114.
•	18. °	29. ſ.		CANI	TIC. 114.
XY.	EXOL	29. f. 316.	ATII.	FSA	
TTT T		_	***	T'OLL	T28
AAA1	1. 25. LEVII	r 2/0.	77	. 4/•	130.
WYV	28		VIV .		113. 25. 314.
AIA.	NUME	337.	AAAAA		27.514
VI.			AAVT 1	8.	169. 248.f.
•	0.	337.1.		12.	
2 414	DEUTE	R. 33.		jeri	EM.
IV.	ıg.	276.	XLY.	5.	
Ai.		277.		THR	EN.
	II. RE	G.	V.	8. EZE	262.
XVII	. 25.f.	362.f .		EZE	CH.
·]	IĮ. PARA	AL.	IX.	4.	EL. 375.
XXI.	II. PARA	438-		DANI	EL.
	ELK.		r.	4. 24.	373•
IV.	13:	272.280.	IV.	24.	281.
	JOB.			27.	257.
XAÍI	. 13. PSALN	346. 1.	٧.	5.6.G HAC	374. f.
VII.		274	ıţ.	14.	
VILI	• •	134 6	•	- 1	•
					Çap.

Digitized by Google

INDEX.

Cap.	Vers.	pag.	Gap.	Verf.	pag.
_	MATTH.	,′	II.	27.	224. [.
v.	22.	288.	VĮ.	1. 20; 1,1 (1	324.
VI.	24.	296.	XI.	20	324.
xii.	140	345	XVI.	1,1 4,1	224.
	26.	I42. i.	XIX.	II.	220.
XVI.	17.	297		ROM.	
XXVII	G 23-	297.	XII.	I.	II.
, ·	46.	298.	1	. CORINT	r. ·
	MARC.	-	¥11.	31.	128.
TIT:	17.	299-	XVI.	ult.	205-
v.	42.	200.		PHILIPP.	,
VII	34.	202X	II.	5 .6.7.	110. f.
*	JOHAN	•	IV.	15.	176.
VII.	25.	222.1/	I	. TIMOTI	H. '
XI.	33.	248. f.	I.	6.	115.
•	45.	229.6		JACOB.	. * .
KIII	20.	324	I.	1.	323.
here .	• •		• •	I DETENT	
ı. أراد	ACTOR.	1.	Ţ.	1. FEIRI 13.	323.
Į.	- 19.	304mlf	Ŷ.	12.	222.
		11111			

INDEX RERUM

&

VERBORUM.

A cinaces quid? 223
A cinaces quid fignificet.
341.f.
Egyptiorum Hierogly-

phica. 397. [. Elia, Ael, qvid?216. [. Africanæ & Asianæ lingvæ multa vocabula
Hebrææ referunt ac-

RERUM & VERBORUM.

cepta. 53	Baffus, Beffus qvid?228
Analogia fidei quantum	Bennedennot qvi? '39
possit in interpreta-	Becanus (Goropius)
tione scripturz. 281	laudatur & remeinur
Arabica Lingva cogni-	Bila qvid ? 232
tioutilis. 10	Bila qvid ?
Arbores, earumque fo-	Bise vox exponitur. 232.
lia, materia, in qua	Blancardus (Nicol.) in
scribebant, erat. 442	Curtinm laudatut
Arias Montanus refelli-	215.1.218.1.
	Boner (Ioan. Paull.)qvis
Aristoreli qvid sit & 114	- fuerit, & an natos fur-
tia, 161. (.	dos loqvi docuerit
eiras. 161. s. Arma scholastica expli-	412
cantur. 479. f.	Boxhornii qvadam Epil
Armorum nomineqvid	folz. 170.f.
veniat. ibid.	floke. 179. L. notz in Historiæ Au-
Arfenicum unde di-	gnita scriptores quad
ctum I 157. f.	- jes? 181
Articulo verbum Lati-	Epistolæ censentur ea-
num est. 514	rumqve ediciones.
Afianæ Lingvæ multas	2.14
voces Hebraz debent.	Dergoondo qvid? 463.f.
52. [.	præf. extr.
Assyriæ litteræ semper	Bugenhagii (Joh) Com-
fuerunt. 100	mentarii laudantur.
Atramenti variæ speci-	135.
cs. 447.f. 458.481.f.	C. 25,1
Augustini liber de Magi-	<u> </u>
fro quò argumento,	Cabbalæ fuæ gyana
qvemqve in finem ab	Cabbalæ suæ qyan: tum Judæi adscri-
illoscriptus. 97. s.	bant. 480
Auripigmenti abulus in	bant. 480 Cadmus. 316
Medicina. 157.f. Art unde? 223 Raafs unde? 229	Caer aut Cair urbem si-
Axtunde? 222	gnificat. 226
Daass unde? 220	Calamusscriptorius.458
Bagoz gvid? 227	· avo-

ovomodo præparanqvinam optimi 477.f. Kammerperqui? Cambdenus (Gvil) laudatur. Camero (Joan) laudatur. Canicularii & Caniculi Qvi? 457 Cafaubonus (Mericus) qvi ? 87 qvis ? Calle unde ? - 220 Celia qvid? 216 qvid? Cera miniata 452.1. Certa quid? 224:1. Charta qvid, qvomodoque differat à papyro. 445 cjus Varia genera. Ciceronis quadam ex Oratione pro Czcina explicantur. 152 Cnape unde? 224 Convitia non decent litteratos. 211 Crena calami qvid. 476 Croji (Joan) Observariones facræ examinantur. 171. [. 179. f. Crux an pœna iervo-138.f. rum ? Cura rerum & cura verborum à multis commissa & opposita.91.s.
Curtius explicatur.21 & laudatur. 218

D.

Darii vocis fignificatío. 227.
Dentata charta. 481
Dialecticæ abufus. 158. f.
qvid fit? 159
Difficultatum qvarumdam in Scriptura
facra cauffæ. 149. f.
Digitorum cognomina.
477. f.
Droft vox unde? 227

E.

🕝 dom qvi fuerit ? 313 Encaustum, qvo Imperatores subscribebant. Ermaixem quid? 162.f. Ephesiæ litteræ explicantur. Ciceronianus Erasmi taxatur. fuis nævis ipfe non caruit. 453 laudatur. ibid. Erythra rex qvi fuerit? Esdras an scripturam sacram de novo restituc-

RERUM & VERBORUM.

tuerit? 360 mutarit? 367.1. Etymologiarum ratio. 56: f. nimia investigatio taxatur. 84 Expergitus vox usurpatur à Romanis. 44

F.

Festus explicatur. 465

Ġ.

Tagie seu Gasie. 220 TGalenus verborum non indiligens. 94 Galgen vox unde? 298 Galilæus Galilæi laudatur. 199 Gangabæ qvid? 223.1. Gaza explicatur. 219. f. Gelenius primus Lexicon plurium Lingvarum evulgavir. Gentilis (Scipio) laudatur. 106 Gereba qvid? 225 Germanica Lingva gvam corrumpatur. 50.5.

ejus cum Græea commercium. 65. s. Glesu qvid & unde? 23t Græca Lingva descendit ab Hebræa. 55. s. multis aliis Lingvis suas dat origines. 65. s.

Ħ.

Tarmonica Lingvarum Lexica ad qvid conducant. 77 Hebraz Lingvæ origo. 23. f. 312. antiquitas. 36.235.f. adfinitas conve-82 nientia cum ceteris ceteris lingvis multas yoces suppeditat. 52.s. voces in ceteras lingvas admissæ variam subeunt mutationem. characteres an mutati. 240. f. 329. f. 360. f. Heinsii (Dan.) laus. 180 211 notatur. 316 Hellenistica Lingva 321.1.334. qvæ? Helmontius refellitur. 409.416 Herrzog vox under 226 He-

Digitized by Google

Hefychius emendatur.

Hierocles emendatur & explicatur. 143 Ω Hieroglyphica Ægyptiorum. Micronymi laus & fabula de eo, ac si ob profanorum scriptorum lectionem ab Angele correptus fuerit. officiated and 4 108 Tde effortbus avi scripietint. Horus Apollo qvô tempore vixerit. 399.f. Hypocrifis qvantum vitium. 1. 11 . . . 346.f.

٠ **T.**

Jacobius (Henr) laudatur. 83
JESU nomen 295
Indorum de scriptura sententia ac judicium 404. s.
Ioannis Euangelium à collo suspensum 421. s.
Isidorus emendatur & explicatur. 190. s.
Jurisprudentia multum occupatur in verbis.
149. s.

Taetii (Joan.) Lexicon Anglo-Saxoinicum laudatur. 228. Lamplugh (Gvil.) Am - - glus laudatur? 70 Lana (Francisc.) an primus invenerit natos furdos, logyi docere? Latina Lingva'à Romanis ubique introducta. derivatur ex Hebraa. 55. f. è Græca. Lexica Lingvarum Harmonica qvantum ufum C habeant? Liber qvid & unde?444 e quibus conster. 480 Libros qvis primus scriplerit? fubdititios, corrupres & interpolatos qva ratione agenuinis discernere possimus. 101. ſ. Lingva qvæ antiqvisima & prima? 20, f. 22. 25. 1. 211. 1. 502. 1. 507 Hellenistica

321. s. Lingvarum studium a-

pud

RERUM ET VERBORUM.

pud Pontificios abjeaum. cognitio necessaria Theologo. facilis mutatio & inconstantia cum causfis. 41. f. 46. omnium cum Hebræa adfinitas. Harmonia. 70· ſ. Usus in Theologia, Jurisprudentia & Medicina. 103. f. caussa efficiens. 500.s. Litteræ sunt signa conceptuum, rerum &c. an habeant vim qvamdam, physicam, infiram ac naturalem qva operentur qvid è le suaqvenatura?419.s. Epheliz ovid fuerint. ibid. earum inventores pri-`mi. 425.6.

M.

Magistri nomen qvibus tributum? 98. s. Mare Rubrum unde dictum? 313 Medicina non parum occupatur in verbis.

Melchifedeck an Sem? 29. f. Mercerilaus. 202 Mercurius Trismegistus. spurius est. Minianus Jupiter dictus. 454 s. Miniatæ ceræ & Minii ufus 451.1.454. Mithra qvid notet. 220, f. Montani (Petri) liber Belgicus de arte pronuntiandi laudatur.

N.

Tota litteratum Notarii Notarii 190. s. (Hic oblitus fum commemorare, Specimen Artis per notas Icribendi in aula Ottonis I. Imperatoris edidisse Ekkehardum minorem, seu juniorem Palatinum Imperatoris Ottonis Capellanum, Colloqviô Ottonum de Electione Notkeri Abbatis hunc ad modum consignatô. De quo alter Ekkehardus junior (non

Digitized by Google

non confundendus priore cum Ekkehardo juniore) Historicusin c. xvr. de Cafibus MonasteriiS Galli ita memorat : Ekkehardus autem notularum peritissimus pæne omnia hac ei [dem notavit in tabula verbis. Qvibus Otto suus (junior) postea, ut ipse nobis retulit, multum delectatus est sibi reli-Elis, cum ipfe præter notulas nihil viderit in tabula.) Grüteri, inquit optimus noster Berneggerus in Svea ton. Titum, c. III. 3. t. Musagetæ nostri meritis in Remp.literariam eximiis adscribendum & boc , good bo. mines curiosæ literaturæ, quæ qualesque Romanorum eæ Notæ fuerint, ipsius benefició non amplius ignorabunt. Nam è bibliotaphiis erutas lucis jurisque publics fecit, & Inscriptionum antiquarum absolutissimo corpori, wrate cu mertinys male a junxit. Plutarchus in Catone, p. 770. P. eas appellat σημεία de μικερίς κ. βρα-צנסו זטשונ שוא או אפשעμάταν έχοντα δύναμιν figna minutis & brevibus figuris multarum vim litterarum complectentia Eicero, lib. XIII. ad Attic. epift. xxxII Qvod ad te de decem legaris scripsia parum intellexti; credo quia Ala onucion fcripleram, boc eft, Notis; quibus utentes, ex eo dicti Notarii, (quos bodie fic nominant, tabelliones re-Ctiùs dixeris) itemque σημειογεάφοι, & έξυγεάφοι & τωχυγεάφοι. De his Martialis, lib. XIV. epigr. CCV111. Currant verba licer, manus est velocior illis; Nondum lingva suum,

Nondum lingva suum, dextra peregit opus. Es Martiali quasi dată operă lucem afferens Seneca epist. xc. m. Qvid verborum notas, qvibus qvamvis citata excipitur orati o, & celeritatem lingva ma-

RERUM IT VERBORUM.

nus sequitur? De Nosario velocissimè excipiente videatur & Aufonii venustum epigramma CXXXVI. (m. CXLVI. seu ultim.) Verèm qui de Notis atque Notariis, accupatè, ut semper amat, exfecutus est Lipsius, centur I ad Belg epist. XXVII desino plurium, nec aliena scrinia compilo.)

Z **O**:

Obsession and first in rebus yel verbis?

497.s.
Obsession & unde habeant variarum lingvarum noritiam? 502 s.
Oleum, Oel, qvid & unde?
Origo multarum vocum ignoratur.

58.84.
Orus Apollo qvô tempore vixerit.

399

P.

Pagie vox unde? 227 Papyrus gvid, qyomodoqye differar à charta. 445

Parvissimus, superlativus, usurpatur ab au-Ctoribus. Paulli Apostoli stilus qvalis. 325. f. Paullus Burgensis qvis? Pennæ qvam variæ, eæque optime, & quomodo aptandæ.477.s. Perotti (Nicol.) Cornu Copia, seu Commentarii in Martialem laudantur. 455. PerficæLingvæ qvædain explicantur voces. 218. f. Philosophiæ magna pars occupatur in verbis. 158. f. Plinius fecundus inluatratur. . 447.[-Plinii loci in Epistolis explicantur. 188. 6 205. f. Pluteus qvid? 480 Pontius (Petrus) qvis & an invenerit natos furdos docere loqvi? Prada commemoratione infolità qyzvis no-. tatur exfultatio. 11% Pronunciationis vitia 62 species, unde orian-14r. 436 Pro

Bigitized by Google

Protocollum unde, ita	<u> </u>
dictum? 446	S.
Pugil, vox, explicatur.	
224.	-Cacra in lingva ver-
Purpuramentum , qvô	nacula sunt cele-
Imperatores subscri-	branda. 6
bebant. 447	Samaritici characteres
	qvi & qvando orti.
Q.	243.1.
~ * • • • • • • • • • • • • • • • • • •	Satisfactio qualis vox?
vinctilianus expli-	257
catur ac emen-	Satrapa, vox, explica-
datur. 197	tur. Scaligeri (Jos.) Epiko-
7	la. 383.f.
R.	la. 383.1. Schat, Schatz, unde?
The minofinal Emparied	219.1
Ramirefius (Emanuel)	Schorlteen unde? 242. L.
furdos loqui docuerit?	Scribo, Scriptionis &
413	fcriptura, etymolog
Reinefius (Thomas)	Homonymia & Syno-
laudatur. 452	nym. 288. fe
Rerum cura & cura ver-	quid proprie fit 392.1
borum à multis malè	magna ejus utilitas
demmissa & opposita.	401.402.1
COLD TO SEE STORY	cauffa efficiens. 424
Rierershusius (Conff) in	438 August 6.438
Salvianum laudatur.	Inventores primi qvi
\$ ivp-4 - 1 106	425.1
Romani Lingvam ubi-	Caussa instrumenta
-OgteLatinam introdu-	les. 439.1
-Cebant. 47.1.	Materia in qva, e qva
Rubrum mare unde di-	& chek evám. 440
Sum. 313. f.	Formæ modiqvan
Rycqvius (Justus)de Ca-	varii 461.1
rijolio Rom, laudatur.	Finis 47 Scri
W. A	

RERUM ET VERBORUM.

Scribuntwivi non moreui.c 428 Scriptura in facra cur avædam occurrant difficilia? an eius verba & voces à Spirini S. profecta. 326.f. stili ejusverecundia & caltitas: 498. ſ. Sepiæ arramentum explicatur. Sermo an homini natus ralis fit? .::506.f. Sermonis præstantia. 487.1. etymologia. 489 f. - Synonymia. 496.1. Somonymin ... 491 Caufiz. 492 Sextus Empiricus lauda-Signa quotuplicia. 711.f. Spoliorum commemoratione insolità notatur exsultatio. Su Scythica vox expo-230.ſ. nitur. Subscriptiones Imperatorum quales? 447 f. Sudarii vox explicatur. 230 6 Svetonii locus expliça-

181.f.189.f. tur. Surdi an sic informari Varablus laudatur. 340 possint, ut non alios

tantum loquentes intelligant, sed & ipsi ad fermonis ulum perveniant? 409: 410. f. Syllabæ recte dividendæ. . 198. ſ. Syriacz lingve cognitio ovam necessaria Theologo. an antiquior Hebræa? 40. 287. f.

'apocon qvid ? 464. Taxoxempar qui 35 ST 194 Talmadica lucem adfe-· runt Scriptis Novi Testami dieni die 17 Theologiz elogium. 102 Theologica Controverfix multx, λογομαχίας funt. Θιώςημα qvid? 172. s. Turpitudo an fit in vocibus ? 497. 1. Typographiam qvi invenering.

V.

rarro in Etymologiis exculatur. Verba & voces Scriptu-Ll 3

INDEX RERUM IT VERBORUM.

rz (acrz an àSpirituS. dictata? 226. f. Verborum cura & rerum cura à multis malè commissa & oppo-91. ſ. fita_ accurata cognitionon Philologis folum, fed Theologis, Cris,& Medicis necessaria. 100. 1.149. 1. 155. 1. mutatio Reipubl. damnosa. 165. ſ. Versus unde dictus. 462 Villalpandus in Ezechielem laudatur 385. s. VocalesHebraz litteris non funt posteriores tempore. 247. ſ. Vocis unus tantum est

fensus in uno loco.

255. s.
Voces quotuplices 512. s.
Vocum multarum ignoratur origo.

earum naturalis ac infita vis excutitur.

419. s.
an ex instituto, vel è natura fignificenti 507
Vulgata Versio mendo
sa.
6
Wormius (Olaus) laudatur.
228

X.

Yerxis voxqvid fignificer. 226

FINIS.





